29 IN probationibus aūt, quæ aut verè demonstrant, aut tantum videntūr demonstrare, quemadmodum in Dialecticis inductio est, & verus syllogismus, & præterea tantum apparens syllogismus; ita etiam in hac arte: exemplum enim inductio est, enthymema verò syllogismus. vocō autem ego enthymema quidem, oratorium syllogismum, exemplū autem inductionem oratoriā: omnes enim oratores cum aliquid dicendo probare volunt, aut exemplis, aut enthymematibus vtuntur: & præter hæc nihil habēt. Quare, si omnino necesse est eum, qui probare aliqd velit, aut syllogismo, aut inductione vti, quod ex ijs, quæ sunt a nobis, in libris Analyticis explicata, perspicuum est; necessitas

29 Quid verò inter exemplum, & enthymema intersit, declaratur ex Topicis: ibi enim de syllogismo, & inductione ante dictum est, nempe, cum in multis, & similibus ita se habere ostenditur, ibi quidem inductionem esse, hic verò exemplum. at verò quibusdam existentibus ex ijs effici aliud quid præter ea, quia ea sint, autin totum, aut plerunq; ibi quidem syllogismum, hic verò enthymema vocari.

31 Neque verò dubium est, quin vtrunque bonũ species quoque Rhetoricæ habeat. Si quidem perinde in his se res habet, ac in Methodicis dictum est:

32 Sũt enim oratoriæ dictiones aliæ exemplares aliæ enthymematicæ. itẽque oratores alij exemplares, alij enthymematici. nec verò minus ad fidem appositæ sunt orationes, quæ exẽplis, sed vehementius perturbãt enthymematicæ. causas

sitas cogit, vt vtriusque illorum natura vtrique eorũ par, atque eadẽ fit.

30 Quæ autem differentia sit exempli, & enthymematis facilè ex Topicis intelligi potest: ibi enim de syllogismo, & inductione iã antea dictum est: nam cum ex pluribus, & similib. ita, vt volumus, rem se habere ostendimus; ibi qdem inductio est, vt in hac arte exemplum. neque illud dubium est, artem ipsam, facultatemque dicendi hoc vtrunque in se bonum habere: vt enim in libris de differendi ratione, quos Methodicos inscripsimus, iam à nobis antea dictum est: sic etiam in his de Arte dicendi res se habet,

31 Cum verò, quibusdã propositis, aliud quiddã ab eis eorum causa contingit, eò, quòd illa vel generatim uera sint, vel plerunque fiant; in Dialectica quidem syllogismus, in Rhetorica verò enthymema vocatur:

Sunt enim dictiones 32
modo vtroque utẽdum quędam oratoriæ, quæ sit, post dicemus. nunc potissimũ exemplis con
de ipsis apertius expli- stant: sunt etiam, quę to
cemus. tæ argumentis, & enthy
matibus cõficiantur
sicuti oratores quidam exemplis magis, quidã argumentis delectantur. orationes autem, quæ constant exemplis, sunt quidem ad dicendum accommodatæ non minus, quàm aliæ; sed illæ, quę sunt enthymematibus refertæ, maiore quodam impetu animos commouent. Verùm quæ sit vtriusque causa, quoque modo sit utroque vtendum, alio in loco postea dicemus.

EXPLANATIONES.

29 *In probationibus autem, quæ aut uerè demõstrãt*] *i. probationes aliæ sunt ueræ, aliæ ueri similes. & sicut ueræ conficiunt syllogismum, uel inductionem: sic ueri similes enthymema, uel exemplum.*

30 *Nam cum ex pluribus, & similibus ita, ut uolumus, rem se habere ostendimus*] *fit inductio ex pluribus singularibus similibus species, hoc est, quæ sunt eiusdẽ speciei: ut Socrates, Plato, Aristoteles, & singuli alij ratione sunt prædicti igitur omnis homo est ratione præditus. aut constat ex pluribus speciebus similibus. i. eisdem genere: ut, homo, cerous, leo, canis, & id generis mouentur. quare omne animal mouetur. Fit aut exemplum ex uno, uel pluribus singularibus numero, uel specie, quæ inter se conueniant, ac similia sint in tertio aliquo, quod commune sit eis, uel simile: vt Catoni licuit sequi bellum ciuile; ergo & Ciceroni licebit sequi. Commune est ambobus sequi bellum ciuile. Exemplum est species quædam comparationis: est*

enim vel aliquid par, vel maius, vel minus, quod ad imitandum, vel uitandum sumitur.

31 Cum verò quibusdam propositis aliud quiddam ab eis eorum causa contingit] Syllogismus, siue ratiocinatio est oratio, in qua positis duabus propositionibus, necesse est aliud. i. conclusionem præter ea, quæ posita sunt, hoc est, præter propositiones euenire. propositionũ altera, siue prima plus virium habet, quia conclusionem ferè intra se complectitur. ideirco maior propositio, vel expositio vocatur. altera minus habet: itaque secundam propositionem vocant, vel minorem, vel assumptionem. & omnis propositio ex duobus constat terminis, vt in logicis diximus. enthymema est argumentum imperfectum: constat enim ex altera propositione, hoc est, maiori, vel minori: vt ex maiore. insidiator iure occiditur; ergo Clodius iure occiditur. ex minore. Clodius est insidiator; ergo iure occiditur. quæ verò argumentatio naturam habet inductionis exemplum vocatur.

32 Sunt enim dictiones quædam oratoriæ, quæ potissimum exemplis constant] omnis oratio, quæ probationibus indiget, constat vel ex enthymemate, vel exemplo, vel vtrisque. sunt tamen oratores, quæ enthymematibus maiori ex parte confirmantur: sunt & quæ plurimis exemplis: sic & orationes quidam magis exemplis, quidam argumentis delectantur. sed sicut enthymema, sic orator anthymematicus maiore impetu animos commouet; quanquam & exempla ad dicendum sint accomodata.

Argumentum, & distributio cap. 7.

Probabile, ac persuasibile semper ad aliud refertur. id est duplex, per se probabile, & quod indiget

ratione, ratione aliqua ad probandum. ille verò, cui probabile existit, non singularis sit: nulla etenim ars singularia considerat. sed vniuersale dupliciter consideratur, vel specificum, vel totale: nam necesse est, vt persuasibile sit pluribus hominibus persuasibile, vel alicui plurium partium, quemadmodum homini sic affecto persuasibile, & propositiones, quæ ad persuadendum sunt accomodatæ, plurimum suscantur ab his, quæ in consultationem, vel iudicium uenire consueuerunt, & apud auditores, non acutè rem intelligentes, nec longinquas rationes. hæc verò sunt, quæ videntur in vtranque partem cadere posse, & quæ sunt in nostra potestate. vnde enthymema, & exemplum ex his rebus est, quæ nihil in se firmitatis habẽt. enthymema, vt diximus, ex paucis fit propositionib. tum ratione facilitatis, tum quoniam aliter se habere possunt res. Summa cap. est hæc. Caput verò sic distribuitur. primò ait quæ sint probabilia hoc pacto [nam quod probabile] & quæ per se sic [aliud enim simul atque auditum est] & quæ per aliud hoc verbis [aliud aut arte indiget] deinde singularine, an toti speciei, vel pluribus probabilia eligantur ibi [nulla verò ars est] exemplo sic confirmat artis medicæ [ut medicina non docet] postea Dialecticæ hoc modo [quẽ admodum etiam Dialectica.] Præterea probabilia diuidendo infert quædam esse ad persuadendum accommodata, & quædam minimè. Quæ verò sint aptæ ad persuadendum sic recitat [Rhetorica verò ex his, quæ in consultatione uenire consueuerunt] præter hæc quæ persuadere possunt, asserit alia esse difficilia ad intelligendum: quoniam colliguntur ex rebus anteà conclusis, vt [Accidit autem vs, qui aliquid] alia verò minimè apta ad persuadendum; vt [quædam autem ex rebus] hinc conclusionem infert, quæ est [Itaque necesse est enthymema] & quòd ex paucioribus

fiat probationibus, qui integer syllogismus sit [Ex paucis autem.]

Quæ sit materia, & forma enthymematis.

SIGON. MAIORAG.

33 QVoniam enim persuasibile est alicui persuasibile, magis enucleatè, distinatque vnum quidem statim est ex se persuasibile, & credibile, alterum verò, quia ex talibus demõstratum videtur esse; semper probabile sit. id

34 Nulla verò ars intendit singulare, vt medicina, quod Socrati salubre sit, aut Calliæ; sed quod tali, aut talibus, (hoc.n. est artificiosum, singulare autem infinitum est, & scientia comprehẽdi non potest:) sanè nec Rhetorica singulare probabile contemplabitur, vt quod Socrati, aut Hipiæ, sed quod talibus, perinde ac Dialectica: etenim illa syllogismũ colligit non ex quibuslibet; (videntur em̃ quædam etiã delirantibus,) sed illa quidem ex ijs, q̃ rationem desiderant.

NVnc autem de ijs, q̃ 33
tractare cœpimus, magis enucleatè, distinctèque differamus. Nam quod probabile est, id est eius naturæ, vt per se esse non possit; sed alicui autem duplex est: aliud enim simul, atque auditum est, ex vi sua probabile, aut creditur.

Aliud autem arte indi- 34
get; vt propositis rationibus demonstretur. nulla verò ars est, quæ, quid in singulis rebus fieri debeat, consideret: vt medicina non docet, qd Socrati, aut Calliæ salubre sit; sed quid homini sic affecto, aut cunctis, qui eodem morbo laborãt; hoc enim ad artem spectat. quod autem singulare est, atq; individuũ, id infinitum habetur, & nulla scientia comprehendi

35 Rhetorica verò ex ijs, quæ in consultationem cadere solent. Est autem munus eius & de rebus eiusmodi, de quibus consultamus, & artes nõ habemus, & inter eiusmodi auditores, qui non p multa contueri, neque altius perspicere possint. neque illa consultamus autem de ijs, quæ in vtrunque modum se videtur habere. quinam de ijs, quę nequeũt aliter aut facta, aut futura esse, aut se habere, cõ fultat nemo, cum ita natur: neque enim aliter, quàm ita, potest fuadere.

hendi potest. neque igi- 35
tur Rhetorica probabile quæret eiusmodi, quod vnius alicuius opinioni conueniat, vt Socratis, aut Hippiæ; sed qđ ombemus, & inter eiusmonibus, qui ita animo sũt affecti: quemadmodum etiam Dialectica: nam alicui videantur, siquidem etiam deliris hominibus probabilia quædã videntur: sed ex ijs argumentatur, quæ ratione allata probari possunt:

Rhetorica verò ex ijs, 35
quæ in consultationem venire cõsueuerunt: est enim artis oratoriæ prius munus ea tractare, de quibus consultamus, & quorum adhuc arteis traditas non habemus, & apud auditores eiusmodi, qui per multas rationes acutè rem considerare non possunt, deliberamus autem de rebus illis, quæ videntur in vtranquo partem ca-

36 Licet autem syllogismo concludere, & colligere alia quidem ex ijs, quæ syllogismo ante cõclusa sunt, alia verò ex ijs, quæ syllogismo non sunt concluſa. illa quidem verum syllogismũ desiderant, quia nõ sunt probabilia; necesse est intelligere non possunt, autem ex his illud nos posse propter longitudinem (iudicator enim ponitur esse rudis) hæc

verò non persuasibilia, quia non ex consessis, neq; probabilibus sunt.

37 Quare necesse est, & enthymema, & exemplum de ijs esse, quæ euenire possunt, ita vt intelligat: neque enim sæpe etiam se habeant aliter: & ex paucis, & sæpenumero paucioribus, quam ex quibus primus syllogismus exiit. Si quid enim horum sue adiungit auditor exempli gratia, quòd Dorieus ludis coronarijs vicerit, satis est dicere, quia vicit Olympia. coronarios autem ludos esse Olympia, adiungere nihil attinet; quia notum est omnibus.

dere posse: de ijs verò, q̃ nullo modo fieri potest, vt aliter aut fuerint, aut futura sint, aut sint, neque fuerint, id deliberet; si modò ea ita se habere possunt, vt intelligat: neque enim in rebus eiusmodi quisquã aliter, quàm eo modo tãtùm, consilium dare potest.

Accidit autem ijs, qui 36 aliquid ratione concludunt, vt quædam aliquã ex rebus antea conclusis: quædam autem ex rebus, quæ nõ dum quidem conclusæ sunt, sed probatione indigent: eo quòd minimè probabiles esse videantur. quorum alterum necesse est, difficile esse ad intelligendum ob longitudinem: disceptatorem enim rudem esse ponimus, atque in disciplinis minimè versatum: alterum autem ad persuadendum haudquaquam accommodatum: eo quòd neque ex rebus manifestis, neque ex probabilibus proficiscatur.

37 Itaque necesse est enthymema, atque exemplum ex rebus eiusmodi esse, quæ nihil in se firmitatis habent; sed aliter, atque aliter se habere possunt, vt exemplum quidem inductionis: enthymema verò syllogismi speciem, ac imaginem habeat.

habeat. Ex paucis autem, & sæpè ex pauciorib̃s enthymema fit, quàm primus ille, atque integer syllogismus: siquid enim notum, atque exploratum fuerit, id sanè nihil attinet dicere: quoniam ipse auditor illud adiungit: vt siquis probare velit, Doricum certamen vicisse, in quo victor corona donatur, satis erit dicere: vicit enim Olympia. quòd autem in Olympijs victor corona donetur, non opus est addere: omnes enim hoc sciant.

EXPLANATIONES.

33 Nam quod probabile est, id per se esse nõ po- & test, sed alicui semper probabile est,] *probabile*

34 *per se consideratur, & ad aliud refertur. per se consideratur dupliciter: aut enim id simul atque auditum est ex ui sua creditur, aut probatione indiget. si verò ad aliud refertur; nulla ars singularia respicit, sed uniuersalia tantùm. unde quid Socrati, aut Callix probabile sit non considerat: sed quid omnibus, aut pluribus, aut alicui prudenti uideatur. Nec Rhetorica singula aduertit probabilia; sed ea, quæ ad persuadendum sunt apposita, quemadmodum quę in iudicium, aut consultationem, aut demonstrationem ueniunt.*

35 Rhetorica verò ex his, quæ in cõsultationem uenire consueuerunt] *omnino res, de qua tractatur, eas continet humanas actiones, quæ sunt in nostræ potestate, ut fiant, & ut non fiant. tales actiones aut exornantur, aut deliberantur, aut iudicantur. ea, de quibus consultamus, uel iudicamus, uel demonstramus, scientia nondum patefiant: quia neque auditores acutè ea intelligere possunt, atque cò minus, si rationes longinquiores producantur.*

36 Accidit autem ijs, qui aliquid ratione conclu dunt]

dunt] *quæris ratiocinatio sit aut ex probationibus antea conclusis, atque apertis, aut ex his, quæ nondũ sunt conclusæ, sed probatione indigent. quæ verò ex rebus non manifestis, nec probabilibus profici cuntur, ad persuadendum haud sunt accommodata: quæ verò ex rebus antea conclusis, difficiles sunt ob longitudinem ad intelligendum.*

37 Itaque necesse est enthymema, atque exemplum ex rebus eiusmodi esse] *enthymema, atque exemplum constat ex probationibus, quæ aliter, atque aliter se habere possunt: nam fiet, ut si res, de quâ agitur, contineat humanas actiones, quæ fieri, & non fieri possunt; sic probationes, si eiusdem fuerint naturæ, ad conclusionem aptiores erunt.*

Ex paucis autem, & sæpe ex paucioribus enthymema fit] *hoc est ex paucis propositionibus, sine probationibus; quoniam ex altera tantum, nel maiori, uel minori constat. fit & ex paucioribus, quàm syllogismus exquisitus, atq; perfectus: propterea quòd integer syllogismus componitur ex maiore, & minore propositione, & confirmatione propositionis utriusque. sed dicitur confici ex paucis; quoniam quæ in iudicium, ac deliberationem ueniunt, maiori ex parte aliter se habere possunt. at verò enthymema nidetur ex his confici, quæ rarò aliter se habere possunt.*

Argumentum, & distributio cap. 3.

A re ipsa paucas ducimus necessarias ratiocinationes Oratorias: nam iudicant, ac deliberant homines de his, quæ in uita geruntur. & hæc pauca sunt necessaria; sed plurima, quæ possunt aliter se habere, verum plerunque fiunt. probationes igitur Oratoriæ huius quoque naturæ erunt, & si quod signum, & verisimile ineſt in re, ab his petendæ sunt. Verisimile an-

tem est id, quod plerunque fit, non tamen absolutè; sed in his uersatur, quę aliter se habere possunt. signa autẽ duplicia sunt: quædam necessaria, quæ Tecmiria, indicia, ac notæ appellantur: quædam non necessariæ, quæ proprio carent nomine. Hæc est cap. summa. Diuiditur autem hoc modo. sentit Arist. id quod est in re ad persuadendum accommodatum, præstare oratorias probationes. unde dicit [necesse est ex propositionibus eiusdem naturæ confirmari [probat autem id, cũ inquit [Pauca verò necessaria sunt eorum] probationem confirmat his uerbis [maiori enim ex parte quæ in iudicium, ac deliberationem ueniunt] cuius autem naturæ esse oporteat probationes oratorias, declarat sic concludens [Quare perspicuum est eorum] Deinde dividit probationum locum in duas partes, & inquit [ducuntur enim enthymemata] exponit has partes, & quid sit uerisimile, quod est altera pars, sic docet [nam uerisimile est tanquàm] deinde alteram subdiuidit partem, quæ est signum, & ait [signorum verò duo sunt genera] quo autem modo inter se differant & nomine, & ui ostendit, dicens [quorum alterum ita se habet ad id, cuius est signum] utrunque exemplo declarat, ac primum signum non necessariũ, & scribit [ut si quis affirmaret] deinde necessarium ibi [Quid si quis ita dicat] repetit aliud non necessarium [ut si quis diceret] tandem epilogum dat brevem, qui est [Quid igitur verisimile sit.]

Enthymemata ex verisimilibus, & signis constare, & quid eorum utrunque sit.

SIGON. MAIORAG.

38 QVoniam autẽ pauca sunt necessaria, PAuca verò necessaria sunt eorũ, ex quibus 38

ria, ex quibus oratorij syllogismi existunt; pleraque enim, de quib. iudicia, & deliberationes sunt, possunt etiam aliter se habere: quæ enim agunt, de ijs etiam consultant, & commentantur: quæ verò aguntur, omnia eiusmodi sunt, & nihil horum, prope dixe rim, est ex necessitate: quæ verò plerunque accidunt, & eueniunt, ex eiusmodi alijs concludâ tur, necesse est: necessaria verò ex necessarijs, quod nobis liquet ex Analyticis.

39 Sanè dubium non est, quin ex quib. enthymemata ducuntur, alia necessaria futura sint, plurima verò plerunque: ducuntur enim enthymemata ex verisimilibus, & signis, adeo vt vtrunque eorum idem esse cum horum vtroque necesse sit.

40 Verisimile enim est, quod plerunque fit, non simpliciter tamen, vt definiunt quidâ, sed quod in ijs rebus, quæ aliter se habere

bus oratorij syllogismi conficiuntur: maiori. n. ex parte, quę in iudiciũ, ac deliberationem veniunt, etiam aliter se habere possunt: solent eñ homines de ijs rebus deliberare, & cogitare, quas in vita gerunt: quę verò aguntur, eiusdem generis omnia sunt: nerim, quæ quicquam, pene dixerim, eorum ex necessitate fit. hæc autem ipsa, quæ plerũque fiunt, nec eodem modo se semper habent, necesse est ex propositionib. eiusdem naturæ confirmari; sicuti necessaria ex necessarijs probantur: quod ex analyticis libris clarius intelligi potest.

Quare perspicuũ est, 39
eorum, ex quibus enthymemata fiunt, aliqua quidem esse necessaria; sed plurima ex eis esse talia, quæ plerunque tantum sine vlla necessitate fiut: ducuntur enim enthymemata ex verisimilib. & signis. itaque necesse est, vt horum vtrunque alteri eorum respodeat, atque

habere possunt, ita se habet ad id, cui est verisimi le, vt quod est in toto ad id, quod est in parte.

41 Signorum autem vnũ ita se habet, vt singulare enim aliquod ad vniuersale, alterum verò vt vniuersale aliquod ad particulare. horum verò qđ necessarium est, necmerium, quod non necessarium, caret nomine, quo distinguatur. Ac necessaria quidem dico, ex quibus conficitur syllogismus. itaque necmerium signum eiusmodi est; qa cum solui non posse, qđ dictum est, arbitrantur, allatum esse necmerium arbitrantur, quasi demonstratum, ac termi narum sit necmar enim, & terminus prisca lingua idem valent. signorum autem est. vt singulare ad vniuersale, perinde vt siquis diceret, signum esse, quòd sapientes iusti sint, quia Socrates sapiens fuit & iustus. atque hoc quidem signũ est. solui autem potest, quanuis quod dicitur verum atque idem sit: nam veri simile est tanquam id, quod plerunque fit.

Non tamen absolutè, 40
sicuti quidam existimãt, sed quod in eis uersetur, quæ aliter etiam euenire possunt: & quod ita se habeat ad id, cuius est verisimile: sicuti se habet id, quod generatim atque uniuerse fit, ad id, quod fit sigillatim, & in parte.

Signorũ verò duo sũt 41
genera: quorum alterũ ita se habet ad id, cuius est signum, sicuti quod in parte sit, ad id, quod in vniuerso genere: alterum autem sicuti, quod in vniuerso genere fit, ad id, quod ĩ parte. quin ex his ipsis id signum, quod necessarium est, indicium vocatur, vel propria nota. quod autem non est necessarium, caret certo, ac proprio nomine, quo ab alijs distinguatur. At vero necessaria illa voco, ex quibus atque hoc quidem signũ syllogismus, ac firma cõclusio fit. quocirca genus hoc signorum necmerium

rum sit, quia syllogismo concludi non potest.

42 Alterum verò, vt si quis diceret, signum esse, quòd ægrotet, quia febri laborat, aut quòd peperit, quia lac habet, necessarium est. atque ex signis solum tecmerium est: solum enim, si verum sit, insolubile est.

43 Tertium verò, vt vniuersale ad particulare se habet. vt si quis dicat, quòd febri laboret, signum esse, quia frequenter anhelet. solui autem & hoc potest, quanuis sit verum: fit enim, vt & qui febri non laborat, anhelet. Ac quid quidē verisimile sit, & quid signum, & tecmerium, & quid in ter ea intersit, nunc quo que expositum est. dilucidius autem & de his, & propter quam causam alia syllogismo concludi nequeant, alia verò concludantur, in Analyticis disputatum est.

merium dicitur, hoc est, indicium, ac propria nota: cùm enim id, quod dixerint, nullo modo solui posse existimant, tunc opinantur, id signum tecmerium esse, atque ita ipsum appellant, tāquam, quod iam probatum, atque confectum sit. prisca enim Græcorum lingua tecmar, idem erat, quod extremum, atque vltimum. genus autem illud signorum quod, ita se habet ad id, cuius signum est, sicut singulæ res ad vniuersum genus, tale est, vt, si quis affirmaret, febri non laborat, anhelet signum esse viros sapientes esse etiā iustos; quia Socrates erat sapiens, & iustus. hoc quidem certè signum est, sed facilè dissolui, ac refelli potest, etiam si verum fuerit id, quod dicitur: nihil enim in se firmi habet, neque necessariò concluditur. Quòd si quis ita dicat, Hunc hominem ægrotare, signum est eò, quòd febri laborat: aut, Hæc mulier perperit; quoniam lac habet, iam hoc erit firmum, & necessariè conclusum. atque hoc signorum genus solum,

tecmerium, ac propria nota vocatur, solumque si verum fuerit id, quod dicitur, refelli non potest.

43 Alterum genus signorum, quod ita se habet ad id, cuius est signum, sicuti, quod est in vniuerso genere, ad id, quod in parte est, fit hoc modo, vt, si quis diceret, Hunc hominem febri laborare signum est eo, quod crebrò respirat. sed hoc facilè solui potest, etiam si verum fuerit: quoniam accidit etiam eum, qui febri non laborat, aliquādo crebro respirare. Quid igitur verisimile sit, & quid signum, & propria nota, quaque ratione differant, satis pro tempore dictum sit: planius enim, atque dilucidius de his omnibus, & qua de causa partim quidem nihil certi concludant, partim autem conclusionem firmant, stabilemque habeant, in Analyticis libris iam antea disputauimus.

EXPLANATIONES.

Pauca verò necessaria sunt eorum] *deest, pauca sunt probationes, ex quibus fiunt enthymemata, quæ sint necessariæ; sed maxima ex parte sunt ex terminis, qui plerunque eueniunt; tamen & possunt non euenire: nam & res, de quibus agitur, & probationes, quæ eas confirment, vel confutent, sunt plerunque rerum, & actionum humanarum species, simulachra, et notæ. Atque, quoniam vt plurimum huiusmodi actiones possunt fieri & non fieri, vt potè hæ, quæ à nostra tum voluntate, tum appetitu ducuntur: quæ animi potentia & aliquid facere, & non facere, & hoc modo, & illo possunt; idcirco quæ sunt res, sine actiones, hæ orationes, quæ eas exprimunt.*

32 Eorum, ex quibus enthymemata fiũt, alia quæ esse necessaria, sed plurima, quæ plerunque]
Dicuntur à re ipsa duo probationum genera: alterum à rei essentia, & dicũtur probationes necessariæ, quæ duplices sunt: siquidem necessariæ appellantur aliæ, quæ ex propria rei, de qua disputatur, natura sumũtur, eriamsi res ipsa possit aliter, atque aliter se habere: aliæ ex natura, quæ aliter se habere non possit. primæ, quæ & paucæ sunt; quoniam & partes naturæ rei sunt paucæ, hæ existunt, ex quibus enthymemata necessaria conficiuntur. Secundæ pertinent ad Philosophum: sed & ad Oratorem, verùm non per se, sed quatenus res deliberanda, vel consulenda est. Paucæ autem sunt naturæ rei partes; propterea quòd omnes ad materiam, formam, & compositum reducuntur. sed plurima sunt rei attributa, sive accidentia, quæ magnam probationum præbent copiam, quemadmodum posteà dicemus. Verùm non necessariæ hæ dicuntur; sed probabiles. & hoc est alterum probationum genus. Probabilis autem ratio, sive probatio est id, quod ferè solet fieri, aut quod in opinione positum est, aut quod habet in se ad hæc quandam similitudinem, sive id falsum est sive verum. nec per se definiri potest, ac exprimi, sed habita ratione loci, temporis, et personæ: neque enim omnibus vnum, atque idem probabile est: aliud enim iustum Romanis, aliud Barbaris videtur. tempora deinde sunt insticienda: mutantur enim sæpe. postremò eius personæ cognoscenda est natura, apud quem dicimus. At verò ratio loci probabilis, qui in re ipsa inest, in tres diuiditur partes: quemadmodum & tres sunt partes definitionis de probabili ratione datæ. prima est id, quod solet fieri. atque sic fit, si ea ad fidem colligas, quæ in actus consuetudine versantur: vt, mater est; igitur diligit filium: Meretrix est; igitur mala: leno est; igitur auarus:

rus: parasitus est; igitur edax. hæc solent sic in ijs fieri. Secunda pars est id, quod in opinione positum est: vt si non ea, quæ in vsu sunt agendi antè narrata; sed ea, quæ in opinione sunt posita colligamus: veluti si dicamus. Impiè is agit; igitur diuina punietur iniustitia. Tertia pars est id, quod habet ad rem, de qua agitur, aliquam similitudinem. ad hanc refertur exẽplum. quare de hac posteà dicemus. Verùm in his tribus partibus quatuor collata sunt, signum scilicet, credibile, iudicatum, & comparabile. Id, quod ferè solet fieri, nihil aliud habet in se nisi aut signum, aut credibile. Id, quod in opinione positum est, habet iudicatum. Id quod habet quandam similitudinem, habet comparabile. Quoniam verò probabiles rationes sumuntur ab attributis rei, de qua agitur, & attributa sunt quatuor, continentia cum ipsa re, in gestione rei, adiuncta rei, & quæ rem gestam consequuntur: signũ est in continentibus cum ipsa re, & in gestione rei: comparabile in his, quæ adiuncta sunt rei: credibile in attributis personæ, de quibus aliàs loquemur. Cum igitur res sic se habeat; omnis probabilis ratio, sive probatio aut est signum, aut credibile, aut iudicatum, aut comparabile. Signum est, quod sub sensum aliquem cadit. sensus verò sunt quinque, visus scilicet, tactus, auditus, gustus, & olfactus. sub oculorum sensum cadit tale argumentum. In calceis multus est ei pulvis; igitur iter fecit. sub auditum. Tumultus auditus est; igitur seditio facta est. ita & reliqua. Signa autem vnumquodque habent tempus, vt præsens, præteritũ, & futurum. In tempore verò præsenti est. Vulnus infigis; igitur hominem occidis. in præterito. Cruentus est; vnde hominem occidisti. in futuro. Occidere vis hominem: nam armatus incedis. At signorum duplex est genus, de quo infrà. Dicit igitur Arist. Ducuntur Enthymemata ex credibilibus, sive verisimi-

tibus, & signis: si quidem signum, & verisimile, vt exponimus, sunt species probationis probabilis. sed hoc differunt, quòd signum aliquod, quod tecminium, seu indicium appellatur, probationem componit, quæ ad verisimilem se habet in Enthymematibus, vt in syllogismis ratio necessaria ad contingentem. itaque inquit Arist. [necesse est, vt horum vtrunque alteri eorum respondeat, atque idem sit.]

40 Nam verisimile est tanquàm id, quod plerunque ita fit, non tamen absolutè] exponit differentiam, quæ est inter signum, & credibile, seu verisimile: nam credibile est in his, quæ solent fieri, atque in consuetudine sunt: igitur non absolutè, i. non necessariò; sed in his, quæ possunt euenire, & non euenire: & hoc modo, & non hoc modo: vt adolescens est; idcirco proclivis est ad libidinem. id profectò solet fieri, sed non necessariò fit. Cum autem inter necessarium, & contingens detur magis, & minus: dicitur enim res magis, & minus possibilis: & necessaria magis, & minus; probationes credibiles quoque magis, & minus erunt: nam, quèadmodum in re est vniuersalis locus, qui rationes probabiles ministrat: qui locus in quatuor diuiditur partes; sic probationes credibiles, quæ sunt species quædam probabilium; quatuor in re habent loci partes, quæ eorum copiam præbent summam. Has partes vocant Rhetores, ex quibus rei attributa accipimus: aliæ enim sunt continentes cum re ipsa, aliæ in gestione rei, aliæ adiunctæ sunt rei, & aliæ vem gestam consequuntur. Quæ sunt continentia cum re ipsa, ea semper affixa esse videntur, neq; ab ea possunt separari: veluti causæ. quocirca non est necessaria probatio hæc, sed adeo verisimilis, vt ferè sit necessaria. Mater est; igitur diligit filium. Quæ autem in rei gestione sunt attributa, minus quàm priora sunt necessaria: non enim sunt causæ, sed concausæ. eaq; sunt locus,

cus, tempus, modus, occasio, & facultas. in has partes, quæ circumstantiæ quædam sunt, ac primariam comitantur causam adeo, quòd non absque his quicquàm efficere possit, subdiuiditur pars loci secunda. atque singulæ hæ plures obtinent modos, ac species. Quæ verò sunt adiuncta rei, si ea copulatio sit, vt id quod adiungitur non possit existere absque re, cui adiungitur, neque res absque eo; talia sunt necessaria, & ad Oratorem non primò spectant, sed ad Philosophum. atque hinc emergunt probationes à genere, specie, toto, partibus, à materia, forma, differentia, ac definitione. si autem adiuncta siue non necessariò, sed velut quædam insequentia, & comitantia plerunque, vt clamor in occisione; dicuntur verisimilia. Quæ autem consequuntur rem gestam, sunt non effectus rei, sed euenta, quæ effectus comitantur, veluti est lætitia in victoria. Inquit Ari. [ita se habet verisimile &c.] hoc est cũ verisimile sit huiusmodi, vt semper ad aliud referatur; ita se habet ad id, ad quod refertur, sicut se habet genus, vel species, vel totum, ad indiuiduum, vel ad partem: nam quod in genere, aut specie probatum est, id etiam in indiuiduo: vt si omnes matres diligunt filios; etiam Claudia diligit Fabium filium.

41 Signorum verò duo sunt genera] Diuisimus antea probabile in quatuor partes, quæ sunt signum, credibile, iudicatum, & comparabile. Credibilis, seu verisimilis probatio est, quæ per se ipsam fidem facit, neque ad confirmandum desiderat testem: sed, cum prolata fuerit; facilè apud opinionem, & sententiam auditoris persuadetur. Huiusmodi credibilis probatio est ex his rebus, quæ ferè solent fieri, & ex attributis personæ. Iudicatum est ratio assensione, aut authoritate, aut iudicio aliquorum, vel alicuius comprobata: nam assensio in religione est, authoritas in communi, & iudicium in approbato. Religiosum est, si quid de re

aliquo iurati Iudices iudicauerunt. quod nos assentiri est necesse. tamen iudicium gestam rem semper consequatur. Commune est, quod omnes vulgò probarunt: vt, maioribus natu assurgi necesse est. quare id, quod ferè solet fieri, ex quadam natura est, commune verò iudicato stringitur. Approbatum est id, quod cum dubium esset circa qualitatem bonam, malam ve; ad vnã partem homines inclinauerunt. Itaque religiosum, cõmune, & approbatum quia in iudicato sunt: gestam rẽ semper consequuntur. De Comparabili in sequenti capite disseremus. Nunc inquit Arist. [Signorum duo sunt genera] omnis probatio sumitur aut à rei, de qua disputatur, substantia, aut ab eius accidentibus. quæ à substantia rei accipiuntur, retulimus. Accidentia verò alia sunt separabilia à re, alia inseparabilia. Separabile est, quod potest inesse, & non ineße absque rei corruptione. Inseparabile est, sine quo non potest res existere, & conuenit toti speciei, soli, semper, & vbique: vt risus est accidens in homine, quod humanæ speciei, soli, & semper conuenit. Hoc accidens signum est, quòd homo sit, & adeo coniunctum est cum homine, vt sit effectus formæ illius, vel euentus quidam inseparabilis effectum, vel formam insequens. At duplici autem accidentium differentia duplex signorum genus constituitur: nam accidẽtia inseparabilia sunt signa, è quibus probationes conficiuntur insolubiles, quæ indicia, notæ, & Græcè Tecmiria appellantur. Separabilia verò existunt signa, quæ proprio carent nomine. Vtrunque porrò signorum genus copulatur cum terminis rei, de qua tractatur, vel in genere, vel ĩ parte, & concluditur generatim, vel in parte: nam ex singulari, siue in parte concluditur genus, vel universale sic. Socrates Orator sit sapiens, & facetus; sapientes igitur sunt faceti. Ex genere, vel universali singulare sic infertur. Noctu vagans est fur; igitur Cacus,

Cacus, qui noctu vagatur, fur est.

42 & 43 Quòd, si quis ita dicat, Hunc hominem ægrotare, signum est, eo quòd febri laboret] vt dictũ est antea, Accidentia inseparabilia sunt signa, quæ ab Oratoribus necessaria dicuntur, nec refelli poßunt: adeo enim coniuncta sunt cum re ipsa, vt nisi res intereat, nec accidentia. Talis est calor extraneus in febre, & dolor permanens, ac pungens in pleuritide: nã nec pleuritis absque dolore huiusmodi persistere potest, nec febris absque tali calore. sed & alia comitantur accidentia has ægritudines, non tamen necessariò; qualis est in febre inquietudo, & in pleuritide dolor capitis: euentus enim hi possunt esse absque morbo, & morbus absque his.

Argumentum, & distributio cap. 9.

Cum Orator duplici ratiocinandi forma ad probandum vtatur; aperuit Arist. quibus ex probationibus alterum, quod est Enthymema, fiat; nunc ad exemplũ venit. Exemplum autem est quædam species comparationis. fit, cum duo, vel plura singularia in aliqua re tertia conueniunt ita, vt res illa una sit cum his, quæ comparantur, & eadem vel genere, vel specie, vel numero, vel analogia. Deinde, si probatio huius conuenientiæ sit necessaria; itidem eodem modo fiat; veluti, appetere dominatum regium est quid commune genericum, vel specificum, ac idem est vel genere, vel specie. Dionysius, Pisistratus, Theagenes q, in hoc conuenerunt, vt regnum apperissent. ratio id significans est eadem: cum salutis custodes peterent. quare ratiocinationem exemplarem constituamus hoc pacto. sit conclusio, siue propositum, Dionysium, qui petit custodes salutis, regnum appetere. Ratio, siue probatio sit, quoniam Pisistratus, Theagenes, & alij, qui salutis custo-

der petierunt, regnum dominatum appetierunt. Verborum copulationes, quæ formam comparationis postulant, sic addamus. Quemadmodum Pisistratus cũ regnum appeteret, custodes salutis petiuit: &, cũ eo impetrasset; tyrannidem occupauit: idemq; Megaris fecit Theagenes: sic Dionysius cum salutis suæ custodes nunc petat, si impetrauerit; regium dominatum occupabit. Nunc docet Arist. quid sit exemplum, & quomodo fiat, cum inquit [sed tamen non ita se habet, ut pars ad totum] exemplo ea quæ dixit, sic explanat [ut siquis probare uelit Dionysium.]

Quæ sit materia, & forma exempli.

SIGON.

44 EXemplum autem inductionem esse, & cuiusmodi in rebus inductio, diximus. Est autem neque vt pars ad tum ad partem, neque vt totum ad totum, sed vt pars ad partem, similia ad similia, quoties vtrunque fuerit sub eodem genere, alterum vero altero notius sit. velut Dionysius affectabat tyrannidem, cum postulabat custodes, quas & Pisistratus antea affectans postulauit custodes, eosque adeptus tyran-

MAIORAG.

44 QVod autem exemplum sit idē, quod inductio, & quibus in rebus inductio fit, ostentem neque vt pars ad ita se habet, vt pars ad totum, neque vt totum ad partem, neque ut totum ad totum; verum, vt pars ad partem, & quod simile est ad id, cui est simile: cùm enim ambo illa, quæ sumunti, posita fuerint, & alterum altero notius, & apertius sit; tũc id exemplum est. vt, siquis probare velit, Dionysium appe-

rannidem occupauit, & appetere dominatũ regium, cum salutis suæ custodes petat, & dicat, Pisistratum antea custodes petijsse, cùm regnũ appeteret, & cùm eos impetrasset, tyrannidẽ occupasse: Theagenem que idem Megaris fecisse, & alios, quoscunque nouerit, idem fecisse; omnes exemplum fient Dionysij, quem adhuc ignorant, an ea de causa custodes petat: hæc enim omnia sub eodem genere, ac proposito continentur, quòd quicunque regnum appetit, custodes salutis suæ petit. Iam igitur vnde probationes illæ ducuntur, quæ speciem habent demonstrandi, declaratum est.

EXPLANATIONES.

44 Sed tamen non ita se habet, ut pars ad totũ] *Exemplum est species quædam comparationis. & cõparabile est quid probabile, quemadmodum antea diximus. Comparationem uocamus, cum duo, uel plura, quæ sint uel genera, uel species, uel individua in tertio aliquo conferuntur, quod commune sit eis; ut sequi bellum sit quid commune Scipioni, & Catoni. Dicimus ergo, Vt Scipioni licuit bellum sequi; sic & Catoni licebit. Et propterea comparabiles sunt termini, qui cum diuersi sint numero, uel specie, uel genere; aliquã tamen rationem continent eis communem. At uerò comparationis duo existunt modi: alter, si res gestæ; memo-*

memores, ac compares cum præsentibus, & appellatur exemplum: est enim exemplum, cum duo eiusdem speciei, uel generis in aliquo tertio inter se comparantur. alter modus comparationis est, si alterum fingis terminorum. & huius aliud est similitudo siue parabola, aliud apologus, quales Aesopi. Similitudo est orationem similem cum re simili conferens. Apologus est oratio demonstrans corporũ, aut naturæ similitudinẽ, et imaginẽ. Sed, quẽadmodũ cõparatio alia dicitur æqualis, alia maior, & alia minor; sic & exẽplũ. verũ comparationes hæ non ex personis solum constant; sed ex locis, temporibus, modis, occasionibus, aliisq; circunstantijs. Verùm ad exemplum proferendum hæc sunt obseruanda. primum vt non fiat à toto ad totum, vt omnis homo loquitur: igitur omnis homo intelligit. deinde nec à toto ad partẽ, velut homo est laude dignus: Socrates igitur est laude dignus. tertiò nec à parte ad totum, quemadmodum Socrates ualet; & ideo homo valet: hæc enim potius enthymemata dicuntur, quàm exempla. quapropter à parte ad partem fiet exemplum, velut à persona ad personam cum his, quæ personam circunstant, vt puta locus, efficiens, occasio, modus, & instrumenta. vnde si persona ad personam comparetur, ut ætas ad ætatem, sexus ad sexum, dignitas ad dignitatem, ut rex ad regem, atque aliæ consentiãt circunstantiæ exemplum à pari nuncupabitur: si verò persona personæ præstet, atque aliæ partes; dicetur à maiori: si contrà, à minori. De similitudine verò, atque de Apologo aliàs disseremus.

Argumentum, & distributio cap. 10.

Locæ, è quibus sumuntur probationes persuasibiles duo esse communia statuit Arist. rem scilicet, de qua agitur, & personam: atque rem duo probationum genera

nera in se continere, alias necessarias, alias probabiles; nunc probabilium inquit aliquas esse proprias Rhetoricæ, aliquas communes, quemadmodum loca, è quibus ducuntur, alia esse communia, alia propria: communia, quæ ad plures scientias, uel artes pertinent, ut est locus ex maiore, & minore, qui exhibet probationes res morales, naturales, & alias confirmantes, quæ hominem non doceant: non habent enim certam materiam. Propria verò, quæ dant proprias cuiusque artis propositiones, quæ auditorem à proposito amouent, & extra artem dicuntur. unde fiunt enthymemata maiori ex parte ex probationibus propriis, pauciora ex communibus. De propriis igitur prius scribere proponit sic [prius igitur de formis enthymematum, quàm de locis dicamus] cur autem id faciendum ei sit, ostendit his uerbis [In ipsis autem enthymematibus maxima est differentia] quæ uerò sit differentia, ibi exponit [nam enthymemata quædam ipsius artis dicendi propria] hinc conclusionem infert hanc [Itaque sæpe fit, ut auditores fallant] quæ autem sint enthymemata propria, & quæ communia explanat, & quid locus sit, è quibus probationes depromuntur, & duo ea esse, commune, & proprium sic aperit [Eos enim ego Dialecticos, & Oratorios syllogismos uoco] commune quid sit, ibi declarat [Loci uerò ij, qui communiter] proprium quid sit, ibi [propria uerò cuiusque artis] aliam scribit differentiam argumentorum communium, & propriorum his uerbis [illa uerò argumenta, quæ communiter] producit secundam rationem, quæ propositum magis adhortatur, quæ est [Quemadmodum igitur in Topicis, ita etiam in hoc opere]

Enthymemata duci tum ex propriis propositionibus, tum ex locis communibus.

SIGON.

45 ENthymematum autem magna differẽtia est, eaque omnes fere maxime latet, quæ in dialectica quoque ratione syllogismorum versatur: alia. n. eorum in rhetorica, perinde atque in dialectica quoq; ratione syllogismorum, partim verò non dum compertis.

46 Quocirca latent audi tores, & qui cõmodius illa attingunt, à se ipsis recedunt. Erit autem apertius quod dicitur, si pluribus exponetur.

47 Dico autem dialecticos, & oratorios syllogismos esse, de quib. locos dicimus: hi verò sunt, qui communiter de iustis, & naturalibus & de ciuilib. & de multis specie differentibus

MAIORAG.

IN ipsis autem enthymematibus maxima est differentia, quæ omnes fere plurimum fallit, atque eadem est enthymematum differentia, quæ in dissẽrendi ratione syllogismorum est. nam enthymemata quædam ipsius artis dicendi propria, sicuti syllogismi etiam quidam Dialecticę proprij sunt, quædam autem ad alias artes, & facultates pertinent: quę vel iam inuẽtæ sunt, & excultæ, vel nondum planè cognitę, penitusque perspectæ sunt.

Itaque sæpe fit, vt auditores fallãt: & qui huiusmodi enthymemata magis, quàm cõueniat, amplectuntur, artis oratoriæ fines transiliunt, hoc aũt, quod dico, clarius, & apertius erit, si plurib. verbis explicẽt.

sunt: vt maioris, & minoris locus: neq; n. ex hoc licebit syllogismũ colligere, aut enthymema pferre de iustis potius, quàm de naturalibus, aut quacunque de re. atqui hęc specie differunt.

48 Propria verò, quæ ex ppositionibus existunt, quæ in vnaquaque spẽ, genereque versantur, vt de naturalibus sunt propositiones, ex quib. neque enthymema neque syllogismus est de moralibus. itemque de his aliæ, ex quibus non erit de naturalibus. eodemq; modo hoc se habet in omnibus. Et illa quidem nullo in genere prudentem efficiẽt, quia in nulla re subiecta versantur, hęc vero quo quis in propositiones meliora selegerit, eo clam aliam scientiam a dialectica, & rhetorica fecerit: etenim si in principia inciderit; non amplius dialectica, & rhetorica, sed illa demũ erit cuius principia tenet.

Eos enim ego Dialecticos, & oratorios syllogismos voco, qui ducuntur ex locis, in quibus latent argumenta. Loci verò dicuntur ij, qui cõmuniter de rebus, quæ ad mores, & ad naturã, & ad ciuilem scientiam pertinẽt, & denique ad alia multa, quæ specie inter se differant, argumenta continent, vt locus, qui ex maiore, & minore dicitur: neque enim ex hoc loco magis de rebus iustis, quàm de rebus naturalibus, aut de qualibet alia re, vel syllogismo concludere aliquid, vel enthymemate probare licet. atqui hęc sine dubio specie differunt.

Propria verò cuiusq; artis argumenta sunt, quæ constant è propositionibus, ab arte illa ipsa desumptis. exempli gratia, in rebus naturalibus propositiones sunt, ex quibus nemo potest aut enthymema, aut syllogismum formare, qui ad vitam, & mores

42 Maxima verò pars enthymematũ ex his formis elicitur, quæ in parte sunt, & propriæ: minor verò ex communibus. Vt ergo in Topicis, item hic distinguendæ sunt enthymematũ formæ, locique, ex quibus est assumendum. dico autem formas proprias in vnoquoque genere propositiones, locos verò, æque omnium communes. Ac prius quidẽ de formis doceamus, verùm genera Rhetoricæ primum arripiamus; vt posteaquam quàm multa ipsa sint, tradiderimus, de his separatim elementa, ac propositiones arripiamus.

pertineat. & in moralibus rebus sunt aliæ propositiones, ex quibus nihil cõcludi potest, quod ad naturam spectet, atque eadem est in cæteris omnibus ratio. illa verò argumenta, quę communiter ex locis sumuntur, neminem possunt huius, aut illius artis peritum facere; quoniam nullam habẽt certam sibi subiectam materiam: atqui proprias artium propositiones quanto quis exquisitiores elegerit, tantò magis a proposito suo abberrabit, & in alia scientia versabitur, quàm in Dialectica, aut Rhetorica: si enim ad alicuius artis principia peruenerit; iam non erit Dialectica, aut Rhetorica; sed erit illa ipsa ars, cuius ea principia fuerint.

Maiori autem parte enthymemata fiunt ex propositionibus illis, quæ propriæ, peculiaresque sunt alicuius artis, e communibus autem locis longè pauciora. Quemadmodum igitur in Topicis; ita etiam in hoc opere distinguendæ sunt enthymematum species, & loci, vnde sumuntur argumenta. voco autem species enthymematum, proprias cuiusque generis propositiones: locos vero sedes argumentorum, æqualiter omnibus

nibus communeis. prius igitur de formis enthymematum, quàm de locis, dicamus: ac primò Rhetoricæ genera videamus; vt, cum ea, quot numero sint, explicuerimus; sigillatim deinde cuiusque generis elementa, propositionesque tractemus.

EXPLANATIONES.

45 Nã enthymemata quædam sunt ipsius artis dicendi propria] *Probationes sunt in duplici differentia: quædam enim sumuntur à rei, de qua agitur natura: quædam ab attributis naturæ: & quæ ab attributis accipiuntur quædam ab attributis rei naturalibus, quædam ab aduentitijs, siue accidentalibus. Quæ verò probationes à rei natura, & ab attributis innatis ducuntur, hę propriæ existunt. quæ autem ab aduẽtitijs, hæ communes sunt: nam ad alias artes, et facultates maximè pertinent. sed propriæ artis Rhetoricæ sunt hæ quæ persuasibiles, & probabiles in omnibus rebus reperiri possunt. quare, siquid uerum sit, quod non sit persuasibile, id non oratoriæ facultati subijcitur: persuasibile. n. & uerum, & falsum esse potest: nam multa talia sunt persuasibilia, & multa uera, quibus non facilè assertimur.*

46 Itaque sepe fit, vt auditores fallant] *Probationes non propriæ artis Rhetoricæ aliæ sunt propriæ alterius artis, & facultatis, aliæ communes. Si Orator probationes dicat non sibi proprias, sed alij artifici; sæpe decipiet auditores ex eo, quod eas in Oratoris facultate putabũt esse. imo, si eas diligentius, quàm arti Rhetoricæ conueniat pe. tractarit; alterius doctoris personam induet.*

47 Eos & Dialecticos, & Oratorios syllogismos voco] *Docet Arist. quid, & quot sint loca, ex quibus pro-*

probationes ducuntur. Vocat loca illa, in quibus latet argumenta, id est, probationes. ea verò dividit in communia, & propria. communia, quæ continent terminos, qui ad multa pertinent, quæ sunt specie differentia. sed de his in lib. secundo disputabimus. talia enim loca continent terminos; ex quibus probationes conficiuntur, quæ non uni competant, sed pluribus artibus.

48 Propria verò cuiusq; artis argumenta sunt] hoc est, propriæ probationes, & non communes sunt quæ à natura rei ducuntur: sed non à singulis naturæ rei partibus: sed ab his, quas ars desiderat. Deinde quæ sit differentia inter probationes communes ac proprias, aperit, & inquit probationes, quæ ex locis communibus sumuntur, neminem reddunt artis alicuius peritum; propterea quòd nullo rerum ambitu definito continentur. contra, qui proprias, hoc est, ex propriis locis ductas elegerit, non Orator, vel Dialecticus appellabatur, nisi fuerint persuasibiles, aut probabiles, sed illius artis peritus.

49 Maiori autem parte enthymemata fiunt] Monet Oratorem, ut ad enthymemata componenda propositiones, hoc est, probationes inueniat proprias. sive verò communes elegerit; ha pauciſſimæ sunt: quoniam nihil docent, ut antea dixit. Cum igitur propriis opus sit, & multis; inuentionem postulat locorum maximam, ex quibus plurimas probationum species depromemus: tot enim sunt enthymematum species, quot sunt partes rei subiectæ, quas locos, sive sedes appellat æquè omnibus communes.

Argumentum, & distributio cap. II.

Qua arte rem ipsam in partes, sive locos, ex quibus probationes sumuntur, distribuamus, explanat Aristot. & ait rem, de qua sermo habetur, audiri, aut

aut deliberetur, aut iudicetur, aut demonstretur: nã audit, vel disceptator, vel iudex, vel auscultator. quare res in tria dividitur genera, deliberativum, iudiciale, & demonstrativum. ad deliberativum spectat suasio, & dissuasio de rebus futuris: ad iudiciale accusatio, & defensio de præteritis: ad demõstrativum laus, & vituperatio de præsentibus; quanquàm & præterita commemorat, & futura augurat. Orator. finis in deliberando est utilitas, & damnum, in iudicando iustum, & iniustum, in demonstrando, sive exornando honestum, & turpe. Hæc est capitis summa. Cum distribuat rem in partes non singulas, sed eas, quæ ad artem Rhetoricam faciunt, de tribus disserit, & proponit dicens [sunt autem Rhetorica genera tria] propositum probat quatuor modis. primus ab auditoribus sumitur, & inquit [tot enim etiam auditorum genera] hunc modum sic explicat [nam ex tribus rebus oratio constat] Hinc conclusionem infert, quo nomine sit unumquodque genus appellandum, & ait [Quare necesse est] deinde genera partitur sic [Deliberationis autem duæ sunt partes] & partitionẽ confirmat his verbis [nam & qui privatè de aliqua re deliberant.] Secundus porro modus sumitur à tempore, undescribit [Quinetiam horum trium generum tempora distincta sunt] comprobat sic [nam deliberationi futurum tempus datur] Tertius accipitur à fine actionum humanarum: cum res, quæ præ manibus habentur Oratoris, sint hominum opera. itaque hunc explicat sic [Finis præterea cuique generi propositus est] explanat autem, cum inquit [nam in deliberando finis est utilitas & detrimentum] confirmat autem fines trium generum, dum dicit [Quòd autem hi sint fines] Epilogum dicit ibi [Perspicuum est]

Proprias propositiones duci ex finibus trium generum Rhetoricæ, deliberatiuo, iudiciali, demonstratiuo, & quid eorum singula sint.

SIGON. MAIORAG.

50 CEterũ formæ rhetoricæ tres numero sunt, quia tot etiam tria sunt auditores oratio- num. Constat enim ex tribus oratio, ex eo, qui dicit, & re, de qua dicit, & eo, ad quem, finisq; quam, refertur. Necesse est autem, ut auditor aut spectator sit, aut iudicator: iudicator verò qui aut rerum præteritarũ, aut futurarum. est autẽ qui de rebus futuris iudicat, vt cõcio: qui verò de præteritis, vt iudex: qui verò de facultate, spectator.

51 Quare ex necessitate tria sunt genera oratio num rhetoricarum, de liberatiuum, iudiciale, ostentatiuum. delibera tionis verò vnum est ad hortatio, alterum dehortatio; quia semper

50 SVnt autem Rhetoricæ genera numero tot enim etiam tria; ditorum genera repe- riuntur: nam ex tribus rebus oratio constat, ex eo qui dicit, ex materia, de qua dicitur, & ex eo apud quem verba fiũt. quin etiam cuiuslibet orationis finis ad audi- torem refertur. Necesse est autem, vt is, qui aut rerum præteritarũ, dit, vel auscultator tantum sit, vel etiam discep- ptator: disceptator verò, qui vel de præteritis statuat, vel de futuris. & de futuris quidẽ statuit, vt is qui in concione dicentem audit: de præteritis autem, vt iudex. at verò auscultator de oratoris facultate iudicat.

Quare necesse est tria cautarum esse genera, deliberationis, iudicij,

& qui priuatim suadẽt, & qui publicè cum populo agunt, alterum horum faciunt: iudicij verò vnum accusatio, alterum defensio; quia horum alterum facere necesse est eos, qui controuersantur: ostentatiui vero vnum laus, alterum vituperatio.

52 At verò tempora cuiusq; horum sunt, suasori quidem futurum; quia de futuris suadet; qui aut hortatur, aut dehortatur: litiganti verò præteritum; quia de factis sæpe alter accusat, alter defendit: ostentatiuo verò præsens aptissimum est illud quidẽ; quoniam ea ijs, quæ insunt, laudant, aut vituperant omnes; assumũt tamen sæpe etiam præterita, recordantes, & futura, augurantes.

53 Finis autem horum vnicuiq; diuersus est, & tribus quidem triplex: suasori utile, & noxiũ; quia suasor tanquam melius suadet, dehortator tanquam deterius exornationis. Deliberationis autem duæ sunt partes; altera suasio, altera dissuasio: nam & qui priuatè de re aliqua deliberant, & qui publicè concionãtur, semper horum alterutrum efficiunt. Iudicij verò partes sunt accusatio, & defensio: qui enim in iudicio versantur, horum alterũ facere oportet. Exornationis denique partes sunt laus, & vituperatio.

Quinetiam horum trium generum tempora distincta sunt: nam deliberationi futurum tempus datur: qui.n. deliberat, siue suadeat, siue dissuadeat, de futuris deliberat. iudicio verò præteritum tempus est propositum: nam de rebus iam factis semper hic quidẽ accusat, ille autem defendit. exornationis maximè quidem proprium est præsens tempus: qui enim laudant, vel vituperant aliquem, ea, quæ tunc in eo sunt, considerant;

dehortatur, reliqua vero ad hoc simul assumit aut iustum, aut iniustũ, aut honestum, aut turpe: litigantibus iustum, & iniustum, reliqua vero ad hęc & isti simul assumunt: laudantibus ac vituperãtibus honestũ, ac turpe, alia verò & isti ad hæc referunt. Esse autem vnicuique eum, quem diximus, finem, signum est, & cęteris de rebus aliquando non disceptauerint; vt litigator, non esse factum, aut nõ nocuisse; aut iniustè fecisse, nunquam consiteretur: neq; enim iudicio opus esset. similiter verò, qui suadent, cętera sępenumero ab ijciunt, se verò inutilia suadere, aut ab vtilibus deterrere haudquaquã concederent: vtrum autem iniustũ sit vicinos in seruitutem adducere etiam nullam iniuriã inferentes, sæpenumero non considerant. Similiter verò & qui laudant, & qui vituperant

sed tamen etiam præterita reminiscentes commemorant, & de futuris coniecturam faciũt.

Finis præterea cuiusq; generi propositus est, & , cum tria sint genera etiam erunt fines: nam in deliberando finis est vtilitas, & detrimentum: qui enim suadet aliquid illud tantum quam melius suadet, & qui dissuadet tanquam deterius dissuadet. alia verò omnia huc referuntur; vt si quid iustum, aut iniustum, honestum, aut turpe dicatur. in iudicijs qd æquũ, aut iniquum sit, quæritur. siqua verò sunt alia, huc referuntur. in exordijs quibus, vtilitate propria neglecta, honestum aliquid effecerit: vt Achillem in eo laudãt, quod opitulatus est Patroclo sodali suo; quamuis sciret ea de causa se moriturũ, eum liceret ei viuere. huic igitur mors eiusmodi in primis honesta fuit, vita verò fuisset vtilis.

Perspicuum est autem ex ijs, quæ dicta sunt, non aliter hæc tractari posse; nisi quis primo eorum propositiones habuerit. propositiones verò rhetorum sunt propriæ rerum notæ, verisimilia, & signa: nam omnis syllogismus ex pro-

fecerit, non attendunt, nemo vnquam, iniustè verum in laude sæpe ẽt se fecisse fateretur, alio ponunt, & proprio neglecto commodo honestum conciliatim quin omnis statim controuersia tolleretur. eo dem modo, qui contuti Achillem laudant, & lunt, alia sępenumero Patrocolo sodali opitulatus sit, sciens sibi morquam fateretur, se vel riendum esse, cum viue inutilia suadere, vel ab re liceret. at eiusmodi vtilibus retrahere. quin mors illi honestior, vita sępe non verentur dicere verò vtilis. Ex his autẽ, re, non esse iniustum, quæ dicta sunt apparet, aut finitimos populos, primum de his rebus, & aut eos, qui nihil læsepositiones necessario est runt. in seruitutem redire habenda: quia tec gere. simili ratione, qui meria & verisimilia, & laudant, aut vituperant, signa, propositiones sunt non illud attendunt; oratoriæ: nam omni vtrum is, de quo dicunt syllogismus ex propositionib. constat, entymema verò syllogismus est, ex ijs, quas diximus, propositionibus constitutus.

positionibus conflatur enthymema verò syllogismus quidam est, qui constat ex prædictis rhetorum propositionibus.

EXPLANATIONES.

50 Sunt autem Rhetoricæ genera numero tria] Materia, de qua dicitur, dat Oratori probationes. Et, quoniam legi oportet eas, quæ sint ad persuadendum appositæ: hæ verò possunt aliter atque aliter euenire: &, quemadmodum materia constat ex humanis negotijs, quæ à nobis possunt fieri, & non fieri, atque in consilio, ac iudicio nostro, quæ ad hãc & ad illam partem verti licet: sic probationes cum ab huiusmodi materia ducantur, eadem possidebunt facultates. quare si negocia erunt gesta, ac præterita; de his nihil aliud potest dici, nisi quod iudicentur, vel demonstrentur. sin nondum gesta sunt; de his deliberandum est. Idcirco omnis humana actio aut in iudicium, aut in demonstrationem, aut in deliberationem cadit: sic materia, quæ est disputanda, sic probationes, ad iudicium, demonstrationem, & deliberationem persuadent. materia igitur iudicanda præbebit probationes, quæ ad iudicium tale persuadeant: demonstranda, & deliberanda eas, quæ ad demonstrationem, & deliberationem pertinent: non autem alias: abundat enim, sed præter rem sunt.

51 Quare necesse est tria causarum esse genera, & deliberationis, iudicij, & exornationis] Quæli-
52 bet igitur materia, quæ ab his proficiscatur actionibus, quæ sint in hominis potestate, vt fiant, atque non fiant, potest deliberari, iudicari, & demonstrari. Sed non deliberatur nisi futura sit, vel vt futura: nec iudicatur, nisi præterita, vel vt præterita: nec demonstratur nisi præsens, vel vt præsens. Nunc ésto, quòd materia

teria proposita deliberanda sit, veluti vtrum bellum gerere oporteat, Orator verò sentiat bellum esse gerendum; duo aperit Arist. loca communia ad vtrunque horum se præstaret Orator: nam, si ostendere sibi proponatur bellum suscipi oportere; eas producat rationes, quæ bellum persuadeant, atque eas confutet, quæ dissuadeant. itaque alter locus communis est suasio, alter dissuasio. Si verò materia proponatur iudicanda; duo quoque loca demonstrat: à quorum altero probationes sumat Orator, quæ rem agendam accusent: ab altero, quæ defendant, & eas confutet. Si autem quid demonstrandum sit; duo etiam erunt: alter enim præbet rationes, quæ laudent: alter eas repellit, quæ vituperent.

53 Cum tria sunt genera; tres etiam erunt fines] Omnis humana actio, quæ per electionem fit, plerunque propter aliquem finem fit. atque fines humanarum actionum sunt laus, iustitia, & vtilitas, non autem vituperium, nec iniustitia, nec damnum. tamen sæpe fit, vt dum laudem, vel iustitiam, vel vtilitatem molimur; in oppositam cadamus partem. vnde pro laude vituperium, pro iustitia iniustitiam, ac pro vtilitate damnum assequamur. Idcirco fines sunt non tres priores, sed omnes: priores verò per se intenti sunt. Dedit Arist. singulis generibus duo communia loca, è quibus accipiamus probationes. nunc verò singula rursus diuidit in partes, ac loco suasionis tribuit vtilitatem, & damnum: itidem loco dissuasionis: nãdum Orator bellum suadet; rationes explicet, quæ futuram vtilitatem ostendant: atque eas reprimat, quæ eandem auferant, aut damnum promittant. loco autem accusationis, & defensionis dedit iustitiam, & iniustitiam: loco laudis, & vituperationis, honestum, & turpe: ab his enim eodem modo sumenda sunt probationes, quo à loco suasionis, & dissuasionis. At ma-

lorem suscipiet quandoque probationum copiam, si fines omnes misceat, quemadmodum laudem cum iustitia, vel vtilitate: iustitiam cum laude, vel vtilitate: & vtilitatem cum laude, vel iustitia: vehementior enim est oratio, quæ probet iustum esse debellare finitimos populos, atque idem honestum, & vtile.

Argumentum, & distributio cap. 12.

Materia igitur Oratori subiecta, ac probationes sunt de humanis actionibus, quæ, vel præteritæ, vel præsentes, vel futuræ sunt: atque hæ possibiles, aut impossibiles, vt fiant, vel factæ sint: aut sint aut futuræ sint. has aperire non solum oportet Oratorem; sed & quonam illud vtile, & damnum, iustum, & iniustū, honestum, & turpe quod in re, de qua agitur, inest, suscipit modos, veluti magnum, & paruum: & magis, & minus. Caput igitur duas habet partes. prima narrat subiectam materiā, & probationes eligi oportere ex possibilibus, atque impossibilibus in singulis generibus. eaq, est [*sed quia quæ fieri nullo modo possunt*] *secunda materia & probationibus modos addit, & verba sunt* [*Præterea cum omnes, qui laudāt*] *epilogum postea facit, ac propositum: nam in genere probationum docuit, nunc separatim se dicturum proponit ibi* [*Sed hactenus dictum est.*]

Præter propositiones proprias etiam communes esse tenendas.

SIGON. MAIOR. AG.

54 QVoniam autē possibilia gesta esse, aut gestum iri non posse, quæ possunt iam esse facta, 54 SEd, quia q̄ fieri nullo modo possunt, ea neque possunt iam esse facta,

neque postea fierī: & quæ facta non sunt, nam ea tantum fiunt, q̄ aut non erunt, ea gesta fieri possunt eodem modo esse, hęc gestum iri non posse: quæ nunquam fuerūt, neque futura sunt, possunt, necesse est, vt ea, non fieri potest, vt & suasor, & litigator, & ostentator propositiones habeant de possibili, & impossibili, & an factum sit, nec ne, & an erit, nec ne.

55 Iam verò quoniam omnes & qui laudant, atque vituperant, & qui adhortantur, atque dehortantur, & qui accusant, atque defendunt, non solum quæ dicta sunt, monstrare conantur, sed etiam magnum aut paruum quod aut bonum est, aut malum, aut honestum, aut turpe, aut iustum, aut iniustum, aut per se proferentes, aut contra inter se comparantes: sane dubium nō est, quin & de magnitudine, ac parvitate, & maiori, ac minori, & in vniuersum, & de vnoquoque propositiones habere oporteat, vt quodnā maius bonum sit, aut minus

aut vera sint, aut vnquam fuerint, aut aliquando futura sint, an non facta: & vtrum futura sit, an non.

Præterea, cum omnes qui laudant, & vituperant, qui suadent, & dissuadent, qui accusant, & defendunt, non solū turpe, aut iustum, aut prædicta demonstrare conentur; sed etiam rem vel magnam, vel paruam esse, vel bonā, vel malam, vel honesti, vel turpem, vel æquam, vel iniquam, aut per se consideratam, aut aliarum comparatione; perspicuum est, eos etiam oportere de magnitudi & 55

minus, aut iniuria, aut aui. similiterque de ceteris. & de maiori, & minori propositiones habere, atque illas, & generatim, & sigillatim; vt quod maius bonum, aut minus: quod maius peccatum, aut meritum, & de alijs eodem modo.

EXPLANATIONES.

54 Sed, quia quę fieri nullo modo possunt] *possibiles, vel impossibiles sunt humanæ actiones per se, vel comparatæ. possibiles per se sunt, quæ à forma, siue virtute proficiscuntur hac, quæ talem possit actionem producere: nam actio est quædam à viro, quæ non à puero, nec à fœmina, nec à pygmæo. atque huiusmodi actio dicitur per se possibilis, vt fiat, vel facta sit. contrà impossibilis per se. Possibiles verò actiones non per se, sed comparatæ hæ existunt, quæ resciunt circunstantias: nam possibilis est equitatio hoc loco, impossibilis alio: hoc tempore, hoc modo, hæc occasione; his instrumentis, his commodis possibilis est, nõ illis. Et, quemadmodum actiones, sic probationes ab his cõmunibus locis ducuntur, & possibilibus, & impossibilibus per se, & per aliud: vtraque enim ad rem plurimum conferunt: nam, si ostendimus Clodium insidias Miloni fecisse; quatuor probationum modos proferre poterimus: possibiles scilicet per se, possibiles comparatos: impossibiles per se, & impossibiles comparatos.*

55 Sed etiam rem vel magnam, vel paruam esse, siue bona, vel mala] *Quoniam tres fines actionum suscipiunt accretionem, & decretionem in quantitate, & in qualitate: & huiusmodi accretio, siue amplificatio, & imminutio quædam per se existit, quædã comparata; idcirco probationes quoque licebit sumere nõ solum à iusto per se, sed & à magno, maiori, & maximo. sic de vtili, & honesto est dicendum.*

Argumentum, & distributio cap. 13.

Probationum loca propria in singulis generibus proponit Arist. se scripturum; sed non ad vnguem singula: ac primum in deliberatiuo non omnia commoda, & incommoda ad consilium pertinere: nam nec necessaria, nec quæ fieri, vel esse non possunt, nec multa, quæ natura, vel casu possunt fieri, & non fieri, in deliberationem vocantur: sed quæ in nos suæ naturæ possunt referri, & quæ à nobis proficiscuntur. Proponit ibi [deinceps verò de vnoquoque genere separatim dicemus] *deinde duo habemus: nam primum in genere deliberatiuo explicat de quibus commodis, & incommodis sit scripturus, his verbis* [ac primò quidem videndum est in quibus bonis] *quæ verò sint recensenda sic* [neque enim versatur in omnibus] *quæ autẽ non, ait ibi* [quæcunque verò necessariò, vel iam sunt] *&* [neque de omnibus] *& concludit ea esse, quæ ab arbitrio, potestate q. nostra veniunt, & inquit* [ea verò sunt, quæ ad nos referri tantum possunt] *secundò habemus, quòd nõ exquisitè de singulis perscrutari licet & id scribit* [Singula igitur diligenter enumerare] *& cur hoc modo* [neque enim hoc Rhetorica] *quæ verò tractare velit subdit sic* [Quod enim antea diximus, verum est] *& addit* [Quòd siquis vel Dialecticam] *quæ tandem ad Rhetoricam pertinentia ei sint proposita concludit ex dictis, & proponit ex dicendis sibi* [Verùm nos qualitatem asserant]

Quibus

Quibus potissimum de rebus in genere deliberatiuo consilium agitari oporteat.

SIGON. MAIORAG.

56 AC de ijs quidem, quorum necessario sunt comparandæ propositiones diximus. post hæc autem de vnoquoque horum separatim est differendum, nempe de quibus suasio, & de quibus ostentatiuæ orationes, tertio vero loco de quibus iudicia sunt. Ac primũ quidem sumendum est, quibus de bonis, aut malis suasor suadeat; siquidem non de omnibus, sed de ijs, quæ & futura fuisse, & non fuisse contingit: quę vero ex necessitate aut sunt, aut erũt, aut esse non potest, vt sint, aut futura sint, de his suasio nulla est: neq; verò de contingentibus omnibus, (sunt enim quędam bona, quæ & natura, & à fortuna sũt, ex ijs, quæ contingit, vt

56 SEd hactenus dictum est quarum rerum, propositiones sibi parare oratorem necesse est, deinceps verò de vnoquoque genere separatim dicemus: vt, quæ sint ea, ex quibus delibe ratio conficitur, & ex quib. orationes demonstratiuæ, tertiò verò de quibus est iudicium. Ac primò quidem videndum est, in quibus bonis, aut malis versetur is, qui deliberat: neq; enim versatur in omnibus; sed in eis tãtum, quę naturam eam habent, vt & fieri, & nõ fieri possint. quæcunq; verò necessariè vel iam sunt, vel posthac erunt, vel quæ fieri non potest, vt aut nunc sint, aut aliquando fiant; de ijs sanè deliberatio nõ est. Neque tamen de om-

vt sint, & non; de quibus non, est procliue consilium) verum de ijs nimirum, de quibus est consultatio. ciusmodi verò sunt, quæ naturam habent, vt ad nos refectantur, & quorum principium originis est in nobis: eatenus enim consideramus, quoad inueniamus, admini strari ne à nobis possint, an non possint.

57 Ac singula quidẽ exquisitè enumerare, & in formas ea digerere, de quibus soliti sunt agere, itemque quoad fieri potest, de ijs ad veritatem definire in præsenti tempore conari non attinet; quia rhetoricæ non est artis, sed prudentioris, & verioris, multo verò plura ei etiam tributa sint propria contemplatione: quod enim supra diximus, verum est rhetoricam constare tũ ex Analytica scientia, tum ex politica, quę de moribus est: similem autem esse partim dialeticę,

omnibus, quæ continget fieri solent, est deliberatio: cum aliqua vel à natura, vel à fortuna fiant, quæ aut contingere, aut non contingere possunt, de quibus nemo deliberare potest. Sed planum est in ijs esse deliberationem, de quibus consultamus, ea verò sunt, quæ ad nos tantum referri possunt: & quorum principium agendi in nostro arbitrio, potestateq; situm est: nam vsq; eò consultando procedimus: donec inuenerimus, vtrũ à nobis ea fieri, an non fieri possint.

57 Singula igitur diligenter enumerare, atque in species digerere, de quibus statuere solent, & quantum fieri posset ex veritate perpendere, nihil opus est in præsentia: neque enim hoc Rhetoricæ officium est sed alterius, quæ de se tũ ex Analytica scientia, tum ex politica, quę veritatem inuestigat. tale autem est: similem verò abest, vt aliquid Rhetoricæ derogamus,

ticæ, partim sophisticis hamus, vt etiam ei lonrationibus, & siquis aut gè plura concedamus, dialecticam, aut hanc quam re vera concedi non vt facultates, sed debeant. Quod enim vt scientias apparere anteà diximus, verum conetur; inconsultò na est, nempe Rhetoricam tura eorum euertet, dũ ex Analytica sciẽtia, & adhibẽdo apparatu trã parte ciuilis facultatis, sibit ad scientias subie- quæ in moribus versactarum quarundam re- tur, esse conflatam simirum, non autem dunta lis est autem partim qui xat rationum. Verunta dem Dialecticæ, partim men quæcunque opere vero sophisticis disputa pretium est distingue- tionibus. Quod siquis re, ac locum præterea vel Dialecticam, vel hãc meditandi scientiæ ciui artem, non tanquam fa li relinquunt, nunc etiã cultates, sed tanquam exponamus. scientias exquisitius tra ctare voluerit; imprudens earũ naturã penitus euertet: eo q illas orã di studio captus, transeat in scias, quæ iam res aliquas certas, in quibus versatur, subiectas habent, non autem rationes, & argumenta tantum. verùm nos, quæ vtilitatem afferant huic arti; in præsentia pertractemus, ita tamen, vt exquisitam eorum explicationem ciuili scientiæ relinquamus.

EXPLANATIONES.

56 In quibus bonis, aut malis versetur is, qui deliberat] *bona, & mala, siue utilia, & inutilia, sine commoda, & incommoda quanis ad genus deliberatiunum non pertinent: nam quædam sunt bona, & mala necessaria, quædam non necessaria, sed quę fieri, & non*

non fieri possunt. & horum quædam à natura, vel à casu, quædam ad libitum hominis bona, & mala necessaria non cadunt in deliberationem, nec quæ contingentia à natura, & casu; sed ea, quæ in arbitrio, & voluntate nostra sunt sita: de his enim consultamus: siquidem prodesse nobis, aut obesse queant.

57 Neque enim Rhetoricæ artis officium est] *Rhetorica eas sibi res vsurpat, quæ ad Dialecticam, ciuilemq; scientiam spectat: sed non adeo diligenter rationem enthymematum tradit, vt Dialectica, nec sententias in consuetudine positas, vt scientia ciuilis, nec vsitatiores, & faciliores cauillationes, vt Sophistica. verùm his vtitur, quantum satis est ad id, quod vult Orator explicandum. idque pudenter facit, & non minus digreditur. At verò cum Dialectica duas habeat partes, alteram, quæ ad iudicium pertinet, & Analecticen vocat Arist. alteram, quæ ad inuentionem; Rhetorica si comparetur ad Analecticen quasi virgultum è radicibus Dialecticæ pullulans vocatur. hæc pars respicit enthymema, & exemplum. Si verò ad inuentionem spectat; Rhetorica est antistrophos, siue ex altera parte respondens Dialecticæ.*

Argumentum, & distributio cap. 14.

Materia igitur Oratori, & auditorib. subiecta sunt actiones, quæ à nostra voluntate, & arbitrio proficiscuntur. Ea verò triplex constituitur deliberatiua, iudicialis, & demonstratiua. Materia deliberatiua, ne res publicæ, quæ maximæ sunt, & quæ in deliberationem ueniunt, quinque numerantur, quibus omnis Reip. status continetur, uectigalia, bellum & pax, custodia regionis, ea quæ importantur, & exportãtur, & leges ferendæ. Hæc nosse oportet Oratorem, & qua, quot, & quibus modis. Caput distribuitur in diuisionem

missionem propositionis: nam propositio est [Deinceps verò de unoquoque genere separatim dicemus] quam in genere deliberativo sic explanat [Res igitur maximæ, de quibus omnes ferè consultant] deinde quot sint materiæ, enumerat ibi [de vectigalibus, de bello, & pace] postea quid unumquodque sit, & quibus modis no scat Orator, docet, ac primo loco de vectigali, dum scribit [Itaque si quis de vectigalibus bene consulturus est] secundo de bello, & pace sic [Qui verò de bello & pace consulturus est] tertio de custodia regionis his verbis [De custodia regionis qui dicturus est] quarto de his quæ importantur, & exportantur hæc scribit [De annona videndum erit] quinto de legibus ferendis, de quibus hoc pacto dicit [sed illud non parui ponderis est ferendarum legum.

Quinque esse de quibus consultatio fit, & deliberatio.

SIGON. MAIORAG.

51 FEnim ea, de quib. omnes deliberant, & de quib. suasores loquuntur, quæ maxima, ferme quinque numero sunt, hoc est de parādis pecunijs, & bello, ac pace, item de custodia regionis, & ijs rebus quæ in hac inuehuntur, & euehuntur, legibusque instituē dis. Ergo qui de parādis pecunijs consilium daturus est, vectigalia ciui-

51 REs igitur maximæ, de quib. omnes fere consultant, & de quibus deliberantes in cōcione sententiā dicunt hoc est, de vectigalibus de bello, & pace, de custodia regionis, de ijs q̄ importantur, & exportantur, de ferendis legibus. Itaque si quis de vectigalibus bene consulturus est, eum reddi-

tatis nosse debebit, quæ & quanta sint: si quod desit, adiungatur, & si quod minus sit, augeat: item sumptus ciuitatis omnes: vt si quis sit superuacaneus, tollatur, & si quis maior, imminuatur: quia nō solum ijs, quæ adsunt, addendo, locupletiores euadunt, sed etiam de sumptibus detrahendo. hæc autem nō solum ex priuatorum negociorum vsu intelligere possumus, verum eorum ēt, quæ apud alios inuentæ sunt, historicum esse ad horum cōsilium est necesse.

59 De bello autem, & pace, copias nosse ciuitatis, & quantæ iam adsint, & quātæ possint adesse, & quales sint, quæ adsint, & si quæ possint accedere: itemque bella quomodo, & quę bellarit: neque verò suę solum ciuitatis, sed etiam finitimorū has res nosse necesse est: aut etiam quibus cum gloriosum sit, bellum gerere: vt

tus ciuitatis nosse oportet, quot, qualesve sint: vt, siquis negligentia relictus sit; adiūgatur, & siquis minor est, quàm cōuenit, augeatur, præterea publicos ciuitatis sumptus nosse debet: vt, siquis superuacaneus est; adimatur: & siquis maior est, quàm conueniat, minuatur: non enim solum bona amplificādo ditiores euadunt homines, sed etiam sumptus detrahendo, hæc autem non tantum ex priuatarum rerum scientia possunt intelligi: sed etiam historiarum peritum esse oportet, qui bene de his consulturus sit, vt sciat, quomodo aliæ nationes ad hanc rem idoneas rationes inuenerint.

59 Qui verò de bello, & pace cōsulturus est, copias ciuitatis nosse debet: & quæ paratæ iam sint, & quæ parati possint: qualesque sint & illæ, quæ sunt in promptu; & illæ quæ præte-

cum potentioribus pax habeatur, cum inferioribus bellum gerere in sua potestate positum sit: & copias, vtrũ similes, an dissimiles: quia fieri potest, vt ea quoq; ex parte superiore, an inferiore conditione simus. est autem necesse, earum etiam rerum habuerint: quia natura comparatũ est, vt similia ex similibus oriantur.

60 Iam verò de custodia regionis, non ignorare, quo pacto custodiatur, sed & multitudinẽ nostram custodum. & formã, & loca præfidiorum, quod facere nõ potest, nisi qui peritus est regionis: vt & si minor custodia sit; augeatur: &, si qua superuacanea; minuatur, & opportuna loca potius tueantur.

61 Præterea verò de annona, quanta in suppetum satis sit ciuitati, & qualis sit, quæ ibi nascitur,

rea possint adiungi: quæ etiam quæ bella gesserit, & quo exitu. neque tantum propriæ ciuitati bella, sed etiam finitimarum ciuitatum expedere opus est: & præterea vireis eorum, contra quos bellum sore existimatur: vt cum potentioribus pax habeatur: cum inferioribus, in eorum, quibus consilium datur, arbitrio sit, vtrum bellum gerere velint. copias quoque spectare oportet, vtrũ similes, an dissimiles sint: nam hac de causa sæpe contingit, vel superiores in bello, vel inferiores esse. præter hæc etiam opus est, non tantum suæ Reip. bella, sed aliorum etiam populorum animaduertere, & quem exitũ illa habuerint, spectare: nam è similibus rebus similia euenire consueuerunt.

De custodia regionis 60
qui dicturus est, scire debet, qua ratione custoditi possit, & quot ei rei copiæ, qualesque sint

scitur, & quæ inuehit, & quarũ rerum exportationis, & quarum importationis indigeant: vt cum his & fœdera, & pactiones fiãt: duorum enim ne in offensionẽ incurrant ciues prouidere necesse est, & qui potentiores, & q adhęc vtiles sint.

62 Ad securitatem autẽ cum hæc omnia perspicere possa necesse est, tum non minimum est, de legum institutione cognoscere: est enim sita ciuitatis salus in legibus. quare necessariũ est scire, quot sint formæ rerum publicarũ, & qualia vnicuique pro sint, & a quibus euerti natura sua queant, tum reip. proprijs, tum contrarijs dico autem euenti à proprijs: quia pter optimam remp. alię omnes & remittendo, & intendendo labefactantur: vt populi dominatus non remittendo solũ imbecillior euadit, vt ad extremum ad paucorum imperium perueniat.

sint necessariæ, præterea locos, vbi præsidia sint collocanda: quæ, nisi sit peritus regionis, scire nõ poterit. Atque hæc ideo noscẽda sunt, vt, si minor sit, quàm oporteat; augeatur custodia, si qua redundans, auferatur, & ad locos magis opportunos traducatur.

De annona vidẽdum 61
erit, quanta, qualisque ciuitati sufficere possit, &, cuius generis sit ea, quæ ibi nascitur, & quę aliunde importatur: &, quæ sint eæ res, quas exportare, & quas importare oporteat; vt conuẽtiones, & pactiones cũ eis fiunt, quibuscum opus est. duo sunt enim hominũ genera, quos obseruare necesse est, ne à ciuibus offendantur; nempe qui potentiores sunt, & qui reb. suppeditandis vtile esse possunt. Hæc ea subtiliter videndi facultatẽ habeat oportet, qui de ciuitatis securitate consulturus est.

uenturus sit, sed etiam nimium intẽdendo. vt etiam grypitas, & similitas non solum, dum remittuntur, ad medium tẽdunt, sed etiam cum nimium grypa, aut sima fiunt; ita nasum afficiunt, vt ne nares quidem esse videantur. Proficit autem ad leges instituendas, non solum, quæ sint vtilis sit, in præteritas intuendo, cognoscere; sed etiã alienas, qualibus qualibus conueniant, non ignorare. ex quo perspicuum est, ad legum lationem ambitus terræ valere, quia hinc gentium leges cõsequi licet: ad ciuilia verò consilia eorum, qui præsentes gestas scripti prodiderunt, historias. quæ omnia politicę, nõ Rhetoricæ opus sunt. Ac quibus quidem de reb. tenere, qui suasurus est debet, quę maxima, tã multa.

Sed illud nõ parui põ 62
deris est ferendarum legum rationem intelligere; cum in legibus posita sit totius ciuitatis salus. Itaque scire necesse est, quod sint Rerump. genera, & quę cuique generi prosint, & quæ interitum adferant, siue illa Reip. propria sint, siue aliena, & ei cõtraria. voco autem ea propria Reip. quæ in seritum adferant: quoniam, vno excepto optimo ciuitatis statu, reliquo perspicuum est, ad quæ omnes Resp. & cũ remittuntur, & cum estus feruntur, intereunt, vt populares status non solum remissus sit imberbior, & tandẽ in pauperiorum dominatum desinat: sed etiam, si vehementer efferatur, interit: quemadmodum vitia, prauitatesque naturæ, qui vel grypus, vel simus sit, non tantum rectam ad mediam, rectamque formam veniunt; sed etiam uehementer auctæ, vt si valdè fiat grypus, aut simus nasus, eo tãdem pueniãt, vt ne nasi quidem formam nasus habere uideantur.

tur. Illud autem in ferendis legibus vtilissimum est, non solum aduertere, & considerare, quisnam Reip. status anteacto tempore profuerit; sed etiam apud exteras nationes, quæ Reip. species, quibus hominibus conueniant. itaque perspicuum est ad legum ferendarum scientiam plurimum cõducere terrarum peragrationem, in qua multarum gentium instituta, legesque licet agnoscere. at verò in consilijs publicis historiarum, & antiquitatis cognitio mirificè vtilis est. Sed hæc omnia videre ciuilis scientiæ, non autem Rhetoricæ proprium officium est. Res igitur maximæ, quarum cognitionem eum habere oportet, qui benè consulturus sit, hæc sere sunt.

EXPLANATIONES.

58 Itaque siquis de vectigalibus bene consulturus est] *Vectigalia hoc loco intelligere debemus reditus, quos fiscus, uel aerarium accipit. de his inquit Arist. Oratorem quinque aduertere, primum quæ sint vectigalia, deinde quot sint, tertiò quæ sint adiungenda, quartò quæ sint augenda, quintò qui sint publici sumptus. Ideirco primũ videat Orator, quid, uel quæ sint vectigalia: ex hac enim notitia ex quibus rebus constituatur vectigal, & quam formam possideat, no scet: nam omnes prouentus aut ex terra, uel mare capiuntur, aut ex hominibus: si ex terra, uel mare; aut à solo, aut à fructibus: qui aut sunt animalia, aut plãtæ, eorumque fructus, ac partus. si verò ex hominibus capiantur; ea sumuntur aut ex eorũ persona, aut ex annexis personæ: persona enim quæ in ciuitate habitat, quæ ad eam tuendam sunt necessaria, soluere debet. Quantum autem soluere opus sit unicuique, intelli*

gitur à victus ratione, à fortunis, ab arte, atque ab operibus siue futuris, siue præteritis. opus nunc uneo quæuis ædificia utilia, merces, & huius generis alia. Secundo loco aduertat Orator, quot sint redditus publici, ac priuati, quantum extendantur, & quot fructus adferunt. Tertiò, cum nouerit qui, & quot redditus; si ex horum aliquo prouentus non capiantur; adiungantur. Quartò si qui redditus magni sint, paucum uerò necessarij; id auferatur. Demum quantum sit necessarij noscens cognoscat quoque sumptus publicos, & priuatos: nam si duæ sumptibus detrahemus; aurium locupletius euadet. Hæc innotescent & usu negociorum, & historiæ.

59 Qui verò de bello, & pace consulturus est] Sexuidetur Arist. proponere animaduertenda ab eo, qui de pace, uel bello sit consulturus: primum ut noscat uires Reip. quantæ sint, & quàtæ comparari possint: deinde quales sint, aut futuræ sint: tertiò quæ bella & qua ratione suscepta confecisset. quartò contra quos suscipiendum sit bellum: quintò eadem re, an dissimili ualeamus, quà hostes: sextò bellorum exitus, quæ à nostra ciuitate, & quæ in cæteris gentibus gesta sunt, memoria teneat. Vires Reip. sumuntur à Rep. ipsa, aut extra. A Rep. pecunia parata, annona, milites, castra munita, instrumenta omnia bellica. Extra Remp. hæc eadem desiderantur in socijs, contraria in hostibus. Secundò noscat qualia sint singula horum, ut qualis pecunia parata, uel paranda, qualis annona: nam in hac non solum fruges comprehenduntur; uerùm etiam omnia, quæ annus suppeditat ad alimoniam. Noscat quales sint milites comparati, & comparandi: nam eorum personam agnoscimus, ex patria, natione, cognatione, ex commodis & incommodis animi, & corporis, ex anteacta uictus ratione apud imperatores egregios, ex fortunis, habitu, animi

animi affectibus, ex his, quæ fecerint, & quæ passi fuerint. Castra uideat munita sint, nec ne, arte, an natura: quæ sint ad ea opportuna. Instrumenta bellica multa sint, inaudita, horribiliaq;. Tertio loco intelligat quæ bella, & qua ratione ea confecerit Resp. itaque de genere belli, deque eius speciebus, de his, ex quibus conficitur bellum, & quæ ei dant essentiam disceptandum erit, atque tandem quæ ei attributa sint, & quæ circunstant, ueluti de imperatore, de auxilijs, præsidijs, instrumentis, locis, temporibus, modis, occasionibus, atque facultatibus. Quartò hæc non solum in nobis sunt considerandà; sed etiam in hostibus singulatim perspiciemus. Quintò quantum nos ab illis differamus omnibus relatis conditionibus, & horum comparatio fiat, & similitudo. Tandem belli futuri euentus prædicemus nostris exemplis, & exteris docti.

60 De custodia regionis qui dicturus est] In regione custodienda duo sunt cognoscenda, locus, qui custodiri debet, atque res, quæ locum custodiant. loci primò consideretur natura, deinde annexa. naturam locorum noscimus, si montosus sit, an æquus, aquosus, palustris, an aliàs. Annexa sunt naturæ locorum regionis amplitudo, oppidorum multitudo munitorum, uel non munitorum arte, uel natura, termini regionis, finitimarum notitia, loca deserta, syluestria, culta, amena, calida, frigida, sicca, humida sponte, & arte, per se, uel ab alijs populis referta, atque alijs animalibus, frugibus, ac fructibus abundans, uel sterilis, & nuda: perpetuò, an quandoque his bonis, malisque detineatur. Hæc, & huiusce modi alia noscere oportet. Res, quæ regionem custodiunt, sunt milites, præsidiaque alia, quæ ad victus rationem, & ad hostium uim depellendam spectant, qualia sunt instrumenta bellica cuiusuis generis. Itaque & militum

rationem habere necesse est, atque cæterorum præsidiorum: nam horum omnium naturã cognoscere opus est, nireseque: quæ singula cum locis custodiendis sunt conferenda.

61 De annona videndum erit quanta, qualisq;] Diligenter est providendum, ne victus annuus regioni desit. quare duo videat Orator: quæ, & quot sint, quæ alere oportet, deinde quæ, & quot necessaria sint alimenta. Alere oportet homines, & alia animalia, quæ ad hominis salutem sunt necessaria: quorum victus rationem & numerum observare debet. Alimenta vel sunt terræ fructus, vel animalium: & utrique oriuntur in regione tot, quot vel sufficere possint, vel deficere, vel abundare. si deficiunt; observare oportet mercatores, aut gentes fœderatas, aut stipendiarias: sed maximè potentiores homines.

62 Sed illud non parui ponderis est ferendarum legum rationem intelligere] legum finis est institutio populorum recta ad civitatis salutem. salus in æquitate consistit. æquitas præcipuè continet honestatem, iustitiam, & utilitatem. sint igitur leges ferendæ honestæ, iustæ, ac utiles tum publico, tum privato: nec honestæ lex, nec iusta, nec utilis dicenda est, quæ publico prosit, privato obsit, aut privato conferat, & publicum infestet. Duo igitur instituit legislator, naturam legis ferendæ, & eos, qui tali servire debent legi. lex est quæddam ius, quod civitatem, sive unionem custodiat hominum. sed unio non est unius generis, verum multiplex; alia enim universalis est, alia particularis, atque alia singularis appellatur: quarum una quæque bona, & mala dici potest, atque cuique inest qui imperat, ac qui imperio subiacet. sint æquæ leges imperanti, & subiectis: nam si fines egrediantur æquitatis; sed quandoque imperanti faueant, quandoque subiectis; salus publica perit.

Argu-

Argumentum, & distributio cap. 15.

Quæ maxima, ac præcipua sint, deliberantis proposita, ea quinque esse narravit Arist. in superiori capite. Nunc quæ probationum loca ad propositorum horum, & aliorum confirmationem adhibere sit opus in genere deliberatiuo, his verbis proponit [Deinceps verò dicamus] deinde quis sit communis locus probationum, quæ suadent, & dissuadent, exponit, & ait eum esse finem, ob quem omnia vel expetimus, vel fugimus. vnde inquit [Est autem & priuatim singulis, & publicè] postea quo nomine appelletur finis, propter quem omnia expetimus sic docet [ea est felicitas, & partes eius] finis igitur propter quem omnia fugimus, erunt afflictiones, atque res molestæ. Præterea verò quid sit felicitas, & ex quibus eius constent partes vt ab his probationes accipiamus, proponit ibi [Quare sumamus exempli gratia non subtiliter] non enim ad Oratorem spectat, sed ad Philosophum accuratè de felicitate tractare. Rationem reddit instituti consilij dicens à felicitate, eius partibus, & à contrarijs felicitate, & partibus eius Oratorem sumere posse probationes ad suadendum, & dissuadendum accommodatas. quare scribit [de hac enim & de his; quæ ad hanc referuntur] confirmat rationem, & confirmationem sumit à felicitate primum his verbis [quæ enim felicitatem efficere possunt] deinde à contrarijs felicitati, & his [quæ verò illam vel corrũpunt] tandem ad propositionem de felicitate explanandam se confert, & scribit primo loco quid sit felicitas, & ait [Ponamus igitur felicitatem esse] secundo quot sint eius partes exponit hac pacto [necesse est eius partes esse nobilitatem] eas in genere quatuor dicit esse statuit, ac prima est nobilitas, quæ quid sit,

& quot

& quot modis aperit dicens [nobilitas gentis, & ciuitatis] secunda est bona proles, & filiorum multitudo, de qua hæc scribit [Bona uerò proles] tertia sunt diuitiæ, de quibus sic loquitur [Diuitiarum partes sunt] quarta est bona existimatio, quæ quid sit recitat hoc loco [Bona existimatio est] quinta est honor, de quo hæc refert [Honor autem est signum gloriæ] sexta est corporis virtus, quam sic explicat [Corporis virtus est bona valetudo] septima est pulchritudo, de qua sic legitur [Pulchritudo non eadem est in omni ætate] octauæ sunt vires corporis. de his hæc audiamus [Vires ex eo intelliguntur] Nona est magnitudinis corporis virtus, quam ostendit hoc modo [Magnitudinis virtus ea est] Decima est decertandi robur, de quo sic scribit [Decertandi robur ex tribus constat] Vndecima est bona senectus, quam his verbis explicat [Bona senectus est] duodecima est gratia, & bonorum uirorum amicitiæ, de qua scribit hæc [Gratia verò] decimatertia est prospera fortuna. de hac talia docet [Prospera fortuna est] quartadecima est virtus, de qua scribet in genere demonstratiuo. vnde inquit [De virtute quoniam] Epilogum breuem admodum dicit, qui est [Quæ igitur spectare]

Preprias propositiones in deliberando duci ex beatitudine, & partibus eius, & quæ sint.

SIGON. MAIORAG.

63 EX quib. uerò & de his, & de aliis adhortari, aut dehortari debet, deinde dicamus. Est autẽ tum priuatim singulis, tamen communiter

DEinceps verò dicam, quomodo vel ex his ipsis vel ex alijs, quæ in deliberationem cadunt, & ad suadendum, & ad dissuadendum 63

omnibus proposi- tum quiddam, in quod re intuentes & persequun tur, & fugiunt, atq; hoc est, vt summatim dicã, tum beatitudo, tũ partes eius. Quamobrem exẽpli gratia sumamus, omnia vel expetũt, quid sit, vt simpliciter vel fugiunt: Atque, vt dicam, beatitudo, & ex quibus partes eius: de quo hæc enim & ijs, quæ ad ea referuntur, & consultationis ei & adhortatio- nes, & dehortationes citer, quid felicitas sit, omnes existunt: quia & ex quibus cõstẽt eius quæ hanc, aut particu- lam aliquam pariunt, aut maiorem pro mi- nore efficiunt, oportet & suasiones, agere: quæ verò euer- tunt, aut impediũt, aut quæ enim efficere possunt, aut efficere. Sit ergo beatitudo ex quam eius partem, aut 64 bo minore maiorem, ea actio cum virtute: aut uita sepsa contenta: aut vita cum securitate, iucundissima: aut firma possessionum, & corporum constitutio

Est autem & priuatur, & fugiunt, atq; hoc tim singulis, & publicè est, vt summatim dicã, ferè omnibus finis quitum beatitudo, tũ pardam propositus, ad quẽ aciem mentis dirigenexẽpli gratia sumamus, tes, omnia vel expetũt, quid sit, vt simpliciter vel fugiunt: Atque, vt dicam, beatitudo, & ex in summa dicam ea est quibus partes eius: de felicitas, & partes eius. hac enim & ijs, quæ ad Quare sumamus, exem ea referuntur, & con- pli gratia, non subtilitatijs ei & adhortatio- ter quidem, sed simplines, & dehortationes citer, quid felicitas sit, omnes existunt: quia & ex quibus cõstẽt eius partes: de hac enim, & quam eius partem, aut ex minore maiorem, ea actio cum virtute: sunt amplectenda. quæ verò illam vel corrumpunt, vel impediunt, vel contraria sunt, omnino

Ponamus igitur, se- licitatem esse vitę prosperitatem cum uirtute coniunctam, vel possemè vnum horum, aut sionem earum rerum, 64

plura quibus

plura omnes esse beati tudinem fatentur. Si ergo beatitudo est eiusmodi, necesse est, partes eius esse nobilitatẽ, amicorum copiam, bonorum amicitiam, diuitias, liberorum probitatem, liberorum multitudinẽ, bonam senectutem: item corporis virtutes, vt valetudinem, pulchritudinem, robur, magnitudinẽ, certatricem facultatem, existimationem, honorem, bonam fortunam, virtutem, aut etiam partes eius prudẽtiam, fortitudinẽ, iustitiam, temperantiã: ita maxime se ipso contentus erit, si ei supetent tum quæ in ipso sunt bona, tum quæ extrinsecus: neque enim alia sunt præter hæc, in ipso verò sũt, quæ in animo sunt, & quæ in corpore: extrinsecus verò nobilitas, & amici, & pecunia & honor præterea verò cõuenire arbitramur facultates, & fortunam adesse: quia hoc modo vita maxime erit securissima: sumamus igitur eodem modo, quid horum vnumquodque sit.

65 Ac nobilitas quidem est genti, ac ciuitati, indigenas, aut antiquos esse, & primos duces illustres, & ex ipsis multos ortos in ijs rebus, quas æmulamur, illustres, priuatim autem nobilitas est aut à viris aut a mulieribus, tũ legitima ab ambobus origo, tum, vt in ciuitate, primos claros fuisse aut virtute, aut diuitijs, aut alia rerum earum quæ in honore sunt, tũ multos ex gente illustres fuisse tum viros, tum mulieres, tum adolescẽtes, tum senes.

66 Probitas autem liberorũ, & multitudo non obscura sunt. est autem reipub. probitas liberorum, si multa iuuentus adsit, eaque bona: bona verò ex virtute corporis, vt magnitudine, pulchritudine, robore, certatrice facultate: animi vero

præter hæc, nulla bona sunt. In ipso verò sunt ea, quæ vel in animo sunt vel in corpore. extrinsecus aduenium, vt nobilitas, amici, pecuniæ, honor. opes etiam, atque fortunam adesse oportere censemus: sic enim fiet vita securissima. Hæc igitur singula, quid sint, definiendo aperiemus.

Nobilitas gẽtis, & ciuitatis ea est, si ipsa ex se suos ciues genuit, vel si longè vetustam originem habuit: & si primi ductores eius illustres fuerũt, & si multi principes, atq; imperatores ex ea nati sunt, quos æmulari alij studeant. Priuata vero nobilitas, vel à viris, vel a mulieribus pendet, & cũ viri quidem legitimè coniuncti sunt, & quemadmodum etiã in ciuitate, cum primi auctores generis clari fuerunt vel virtute, vel diuitijs, vel alia re, q̃ in præcio apud homines sit: & si ex ea familia multi illustres fuerũt & viri, &

temperantia, & fortitudo virtutes iuuenis sũt: priuatim verò liberorũ probitas, & multitudo est, prios liberos multos, & tales adesse, tum fœminas, tum mares. fœminarum verò virtus, corporis quidem pulchritudo, & magnitudo: animi verò temperãtia, & operis studium sine illiberalitate æque autem & priuatim, & publice, tum in viris, tũ in mulieribus, dãda est opa, vt eiusmodi singuli adsint: quib. enim quæ ad mulieres pertinent, vitiosa sunt, vt Lacedæmonijs, ij dimidia propemodum ex parte beati non sunt.

67 Diuitiarum verò partes sunt nummi, agri copia, locorum possessiones, itemque suppellectilium possessiones, & pecorum, & mancipiorum multitudine, & magnitudine, & pulchritudine excellentium Hæc autem omnia & secura & liberalia, & vtilia sunt. sunt autem utilia magis, & mulieres, & iuuenes, & seniores.

Bona verò proles, & 66
multitudo filiorum, qd sit, omnibus notum est. Atque in Rep bona proles esse intelligitur; cũ multi, boniq; iuuenes in ea fuerint, & bona dicitur, vel ex virtute corporis, vt cum magnitudinem, pulchritudinem, vireis, certandi robur habet: vel ex virtute animi: nam temperantia, & fortitudo iuuenis virtutes sunt. priuatim autem bona proles, & multitudo filiorũ intelligitur; cum quis multos, & huiusmodi virtutib. instructos hẽt filios & mareis, & fœminas. Fœminarum virtus in corpore, venustas, & magnitudo est: in animo, temperantia, & sedulitas, studiumque suorum operum, modo tamen ne incidat in illiberalitatem. similiter autem & priuatim, & publicè, & in viris, & mulieribus, vt hæc singula sint, studere oportet:

magis, quæ fructuosa: liberalia vero, quæ voluptatis causa. Fructuosa verò dico, ex quibus ue ctigalia: voluptaria, uerò ex quibus nihil præter vsum exigitur, quod quidem æstimandũ sit. Terminus autem securitatis est, eo in loco, & eo modo possidere, ut in se sit usus: proprietatis uerò, aut contra, quo ties in se sit alienatio. di co autem alienationẽ, largitionem, & uenditionem. omnino autem diuitiæ in usu potius, q̃ in possessione consistũt: actus enim rerum eiusmodi, & usus diuitiæ sunt.

68 Bona existimatio uerò est, ab omnibus uiri tute præditum iudicari, aut eiusmodi aliqd habere, quod expetãt omnes, aut plerique, aut boni, aut prudentes.

69 Honor autem beneficæ est signum existimationis. honorantur autem meritò quidem, & in primis qui beneficiũ dederunt, uerumtamen

honoret: nam qui impudicas habent mulieres, ut Lacædemonii, dimidia ferè felicitatis parte carent.

Diuitiarũ partes sunt 67
pecuniæ, prædiorũ multitudo, regionum possessiones, & præterea suppellectilium copia, & pecudum, & seruorum: quæ res multitudine, & magnitudine, & pulchritudine excellãt, & omnia secura, liberalia, & utilia sunt Dicuntur autem utilia ea, quę magis fructuosa sunt, liberalia uero, quę animi voluptatisq; gratia possidentur. fructuosa illa voco, unde redditus, ve ctigaliaque capiuntur: voluptaria, è quibus nihil præter usum, capitur, quod aliquo precio dignam sit. Securitatis ille finis est, vt eo in loco, atque eo modo prædia possideantur, vt eorum vsus in domini arbitrio sit. id verò alicuius proprium esse, aut non esse dicitur, cum in eius potestate est aliena

re.

honoratur etiam q̃ potest beneficium dare. beneficium verò est, qđ pertinet ad salutem, & ad ea, quæ causa sunt, vt simus, aut ad diuitias aut ad aliquod aliorum bonorum, quorum non est facilis comparatio, aut omnino, aut in eo loco, aut aliquãdo: multi enim ex rebus etiam, quæ paruæ videntur honorem adipiscuntur, vel rum loca, & occasiones causam afferunt. Partes autem honoris sunt sacrificia, monumenta & versibus, & sine versibus, præmia, luci, præsessiones, sepulchra, statuæ, victus publici, barbaricæ, vt adorationes, & excessiones, munera apud quosque prætiosa: est enim donum largitio possessionis, & signum honoris. itaque & qui pecuniarum, & qui honoris studiosi sunt, ipsa appetunt: ambobus enim suppeditant, ea, quæ requirũt: est enim possessio, quam expetunt, qui pecuniarum sunt studiosi, & honorem cõtinet, quę, qui honoris. Corporis autem virtus, valetudo. hæc vero est vt expertes morbi sint, qui corporibus vtũtur: multi enim valent, vt de Herodico fertur, quos nemo valetudinis causa beauerit, & ab omnibus abstineant rebus humanis, aut pluri mis.

71 Pulchritudo verò in quaq; ętate diuersa est. ac iuuenis quidem pulchritudo est idoneum corpus ad labores habere, tum ad cursum, tum ad vim, cum iucundus sit aspectu ad voluptatem. itaq; qui in certationes pulcherrimi, quia ad vim, & ad velocitatem simul sunt nati: vigentis autem, ad labores bellicos, iucundum autem est visu cũ terrore: senis vero, ad labores necessarios idoneũ, indoles tamen; quia nihil habeat ex ijs, quibus senectus lædituꝛ.

72 Robur autem est facultas mouendi alterũ, re. dico autem alienare, donare, & vendere. omnino diuitem esse magis in vsu, quam in possessione situm est; nam huiusmodi rerũ actus, atque vsus ipsæ diuitiæ sunt.

68 Bona existimatio est virtute prædituꝫ ab omnibus iudicari, vel tale aliquid in se habere, q̃ omnes experãt, aut multi, aut boni viri, aut prudentes.

69 Honor autem est signum gloriæ ex pluribus meritis in alios meritis cõparatæ. Iustè verò, maximeque honore afficiuntur ij, qui iam beneficia contulerunt. verumtamen etiã ille solet honorari, qui alijs benefaciendi facultatẽ habet. Id autem beneficium honore dignum putatur, vel quod ad salutem, vitamque tuendam pertinet, vel ad opes, vel ad huiusmodi bonum aliquod, cuius non sit facilis acquisitio, quodque sine magno labore paratũ, vel

semper, vel eo in loco, vel eo tempore: multi enim propter res quasdam, quæ paruæ videntur, honorem assequuntur; sed id aut propter modum, aut propter occasionem accidit. Honoris species sunt immolationes, monumenta vel carmine, vel soluta oratione conscripta, præmia certa, luci, superiores in sedendo loci, sepulchra, imagines, & publica cibaria, &, quibus barbari vtuntur, habitus adorantium, & cõspectus euitationes; munera, quę apud singulas gentes in precio sunt: etenim munꝰ est & possessionis largitio, & honoris indiciũ. quo fit, ut auari, & ambitiosi munerum sint appetentes: nam vtrique in eis inueniunt, qđ concupiscũt: est enim in illis vtilitas, quam appetunt auari: & honor, cui maximè student ambitiosi.

70 Corpis virtus est bona ualetudo. Quę ita accipienda est, vt morbo

vt vult. necesse est autē mouere alterum aut trahendo, aut pellēdo, aut toliendo, aut deprimendo, aut colligendo: quare robustus, aut omnib. aut nonnullis horū est robustus.

73 Magnitudinis verò virtus est, superare proceritate, & altitudine, & latitudine plerosque tantò magis, vt ne tardiores reddat motiones ob exuperationem.

74 Certatrix verò corporis virtus constat ex magnitudine, & robore, & velocitate: etenim velox est robustus: qui. n. potest crura proijcere quodam modo, & cito mouere, & longè, cursor est. qui verò premere, & tenere, palæstrita: qui verò ictu pellere, pugil: qui verò horū vtroque, pancratiastes: qui verò omnib. quinquertio.

75 Bona senectus autem est tarditas senectutis cum indolentia: neque enim si cito senescat; bona præditus est senectute:

vacuum sit corpus; & ad vsus benè constitutum: multi enim sano corpore sunt, vt Herodicus dicit: quos nemo tamen ob eam valetudinem beatos iudicaret eo, quod vel ab omnibus humanis actionibus, vel ab earum maxima parte se abstinēt.

Pulchritudo non eadem est in omni ætate, 71
30 Et subitæ rerum mutationes, vt in tragœdijs, iucundæ sunt: & è periculis euadere, quibus aliquis pene oppressus fuerit: hæc enim omnia cõcitant admirationem.

31 Et, quoniam quod est ex natura, iucundum est, &, quæ sunt eiusdem generis, sunt ex natura: fit ideò, vt quæ sunt eiusdem generis ac similia, plerunque iucunda sint; vt homo homini, equus

equus equo, iuuenis iuueni. vnde fluxerunt illa prouerbia. Aequalis æqualem delectat: & Simile semper simili gaudet: & Fera feram agnoscit: & Semper graculus cum graculo, & reliqua huius generis.

32 Quoniam autem, quod simile est, cognatumque, iucundum sibi ipsi omne est, & vnicuique erga se ipsum maximè hoc accidit; necesse est, omnes homines sui ipsorum amatores esse, aut magis, aut minus: vniuersa enim huiuscemodi maximè sunt erga seipsum.

33 Et, cùm omnes se ipsos ament; necesse est, vt etiam sua cuique iucunda sint, vt opera, & orationes. ideò plerique solent adulatores amare, & eos, à quibus amantur, redamare, & honoris appetentes esse, & filios suos diligere; sunt. n. filij, tanquam parentum ipsorum opera.

34 Et inchoata perficere, iucundum est: nam eorum, qui perficiunt, iam illud opus esse videtur.

35 Et, quoniam regnare suauissima res est, etiam sapientem videri, est suaue: præditum enim esse sapientia regium est: est enim sapientia, multarum, & admirabilium, rerum scientia.

36 Et, quia plerique homines sunt honoris auidi; necesse est, vt alios reprehendere, & coargue re, iucundum sit.

37 Et quo in studio quisque putat excellere, in eo assiduè versari iucundum est, quemadmodum Euripides ait.

Nam quisque ad id frequens adest,
Magnamq; in illo temporis partem terit,
In quo ipse se præstantiorem existimat.

38 Eodem modo, quia ludus, & omnis animi relaxatio, & risus in rebus iucundis est; necesse est, vt omnia ridicula iucunda sint: siue sint homines,

mines, siue dicta, siue facta. sed quæ ad iocos, ridiculaque pertinent, in libris de arte Poetica seorsum à nobis explicata sunt. Hæc igitur de iucundis dicta sufficiant: nã quæ molesta sunt, ex cõtrarijs intelligi facilè possunt. Et hactenus quidem ostensum est, quarum rerum gratia homines iniuria cæteros afficiant.

EXPLANATIONES.

3 Omnes autẽ omnia faciunt] *quædã fiunt ab hominibus libero animi motu, quædam non. quæ liberè fiunt, ea proueniunt à consuetudine, uel ab appetitu rationi coniuncto. quæ uerò non fiunt liberè, ea ueniunt, uel à fortuna, uel à natura, uel à ui. quæ à natura proueniunt, uel ab ea, quæ prædita est ratione, uel quæ rationis expers est. atque hinc ira, & cupiditas sunt causæ.*

1 Velle autem quæ agunt homines] *quanquàm ætas, animi habitus, cæteraq; personæ partes, atque circunstantiæ, mores mutant, unde aliter se inuenis gerit, aliter senex, aliter fortis, aliter timidus: non tamen si inuenis facilè irascitur, ea affectio est ætati tribuenda, sed iræ, & cupiditati, quæ sunt causæ immediatæ. sed & partes personæ sunt considerandæ, atque circunstantiæ: sunt enim causæ primæ mouentes, uel suadentes, uel comitantes.*

4 A' fortuna igitur] *quæ à fortuna fiunt, hæc quinque sunt. primò fiunt absque ratione, hoc est à causa incerta, & instabili. deinde nullus certus finis est propositus. postea non semper eodem modo fiunt. quarto non plerunque. quintò non ordinatè. quot sunt hæ partes, tot loca probationum habemus à fortuna.*

5 A natura proueniunt ea] *quot sunt partes fortunæ, tot naturæ contrariæ. Si quidem non fine ratione est,*

est, nec incerta, & instabilis. finem sibi proponit. & semper uel plerunque eadem modo procreat, eaque ordinate. ex his tot loca, & tot probationum species.

6 Per vim ea fieri dicuntur] uis quædam est interna, & quædam externa, quæ duplex habet ortum, uel à seipso, uel ab aliis. ab his ducere possumus plures probationes.

7 Consuetudine faciunt] qui consuetus agit, sæpius egit, & facilius efficit. itaque ab his duces probationes.

8 Consilio, ac ratione fiunt] ratio duo considerat, finem, & quæ ad finem perducunt. ex fine igitur, & ex his, quæ ad finem perducunt, probationes summemus.

9 Propter excandescentiam] de hac agemus in secundo libro.

10 Propter cupiditatem ea fieri solent] cupiditas trahit homines ad facienda ea, quæ uidentur iucunda. Sed iucundum dicitur, uel propria natura, ut corporis, & animi uoluptates, uel consuetudine; nam multa sunt laboriosa, quæ assueta uidentur iucunda. ab hoc duplici loco duas probationum species trahemus.

11 Ea omnia, uel bona sunt, uel uidentur, uel iucunda] omnes septem causæ uel bonum expetunt, uel iucundum. ratio bonum expetit. consuetudo, ira, & cupiditas iucundum. sed bonum est duplex, uerum, & simulatum. sic iucundum. sed liberatio mali ueri, uel ficti, & optio minoris mali in bonis collocatur. & cum omnes causæ respiciant finem, uel bonum uerum, uel simulatum; illud bonum est iucundū, uel utile. de bono utili, iam dictum est. de bono iucundo nunc differit Arist. siue iucundum illud sit uerum, siue apparens.

1 Ponamus igitur voluptatem] Præter septem causas

causas allatas aliam addit Arist. quæ est iucunditas. Et, quoniam omnia iucunda voluptatem adferunt; primò definit voluptatem, quæ cum in quamplurimis rebus humanis reperiatur, hæ iucundæ dicuntur. quot verò enumeret Aristot. antè recitauimus.

Argumentum, & distributio cap. 26.

Nunc à persona eius, qui iniuriam facit, loca aperit, è quibus probationes sumamus ad accusandum, & defendendum appositas. Qui igitur ad iniuriam faciendam aggreditur, hæc in se inesse arbitratur: primò sperat rem effici posse, & à se effici: secundò putat fore clam: tertiò si non clam; saltem impunè se abiturum, aut leniori pœna. atque hæc ibi [atque illi quidem] Quæ verò sint res, quæ posse fieri videantur, in secundo lib. dicit: sunt enim communia omnium generum Rhetoricæ, ut ibi scribit [Quæ verò sint ea] Quapropter ad cæteras partes explanandas accedit, ac primum qui sint ij, qui se iudiciorum pœnam effugere sperant. & ait quatuor esse, eloquentes scilicet, practici, periti rerum iudicialium, & qui amicis, & opibus abundant, quemadmodum legitur [atque illi potissimum] & hic est primus locus. secundus [sin minus; etiam tum confidunt] tertius [etsi amici] quartus [latere solent] quintus [& quæ valde illustri] sextus [& quæ tam magna sunt] septimus [eos etiā inuadunt] octauus [illi quoque faciunt] nonus [& quò etiam] decimus [& qui licet] undecimus [vel propter egestatem] duodecimus [& quibus certa sunt lucra] decimus tertius [& in ea re] decimus quartus [& quibus iniuriæ] decimus quintus [& quibus contra accidit] decimus sextus [& qui flagitia] decimus septimus [aut

depre-

deprehensi] decimusoctauus [& qui sæpe] decimusnonus [& quibus uoluptas] vigesimus [& quibus contrà] vigesimusprimus [& qui uideri] vigesimussecundus [& qui sperant] vigesimustertius [& quicunque sunt indigentes] vigesimusquartus [& ἡ de quibus] vigesimusquintus [& ἡ, de quibus pessima.]

A quibus fiat iniuria.

SIGON.

1 QVo modo verò se habentes, & qui bus, nunc dicamus. Ac ipsi quidē; quo modo existimant, rem agi posse, & à se posse, & si egerint, fore, vt lateāt, aut si non latuerint, vt pœnas nō dent, aut dēt illi quidem, sed mulctā minorem compendio ipsi subeāt, aut ij, quos caros habent. ac quæ q dem fieri possint, aut non possint postea dicemus: quia hęc omnibus Rhetoricæ partib. communia sunt.

2 Illi verò se impune iniuriam facere posse existimant, qui in dicendo, & qui in agendo valent, & qui sunt in multis

MAIORAG.

1 DEin ceps autē, quo modo ipsi affecti sint, qui iniuriā faciunt, & cuius generis homines offendant, explicemus. Atque illi quidem ad iniuriam faciendam aggrediuntur, qui sperant rem effici posse, & à se effici, & præsertim cum facinus suum putāt fore clàm, aut si forte res patefacta fuerit, impunè se abituros: aut si iudicij pœna leuior, quàm facti præmium; siue ipsis res ea fructum allatura est, siue illis, quos caros habent.

Quæ verò sint ea, quę fieri posse videantur, & quæ non posse fieri, postea

tis iudicijs exercitati, & si multos amicos habeant, & si diuites sint. in ptimis autem si ipsi ver sentur in ijs, quæ diximus, existimant posse.

2 Sin minus, si eiusmodi sibi adsint amici, aut ministri, aut socij, quia per hos possunt & agere, & latere, & pœnas non dare.

3 Et si amici sint ijs, q iniuriam acceperunt, aut iudicibus, quia amici parum cauent, ne iniuriam patiantur, & reconciliātur antè, quàm litem intendant. iudices autem gratificātur ijs, quibus fuerint amici, atque aut omninò absoluūt, aut leui mulcta afficiunt.

4 Latere verò possunt, quique contrarij criminationibus sunt, vt imbecillus, de verberibus, & pauper, & turpis, de adulterio.

5 Et quæ nimis in aperto sunt, atq; in oculis; neque enim cauentur, quia nemo prorsus opinetur.

Et

1 stea declarabimus: sunt enim partium omniū artis Rhetoricæ communia.

Atque illi potissimum maleficiorum impunitatem sperant, qui dicēdi facultate præstant, & qui in rebus gerendis multum valent, & qui iudicialium controuersiarum benè periti sūt: & si amicorum, diuitiarumque copiam habuerint. maximè verò, qui his præsidijs fulti sunt, elabi se posse confidunt.

2 Sin minùs; etiam tū confidunt, cum amicos huiusmodi, vel admissos, vel socios habuerint; propter hæc enim & iniuriam facere, & latere, & non dare pœnā possunt.

3 Et, si amici eis fuerint, quib. iniuriam fecerunt, aut ipsis iudicibus: nam amici nō prę cauentes ad iniuriam sunt expositi: deinde antea placantur, quàm res in iudicium ueniat: iudices autem illis gratificantur,

6 Et quæ tanta sunt, ac talia, quæ nemo: quia hæc quidem cauentur. etenim omnes vt ab visitatis morbis, sic ab iniurijs cauent. quo vero nemo dum labora uit, eum nemo cauet.

7 Et quibus nemo est inimicus, aut multi: illi enim putant, se latituros, quia non cauentur. hi verò etiam latent, quia non existimantur eos aggressuri fuisse, qui cauent, & quia defensionem habeant, se nunquam aggressuros fuisse.

8 Et quibus occultatio aut modus, aut locus, aut alienatio propta est.

9 Et quibus, si non latuerint, aut iudicij depulsio adest, aut in longinquum tempus dilatio, aut iudicum corruptio.

10 Et quibus, si mulcten tur, solutionis depulsio adest, aut in lõginquum tempus dilatio.

Aut propter inopiam
11 nihil habeat, quod amittat.

cantur, quibus amici sunt; & aut penitus absoluunt, aut parua pœna multant.

Latere solent illi, qui 4
bus crimina nõ conueniunt: vt, siquis infimo corpore dicatur, alium vsque ad necem verberaisse: & si pauper, & de formis homo de adulterio accusetur.

Et quæ valdè illustri 5
loco, atque ante oculos posita sunt, in eis latet iniuria: quoniam ea nemo custodit; etem existimant, nullum in eis peccaturum.

Et quæ tam magna 6
sunt, ac talia, vt ea nullus vnquam admiserit; nam hęc quoque nemo præcauet, aut custodit: omnes enim, vt solitos corporis morbos, ita etiam solitas iniurias diligenter obseruãt: quo verò morbo nemo vnquam oppressus est, eũ nemo reformidat.

Eos etiam inuadunt, 7
qui aut nullum inimicum, aut multos habẽt: illi enim se latere posse

12 Et quibus compẽdia suppetunt aperta, aut magna, aut propinqua, damna vero aut parua, aut obscura, aut remota.

13 Et cui non est proposita pœna æqualis utilitati. quod uidetur inesse tyrannidi.

14 Et quibus iniuriæ lucra sunt, damna uero probra solummodo.

15 Et quibus contra iniuriã in laudem aliquã, ut si contigit, simul patrem, aut matrem ulciscerentur, quemadmodum Zenoni, mulctę verò in pecunias, aut exilium, aut aliquid eiusmodi; quia utrique, & utroque modo se habẽtes iniuriam inferunt, non tamen ijdem, sed qui cõtrarijs moribus prædicti sint.

16 Et qui sępe aut latuerunt.

17 Aut pœnas non dederunt.

18 Et qui sępe opinione lapsi sunt, sunt n. quidam etiam in huius generis rebus, ut in re bellica,

existimant, quia nulla est custodia: hi verò latẽt ideò, quia nemo putaret, eos in quẽquam impetum facturos, qui sui corporis circa se cu stodes habeat: &, quia paratam defensionem habent, se talem hominem nunquam fuisse ausos aggredi.

Illi quoque faciunt 8
iniuriam, qui vel modum, vel locum, vel diuersitam occultandi rationem facilem habẽt.

Et qui, etiam si faci- 9
nus celare non possint; tamen vel iudicij periculum à se remouere, vel in lõginquum tempus differre, vel iudices ipsos corrumpere possunt.

Et, qui licet multati 10
pecunia fuerint: tamen pœnã, multamque possunt à se depellere, aut in longum tempus differre solutionem.

Vel propter egestatẽ 11
nihil habẽt, quod amittere possint.

Et, quibus certa sunt 12
lucra, vel magna, vel pinqua,

lica, iterum pugnare parati.

19 Et quibus prius adfit voluptas, molestia verò posterius, aut lucrũ quidem, damnum verò posterius, cuiusmodi intemperantes sunt. intemperantia verò omnibus in rebus, quæ concupiscuntur, versatur.

20 Et quibus contrà molestia iam adest, aut dãnum, voluptas autem, & vtilitas, posterius, ac diutius sunt, qualia continentes, prudentioresque sectantur.

21 Et quibus contingit, vt fortuna, aut necessitate, aut natura, aut cõsuetudine egisse videantur, atque omnino per errorem, non per iniuriam feciſſe.

22 Et quibus æquitatis obtinendæ facultas adsit.

23 Et qui indigẽtes sũt. duobus autem modis sunt indigentes, quia aut tanquam rerum necessariarum, vt pauperes, aut tanquàm exuperantium, vt diuites.

Et pinqua, pœnæ verò vel paruæ, vel incertæ, vel longinquæ.

Et in ea re, in qua 18
nulla pœna par, atque æqualis vtilitati reperitur; qp in se dominatus repi- habere videtur.

Et quib. iniuriæ quæ- 14
stum adferunt, pœnæ verò tantum ignominiam.

Et quibus contrà ac- 15
cidit, vt, si quem læserint, ex ea re laudẽ adipiscantur; vt, si vnà contingat patris, & matris iniurias vlcisci, quod Zenoni accidit; pœnæ vero sint aut pecuniarum, aut exilij, aut alicuius huiusmodi rei: vtrique enim, aut vtroq; modo se habentes iniurioſi sunt; non tamen ijdem, sed vita, & moribus inter se contrarij.

Et, qui flagitia sua sæ 16
pius occultarunt.

Aut deprehensi pœ- 17
nas non dederunt.

Et, qui sæpe sua spe 18
dejecti sunt, & infelicẽ exitum habuerunt; quidam enim in his etiam rebus,

24 Et qui bonæ admodum existimationis sũt.

25 Et qui admodum malæ, illi quidem, vt qui non existimentur, hi verò, vt qui nihilo deteriore existimatione futuri sint. Ac ipsi quidem hoc modo se habentes aggrediuntur.

rebus, sicut in bello rediũtur, qui rursus bel fortunam tentare voluerunt.

Et, quibus voluptas 19
statim ex facto proposita est, molestia verò postea, vel lucrum est præsens, pœna verò sera. tales sunt incontinentes homines; nam incontinẽtia versatur in eis rebus omnibus, quas vehementer appetunt.

20 Et, quibus cõtrà iam molestia, aut pœna præsens est; voluptas autẽ, & vtilitas posterior, & diuturnior cõsequetur; nam continentes, & prudentiores homines talia consectantur.

21 Et, qui videri possunt, aut casu feciſſe, aut necessitate posita, aut natura impulsi, aut consuetudine, aut denique, qui sperant, se probare posse per imprudentiam peccasse, non autem scienteis, volenteisque læsisse.

22 Et, qui sperant fore, vt non summo iure, sed ex æquo, & bono secum agatur.

23 Et quicunque sunt indigentes, duobus autem modis indigentes dicuntur, vel rerum necessariarum, quales sunt mendici, aut pauperes, vel exuberantium rerum, quales sunt diuites.

24 Et ij, de quibus omnes benè existimant.

25 Et ij, de quibus pessima est opinio: nam illi se latere posse sperant, quòd nemo de eis malè existimat: hi verò, quòd nullam amplius existimationis iacturam facere possunt. Atque his quidem de causis ad iniuriam faciendam aggre diũ-

O tur

tur homines. quos autem, & qualeis lædant, iam videamus.

EXPLANATIONES.

Atque illi quidam ad iniuriam faciendam aggrediuntur] *causas quidem narrauimus, quibus incitantur hi, qui iniuriam faciunt. nunc verò qui sunt hi, qui ad iniuriam inferendam aggrediuntur, explicat, & ait eos esse, qui calare sperant facinus. aut si non sperant celare, sperant deprahensos non pœnas daturos: aut si daturos dubitent, sperant minus sibi futurum esse supplicium, quàm emolumentum, quod ex illata iniuria assequantur. hæc sunt loca generica: specifica verò particulatim exponit. loca generica, sine communia sunt veluti propositiones maiores, & genera, è quibus ducuntur species, vel species, è quibus trahuntur singulares probationes.*

Argumentum, & distributio in cap. 27.

A persona eius, qui accepit iniuriam plura loca sumuntur. sed potissimum decem, & octo. in quibus verò rebus iniurios facile sint, exponit loca, quæ octo recenset. primus igitur locus à persona læsa est [eos igitur lædunt] secundus [& eos qui longinqui] tertius [depopulantur, & qui] quartus [& qui sunt inertes] quintus [& qui verecundi] sextus [& qui iam à multis] septimus [& quos nunquam] octauus & cæteri legantur; nota enim signata est in margine.

Quibus fiat iniuria.

SIGON.	MAIORAG.
1 INiuriam autem faciunt eis, & eas res possidentibus, quarum ipsi sunt indigentes aut ad necessarios vsus, aut ad exuperantiam, aut ad voluptatis fructum.	EOs igitur lædunt, q ea possident, quorũ ipsi sunt indigentes vel ad vsus vitæ necessarios, vel ad exuperantiam, vel ad pestruẽdas voluptates. 1
2 Et ijs, qui sunt procul, & ijs, qui prope; horum enim matura est comprehensio, illorum verò sera vltio, vt qui Carthaginenses dispoliant.	Et eos, qui lõginqui, & eos, qui ppinqui sũt; nam hi facile, celeriter que possunt expilari. ab illis verò venit tarda vltio; vt, qui Carthaginẽses depopulantur. 2
3 Et eis, qui non cauẽt, neq; obseruant, sed credituli sunt, quia omnes latere facile est.	Et qui sunt incauti, seque, ac sua non custodiunt, sed creduli sunt: tales enim homines facilè est occultè lædere. 3
4 Et ignauiæ deditis; quia ius persequi hominis est industrij.	Et, qui sunt inertes, ac desides; neque enim ab eis in iudicium vocari reformidant. 4
5 Et verecundis; quia de lucro non contendunt.	Et qui verecũdi sunt; huiusmodi enim homines propter pecuniam digladiari nolunt. 5
6 Et ijs, qui à multis iniuriam acceperunt, nec ius persequuti sunt, vt qui sint, quemadmodũ est in prouerbio, *præda Mysorum.*	Et, qui iam à multis iniuria sunt: affecti, neque tamen vnquã quem 6

7 Et ijs, quibus nunq̃, & ijs, quibus sæpe, neutri enim cauent, illi qui prouerbio fertur: sunt enim hi, (qđ prouerbio fertur) Myforum præda.

Et quos nunquam, 7
& quos sæpius læserũt; nam vtrique sunt incauti, illi, quia suspicione carent; hi verò, quia nõ amplius timent.

8 Et eis, quibus oblata calumnia est, & ijs, qui bus offerri facile potest quia tales nec præeligunt, quòd iudices reformidant, nec persuadere possunt, ex quibus sunt, qui odio, atque inuidia flagrant.

Et, qui sunt infames, 8
aut qui facilè possunt accusari; tales enim iudicio experiri non audent; quia iudices reformidant, neque si experiantur, fidem facere possunt. quo in numero sunt etiam ij, qui multis odio sunt, & qui inuidiam habent.

9 Et eis, aduersus quos pratextum habent, aut proauos, aut ipsos, aut amicos, aut de se, aut de proauis, aut de ijs, quos caros habent, aut male meritos esse, aut merituros fuisse: ut em est in prouerbio: *pratextu tamũ egel improbitas.*

Et, cõtrà quos ansam 9
arripere possunt, quòd aut maioribus suis, aut sibi, aut amicis, aut eis, quorum salutem carã habent, vel male fecerint, vel facere studuerint; nam (vt est in prouerbio) sola occasio malitiæ sufficit.

10 Et inimicis, & amicis; his enim facile est, illis verò, iucundum.

Eos etiam lædunt, q 10
vel amici, vel inimici sunt; nam amicos lædere facile est, inimicos autem

Et

11 Et ijs, qui ab amicis inopes sunt, & qui in prodicendo, & in agendo minimum valent: quia aut ius persequi non conantur, aut in gratiam redeunt, aut nihil profiesiunt.

12 Et quibus non expedit aut iudicio, aut solutione expectanda tempus cõsumere: quod genus, peregrini, & opifices; quia paruam ob rem eiusmodi homines transigunt, & facile mitigantur.

13 Et ijs, qui multas iniurias fecerunt, aut tales, quales patiantur; prope enim videtur esse, vt non faciat iniuriam, quando talem ali quis accepit, qualem & ipse facere consueuit. dico autem, si quis veribus eum, qui consuemelioſus esse solet, afficiat.

14 Et ijs, qui aut malè meriti sunt, aut voluerunt, aut volũt, aut merituri sunt. habet enim hoc & iucunditatem, & honestatem, vt prope videtur esse, vt non fiat iniuria.

15 Et quibus, gratificabuntur aut amicis, aut eis, quos admirantur, aut quos perditè amãt, aut dominis, aut omnino ijs, quibus ipsi viuunt,

autem suaue.

Et qui vacui sunt ab 11
amicis, & dicendi facultatem non habent, nec in rebus gerendis strenui sunt; hi nanque vel iudicio non experiunt, vel antea placantur, vel rem ad exitum non deducunt.

Et, quibus non vtile 12
est tempus terere, dum aut iudicium fiat, aut multa dissoluatur, quales sunt peregrini, & agricolæ, & opifices: nam hi parua accepta pecunia, remittunt iniurias, & facilè desistunt.

Et qui in alios sæpe 13
iniurioſi fuerunt, & qui taleis iniurias intulerunt, qualeis patiuntur; nam ferè nihil iniuriæ videtur is fecisse, qui quempiam lædit in ea re, qua solitus est ille sæpe alios lædere; vt, exempli gratia, si quis eum pulsaret, qui maltos solitus sit contumelijs vexare.

Et qui præterito tem 14
pore malè ipsis fecerunt,

uunt, & à quibus obtinere, quod æquum sit, quæunt.

16 Et ijs, quibus crimen obtulerint, à quibusque seiuncti sint; quia eiusmodi res prope videntur esse, vt non fiat iniuria, vt Callipus fecit in Dione.

17 Et ijs, quos læsuri alij sint, si non ipsi; quasi non amplius liceat conuitium agitare, quemadmodum dicitur Aenesidemus cotauia Geloni amisisse, post quam seruitutem induxit, quòd præripuisset, quasi & ipse facturus fuisset.

18 Et ijs, quos si iniuria affecerint, multas res iustas facere poterunt, tanquàm facile sanaturi. quemadmodum Iason Thessalus dixit, nõnulla sibi iniustè agẽda esse, vt & iusta multa facere possit.

1 Et eas, quas omnes, aut plerique facere soliti sunt; quia putant fore, vt veniam impetrẽt.

2 Et quæ ad occultandum facilia sunt, quasi facilia sunt, quæ aut celeriter consumuntur, vt esculenta.

3 Aut facilè commutãtur. aut figuris, aut coloribus, aut temperamentis.

4 Aut quæ multis in locis abdere promptum est, vt quæ facile portantur.

5 Et in angustis locis abduntur.

6 Et quibus indifferentia, aut similia multa antè is, qui facit iniuriam est, possidebat.

7 Et quę narrare pudet eos, qui iniuriam acceperunt, vt propriarum vxorum contumelias, aut in se, aut in liberos.

8 Et in quibus litigiosus esse videatur ille, q iudicio persequat. quales sunt & paruæ res, & quibus proposita venia est. Ac quemadmodum quidem se habentes iniurias faciant, & quales, & qualibus, & quare, hæc ferme sunt.

5 Et, quę paruis in locis

runt, aut facere voluerunt, aut in præsentia volunt, aut postea facturi sunt; habet enim hoc in se iucunditatẽ, & honestatem, & tale est; vt, omni ferè iniuria carere videatur.

15 Et, quos si lædunt, aut amicis gratificantur, aut eis quos suspiciunt, aut amoribus suis, aut dominis, aut eis, à quibus omnino pendent, aut à quibus aliquid commodi speraant.

16 Et quibus crimina iã intulerint, & quibuscũ amicitiam diremerint; hæc enim ferè videntur nullam in se iniuriam continere, quemadmodum se Callippus contra Dionem gessit.

17 Et quos videt ab alijs læsum iri, nisi ipsi præoccupauerint; tunc enim sibi non amplius deliberandum cẽsent, quemadmodũ dicitur Aenesidemus Geloni q̃dam munera misisse, quòd eos in seruitutem redegisset, quos ipse inuadere

uadere statuerat, nisi is præoccupasset.

18 Et quos si læserint, multas deinde res iustas facere poterunt, quibus culpam eam facilè deleant, quemadmodũ Iason Thessalus dicere solebat, oportere quædam iniuste facere, vt facultas acquirat, qua multa deinde iusta fiãt.

1 Ea verò peccata cõmittunt homines, quæ vel omnes alij, vel multi committere solent: quoniam se facilè veniam consecuturos existimant.

2 Et, quæ se non difficulter occultare posse sperant. talia vero sũt, quæ citò absumuntur: vt cibaria.

3 Vel quæ variari facilè possunt commutata forma, vel colore, vel temperamento.

4 Vel, quæ multis in locis facilè est ita abdere, vt non appareant: qualia sunt ea, quæ facilè huc, & illuc transportantur.

occultantur.

6 Et præterea, cum auctor iniuriæ possidet aliqua, quæ vel eiusdem generis sint, vel eis similia, quæ furatus est.

7 Eas etiam iniurias inferunt, quas qui patiuntur, puder proferre: vt, quæ vxoribus fiunt, aut ipsis, aut filijs.

8 Et, quas siquis iudicio persequi velit, nimis appetens litium esse videatur. tales sunt leues, paruæque iniuriæ, quibus vulgò solent homines ignoscere. Quemadmodum igitur affecti homines iniurias faciant, & quas, & quibus hominibus, & quibus de causis, ex his intelligi ferè potest.

EXPLANATIONES.

Eos igitur lædunt] *i. ij homines iniuria afficiuntur, qui ea possideat, quibus ij, qui iniuriam inferunt, sunt indigentes. Indigent aut simpliciter, hoc est, ad vsus vitæ necessarios, ueluti inopes: aut ad exuperantiam, id est, vt abundent, quemadmodum diuites: aut indigent ad perfruendas voluptates, quales sunt incontinentes, qui vt voluptatibus fruantur, egent. Ii in genere sunt, qui iniuriam accipiunt. Qui verò in specie, siue particulatim subdit, dum ait. Et eos, qui longinqui, & eos, qui propinqui sunt. atque loca sunt decem & octo.*

Ea verò peccata committunt homines] *Hactenus de ijs, qui iniuria affici solent: sed quibus in rebus facilè, exponit, atque loca octo aperit: ex quibus singulis, & alijs, quæ enumerauit Arist. accipimus nō vnum probationum genus tantum; sed quot sunt Topica, tot ex horum locorum vnoquoque ducere possumus.*

Argu-

Argumentum, & distributio in cap. 28.

Hactenus de locis, quæ à persona sumuntur. nunc Arist. cum antea de re, siue de iniuria tractare cæpisset, asseruisseq; iniuriam facere nil aliud esse nisi suæ sponte alicui contra leges. i. iniustè nocere; quot igitur sunt leges, tot modis quemuis lædere possumus. sed duplex est lex, communis, & propria siue scripta, siue nō scripta. communis est à natura insita, & omnes comprehendit. propria est, quæ singulæ ciuitates, aut nationes vtuntur. Has qui violat, vel totam ciuitatem, siue nationem offendit, vel aliquem ciuem. vnde læsio, siue iniuria est aut publica, aut priuata. & qui accipit inuitus id detrimenti, ac mali accipit. quoniam autem iniuria est malum quoddam sponte, siue consultò illatum; quædam est sponte, sed non consultò, nec cogitatò, verùm aliquo animi affectu, veluti ira percita; idcirco iniuriarum modi sunt considerandi: nam si reus rem egisse fatetur, sed non eo modo ut legem lædat, vel si lædit, non adeo; factum in controuersiam uenit, vtrum iniustum sit, an non.

De iniurijs, & iuste susceptis actionibus, vnde iniuriarum nomina distinguuntur.

SIGON.

INiurias autem, iustasque actiones omnes, hinc ducto initio, distinguamus. Iusta ergo, atque iniusta omnia definita sunt ad duas leges, & ad quos sunt, duo-

MAIORAG.

NVnc verò quæ sint iniustæ actiones, & quæ iustæ, distinguamus, atque hinc initiū sumamus.

Quæ iusta sunt, atq; iniusta duplici lege defi-

nita

duobus modis.

1 Dico autem legem vnam priuatam, alterã communem. priuatam quidem, quæ singulis constituta est inter ipsos, atque huius vnam non scriptam, alteram scriptam.

2 Communem verò, q̃ est secũdum naturam. est enim, quoddã, quod vaticinantur omnes, natura commune iustũ, & iniustum, etiam si nulla societas ĩter eos, & pactio intercedat. quemadmodum, & Sophoclis Antigone dicere videtur, iustum esse, Polynicem quàmuis interdictum sit, sepelire, vtpote quod natura sit iustum.

Hoc nanque non hodie,
aut heri, at semper fuit,
Nec quisquã homo scit,
eius orius vnde sit.

Et quemadmodum Empedocles inquit de non interficiendis animantibus. hoc enim non quibusdam quidem iustum est, quibusdam ve-

10, qui-

nita sunt, & duplici per sonarum genere. Legẽ autem duplicem voco, quòd aliqua propria sit, aliqua communis. propria est illa, quæ ad singulas tantum ciuitates, aut nationes pertinet; quæ vel non scripta est, vel scripta.

Communis verò lex 1
ea dicitur, quæ insita est à natura: est enim quod dam iustum, atque iniustum, natura commune, quod omnium mentes occupauit; quamuis consensio nulla hominum interesserit, ne que ita inter se pepigerint: quemadmodum Antigona Sophoclis dicere videtur, iustum esse Polynicem sepelire, quamuis interdictum esset, tanquam id natura iustum sit.

Hoc nanque non hodie,
aut heri, at semper fuit.
Nec quisquã homo scit,
eius orius vnde sit.

Et quemadmodum Empedocles ait de non interficiendis animantibus; hoc enim non ali-

quibus quidem iustum est, aliquibus autem nõ iustum.

Sed lex summa hæc est
extensa per æthera ma
gnum.
Aeraq; immensum cum
ctis mortalibus alma.

Et quemadmodum inquit Alcidamas in Messeniaca.

3 Ad quos verò sunt definita, duobus modis sunt definita. quia quæ agere oportet, & non agere, aut ad rempubl. aut ad eorum vnum, qui reip. participes sũt, referuntur. quo fit, vt iniurias, iustasq; actiones duobus modis iniuste, & iustè suscipere liceat; quia aut ad vnum certum, aut ad rempublicam. nam qui adulterium committit, aut verberibus afficit, alicui certò facit iniuriã, qui verò militiam detrectat, reipublicæ. Cũ ergo omnes iniurias distribuerimus, vt aliæ pertineant ad remp. aliæ ad alium, atque alios, repetito, quid sit iniuria affici, reliqua persequamur.

Est

quibus quidem iustum est, aliquibus autem nõ iustum.

Sed lex summa hæc est,
extensa per æthera ma-
gnum,
Aeraq, immensum, cum
ctis mortalibus alma.

Et quemadmodum ait Alcidamas in oratione Messeniaca.

Quod autem ad per- 2
sonas attinet, duob. modis distincta sunt ea, q̃ facere, aut non facere oportet: vel enim ad totam ciuitatem, vel ad vnum aliquem eorum, qui in ciuitate sunt, referuntur. itaque duob. modis iustè, & duobus modis iniustè nos gerere possimus; vel enim erga vnum certum, ac definitum ciuem, vel erga totam Remp. nam q̃ adulterium committit, aut verberat, vnum certum hominem iniuria afficit: qui verò militiã detrectat, totam offendit Remp.

Cùm igitur iã distin- 3
cti sint iniuriarum modi, & cum aliæ in Rem-

pub.

4 Est igitur iniuria afficere, ab ijs, qui sua sponte agunt, iniusta pati. nam iniuria afficere sponte esse, antea definiuimus.

5 Quoniam autem, qui iniuria afficitur, noxa afficiatur, & quidem inuitus, necesse est (noxæ, quidem ex ijs, quæ diximus, manifestę sũt, quia bona, & mala per se ipsa distincta sunt, itemque quæ sponte, nimirum, quæcunque scientes) ergo omnia crimina, aut ad rempertineant, necesse est, aut ad priuatum, item que aut ignorante, aut non sponte, aut sponte sua agente, aut sciente, & ex ijs partim præligente, partim vero propter affectum. Ac de ira, quidem in ijs, quæ de affectibus dicemus, agetur. qualia vero præeligant, & quemadmodum se habentes, dictũ est ante.

6 Quoniam autem cõfitẽtes sæpe feciſſe, aut nomen non confitentur, pub. aliæ vel in vnum priuatum, vel in plureis fiant iniuriæ: deinceps, si prius explicuerimus, quid sit iniuriam pati; reliqua persequemur.

4 Est autem iniuriam pati, contra iustũ ii offendi ab ijs, qui sponte offendunt; nam iniuriã facere, iam suprà docui mus esse voluntarium.

5 Quia verò necesse est eum, qui iniuriam patitur, detrimẽto affici, & inuitum illud accipere; satis ex eis, quæ suprà dicta sunt, intelligi potest, quæ sint detrimentorum genera: nam bona, & mala prius distincta sunt per se: &, quæ fiat ea, quæ sponte faciunt homines, nempe, quæ intelligentes faciunt.

6 Itaq; necesse est omnia crimina vel contra totam ciuitatem, vel cõtra priuatos committi, vel ignorante illo, & inuito, qui iniuriam facit, vel volente, & intelligẽte. Quas autem iniurias sponte, & intelligens quis-

tur, aut id, quod nomine continetur, vt sustulisse, sed non furatum esse; & priorem pulsasse, sed non contumelia affecisse; & concubuisse, sed non adulterium commisisse: aut furatum esse, sed non sacrilegium feciſſe, quia nõ Dei quidpiam: aut coluisse, sed non publicũ:

7 aut colloquutum cum hostibus esse, verum non prodidisse: propere a, & hæc distinguere oportebit, quid sit furtum, quid contumelia, quid adulterium, vt sirue esse, siue non esse, eſſe, & ex ijs partim præligente, partim vero propter affectum. Ac de ira, quidem in ijs, quæ de affectibus dicemus, agetur. qualia vero præeligant, & quemadmodum se habentes, dictũ est ante.

6 Quoniam autem cõfitẽtes sæpe feciſſe, aut nomen non confitentur, pub. aliæ vel in vnum priuatum, vel in plureis fiant iniuriæ: deinceps, si prius explicuerimus, quid sit iniuriam pati; reliqua persequemur.

4 Est autem iniuriam pati, contra iustũ ii offendi ab ijs, qui sponte offendunt; nam iniuriã facere, iam suprà docui mus esse voluntarium.

5 Quia verò necesse est eum, qui iniuriam patitur, detrimẽto affici, & inuitum illud accipere; satis ex eis, quæ suprà dicta sunt, intelligi potest, quæ sint detrimentorum genera: nam bona, & mala prius distincta sunt per se: &, quæ fiat ea, quæ sponte faciunt homines, nempe, quæ intelligentes faciunt.

6 Itaq; necesse est omnia crimina vel contra totam ciuitatem, vel cõtra priuatos committi, vel ignorante illo, & inuito, qui iniuriam facit, vel volente, & intelligẽte. Quas autem iniurias sponte, & intelligens quis-

quispiam facit, eas vel consultò, & cogitatò, vel perturbatione aliqua animi facit. ac de ira quidem tunc dicemus, cum animi perturbationes explicabimus. quæ vero de industria faciũt homines, & quo modo affecti, iam suprà dictum est.

7 Et, quoniam sæpe rei se feciſſe confitentur, & tamẽ facti nomen non concedunt, aut id, quod nomine illo appellatur, vt sustuliſſe quidẽ, sed non furtum feciſſe, & priorem percussisse, verùm contumelia nõ afeſſe, & rem habuisse iussũ aperire queamus. non adulterium commisisse, & furtum feciſse, non autem sacrilegiũ, quòd ea res dei non esset, & coluisse quidẽ agrum, sed non publicum, & cum hostibus collocutum esse, sed nõ prodidisse: ideò hęc omnia definire, atque explicare opus erit, quid sit furtum, quid contumelia, quid adulterium; vt si crimẽ illud reo vel

si hære-

si alicuius rei gratia, vt hærere, vel non hærere dehonestandi eius, aut ostendere voluerimus, voluptatis percipiendæ. aperiendi quid æquum neque si clam sustulit vtique furatus est; sed si furatus est, vt noxam afferret, & sibi ipsi asciscet. Similis verò reliquarum rerum, atque harum ratio est.

In omnibus enim his quæstionibus cõtrouersia est, vtrum quod factum dicitur, iniustum, improbumq; sit, an non iniustum: nam in deliberatione, consilioque peccatum est, & omnis iniustitia. his autem nominibus animi sensus, & consilium indicatur, vt contumelia, furtum: neque enim, qui percussit, omnino contumeliam imposuit, nisi alicuius gratia id fecerit; vt, si voluit eum ignominia afficere, aut ipse voluptatem capere. neque omnino qui clàm aliquid sustulit, furtum commisit, nisi id fecit, vt alteri damnum afferret, & id quod sustulit, ipse haberet. eadem ratio est etiam reliquorũ omnium, quam horum esse diximus.

EXPLANATIONES.

Quæ iusta sunt, atque iniusta duplici lege definita sunt] *diximus supra iniuriam facere esse spẽ contra leges alicui nocere; hoc est, à seipso concitari ad iniusta facienda, aut dicenda. iusta verò atque iniusta duplici definita sunt lege, & duplici personarum genere. Arist. ergo iusta ea esse asserit, quæ sunt, quemadmodum lex vtraque, scilicet naturalis, siue communis, & propria iubet. iniusta verò, quæ contra vtrasque, aut alteram; qui enim contra communem legem peccat, is contra naturam agit, veluti si quis filios interimat. sed & lex communis est ius gentium in eo, quòd differat ab irrationalibus, item lex regionum, ciuitatum, & oppidorum, quæ naturam particularium sapit, dummodo ab hominibus constituta sit: nam quæuis loci natura proprias excitat leges, quarum cognitio magis attinet ad naturalem philosophum, quàm ad iureconsultos, ac præsertim eos, qui nõ legum conditores, sed executores sunt. Lex verò propria est, quæ ad vnum spectat, aut ad ciuitatem. prima appellatur ius priuatum, secunda ius publicum: nam qui contra publicum ius facit, ciuitatem, vel societatem lædit, qui contra priuatum, vnum iniuria afficit. atque hinc manifestum fit, quæ iure facta, aut dicta sint, & quæ iniuria. verùm lex propria duplex est, scripta, & non scripta. non scripta meritò non scribitur, vt gratiam habere benemerito, Deum adorare, parentes colere. atque scriptæ legis emendatio bonũ, & æquum dicitur: est enim bonum, & æquũ id, quod præter legem scriptam iustum est.*

Argumentum in cap. 29.

Atque iustum & iniustum aut est scriptum, aut non scriptum. non scriptum aliud virtutis, & vitij exuperantiam in se continet, in quo laus est, & vituperium. aliud est propriæ legis, & scriptæ supplementum, vel emendatio, quæ æquum, & bonum dicetur. Est autem æquum, & bonum id, quod præter scriptam legem iustum est. euenit autem id: quoniam in latione legum aliquid prætermittitur vel ignotis, vel intelligentibus legum latoribus, vel propter infinitatem.

Quæ sint æquæ actiones, unde iniuria iustè facta defendi possit.

SIGON.

1 QVoniam autem iustorum, iniustorũque genera duo erãt: si quidem alia scripta, alia non scripta, de his quidem, de quib. leges loquuntur diximus.

2 Non scriptorum verò duo sũt genera, quorum partim sunt secundũ virtutis, & vitij exuperantiam, quibus probra, & laudes ignominiæ, atque honores, & dona proposita sunt, vt gratiam habere benemerenti, & reddere beneficium ei, qui dedit, & opem ferre amicis, & quęcunque illius generis alia, partim vero priuatæ legis, & scriptæ sunt supplemẽta: æquũ enim iustum esse existimatur.

3 Aequum autem iustũ est extra legem scriptã. hoc autem partim inuitis, partim uolẽtibus legislatoribus accidit, inuitis quidem, quoties lateat; volentibus verò, quoties distinguere ne queant, verùm in vniuersum loqui necesse habeant; non sit tamen ita, nisi plerunque.

MAIORAG.

1 QVia verò iustorũ & iniustorũ duo esse genera docuimus, & aliqua quidem scripta esse, aliqua verò nõ scripta: de ijs, quæ scripta sunt, & legibus constituta, iam dictum est.

2 Quę verò non scripta sunt, ea rursus bipartitò distribuuntur. Nam alia sunt, quæ & virtutis, & vitij quandam exupe. ã tiam in se continent, in quibus sunt vituperationes, & laudes ignominiæ, & honores, & præmia, vt ei, qui beneficiũ dedit, gratiam habere & ei beneficium reddere, à quo acceperis, & promptum esse ad amicos auxilio sublenãdos, & cætera, quę sunt eius generis. alia verò sunt propriæ legis, & scriptæ quasi supplementa quædam; nam quod æquum & bonum est, id etiam iustum esse videtur.

3 Est autem æquum, & bonum id, quod præter scriptam legem iustum est. quod quidem accidit partim inuitis, partim intelligẽtibus legũ latoribus. atque inuitis quidem, cũ aliquid eos latet: intelligentibus verò cum omnia definitè nequeunt explicare; sed necesse habent generatim scribere, quam uis non ita semper se habeant, sed plerunque.

4 Et quæcunque ad distinguendum haud facilia sunt propter infinitatem; vt vulnerare ferro, & quanto, & quali; quia dinumerante tempus deficeret: si igit indefinitum sit, lege autẽ sanciendum sit, simpliciter loqui necesse est.

4 Et, cum propter infinitatem non facilè possunt omnia pſequi, vt vulnerare ferro, & quãto, & quali; deficeret enim prius vita hominem, quam omnia dinumerare posset: nam, si quid adhuc indefinitũ sit, de quo legem ferre oporteat; de eo necesse est simpliciter, & vniuersè statuere.

5 Quapropter si qs annulum habens manum tollat, aut percutiat, secũdum legem quidem scriptam culpæ affinis est, & facit iniuriam, secũdum veritatem verò non facit. & hoc est Aequum.

5 Quare, siquis annulum ferreum habens elata manu quempiam percusserit, ex verbis legis ille reus est, & iniu-

6 Si ergo Aequum est id, quod diximus, perspicuum est, qualia æqua, & non æqua, & quales non æqui homines sint: etem ea sunt æqua, propter quæ veniam dare oportet.

Et

7 Et non eadem pœna ſtè facit, reuera autem
digna cenſere errata, at non facit iniuſtè. & hoc
que iniurias, neque er- eſt, quod æquum, & bo
rata, atque infortunia. num appellatur.
ſunt autem infortunia, Cum igitur æquum, 6
quæcunque præter ra- & bonum ſit eiuſmodi;
tionem, & ſine malitia perſpicuum eſt, quænã
errata vero, quęcunque æqua, & bona ſint, & q̃
non præter rationem, contraria, & qui ſint æ-
& ſine malitia, iniuriæ qui, & boni homines,
verò, quæ non præter ra & qui contrà: nam illa
tionem, & à malitia; qa ſunt æqua, & bona, in
quę propter cupiditatẽ, quibus quãuis lapſi ſint
a malitia. homines; tamen eis ve-
niam dare oportet.
8 Aequum eſt item re- Aequum etiã eſt, nõ 7
bus humanis ignoſce- pari pœna dignos ſtatue
re, nec legem, ſed legiſ re errores, & iniurias,
latorẽ ſpectare, nec ver neque errores, & infor
ba, ſed ſententiam legiſ tunia. ſunt autem illa
latoris attendere. infortunia, quæ præter
9 Nec actionẽ, ſed præ- cogitationem eueniũt,
electionem, nec partẽ, & à nullo animi vitio:
ſed totum.
10 Neque qualis nunc, errores vero, qui non q
ſed qualis ſemper, aut dem præter cogitatio-
plerunque extitit. nem accidunt, ſed ta-
11 Et tenere memoria men malitia carent. in-
potius commoda, quib. iuriæ ſunt illæ, quæ & à
affectus eſt, quam incõ- cogitatione, & ab ani-
moda. mi vitio proficiſcũtur;
12 Itemque, cõmoda po nam etiam, quæ impel-
tius, quæ accepit, quàm lente cupiditate fiunt, à
quæ attulit. malitia proueniunt.
13 Et paſſum iniuriam, Humanæ etiam natu 8
tolerare. ræ, imbecillitatiq; igno-

Et ſcere,

14 Et verbis, quã factis ſcere, æquum, ac bonũ
iudicari malle. eſt, & non ad legem ip-
15 Et ad arbitrium po- ſam, ſed ad legiſlatorẽ
tius, quam ad iudicem animum referre: & nõ
ire velle; quia æquum verba legis, ſed legiſla-
arbiter intuetur, iudex toris ſententiam ſpe-
vero legem. eaq; de re ctare.
arbiter eſt inuentus, vt Neque factũ ipſum; 9
æquum valeat. Atque ſed eius, qui fecit, ani-
æqua quidem hunc in mum conſiderare, neq;
modum ſint explicata. partem tãtum, ſed rem
vniuerſam perpẽdere.
16 Et, qui reus eſt, non qualis nunc ſit, ſed qua-
lis antecacto tempore fuerit, & maiori ex parte.
17 Et potius bonorum, quę quis acceperit, quàm
malorum recordari.
18 Et accepta potius beneficia meminiſſe, quàm
collata.
19 Et acceptam iniuriam æquo animo tolerare.
20 Et verbis magis, quàm factis, de re decerni
velle.
21 Et ad arbitrum potius, quàm ad iudicem rem
deferri velle: arbiter enim æquum, & bonum ſi-
bi proponit, iudex autem ipſam legem: neque
vlla alia de cauſa repertus eſt arbiter, niſi vt æ-
quum, & bonum valeat. Ac ea quidem, quæ
de æquis, & bonis dicenda erant, hoc modo de-
clarata ſint.

Argumentum, & diſtributio cap. 10.

*Nunc quæ, & quot res grauitatẽ iniuriæ, & contu
meliæ illatæ demonſtrent, Ariſt. aperit. ex quibus in-
iuriarum comparationem intelligit Orator, & quæ
maiores, & quæ minores ſint iniuriæ. Loca vero de-*

cem, & septem, vnde sumat, hoc pacto enumerat. primus est. maior iniuria, quanquàm à minima re concitata à maiore prouenit vitio. & id [iniuriæ verò maiores] secundus. maior est iniuria, cui, pœna par nulla inueniri potest. quod est [illa etiam maior] tertius, cui remedium non reperitur. & ait [& cui nulla medicina] quartus, quæ non potest castigari, & leuitur [& in qua qui passus est] quintus, ob quam in se homo manus conuertit. ea est [& siquis læsus est] sextus, quam solus, aut primus omnium, aut cum paucis fecit. quod inquit [& quam solus] septimus, quæ sæpe fit. idq, [sæpius etiã] octauus, quæ noua pœna, vel nouo opus habet remedio, vt habetur [illud quoque maius est] nonus, quæ est potius beluæ, quàm hominis. & id [& quod magis beluino] decimus, quæ cogitatò fit, vt [& quod consultò] vndecimus quæ timorem magis, quàm misericordiam commouet, vt legitur [& quod in animis] duodecimus, quæ vnà plures excitat. vnde ait [Et hæc quidem propria] decimustertius, quæ fit in eo loco, vbi sontes puniuntur. sic habetur [& in eo loco] decimusquartus, ob quam homo maximè erubescit. id verò [& ea in quibus] decimusquintus, quæ fit benefactori. & id [& si eum læsit] decimussextus, quæ fit contra ius non scriptum. atque est [maius etiam ostenditur] decimusseptimus, quæ fit contra ius scriptum, vt legitur [contrà etiam magis peccare.]

De

De maioribus, & minoribus iniurijs.

SIGON.

1 INiuriæ verò maiores sunt, quæ à maiore iniustitia prodeunt. itaque minimæ etiam maximæ. quemadmodum Melanopo Callistratus obijciebat, quod tribus sacri semiobolis templi constructores fraudasset; in iustitia verò cõtra. Sunt autem hæc ex eo, quia vi excellũt: nam qui tres semiobolos est furatus, etiam maleficium quodcunque committere. Ac ali quando quidẽ hoc modo maior est, aliquãdo verò ex damno iudicatur.

2 Et cuius non est par pœna, sed omnis inferior.

3 Et cuius non est medicina; quia difficilis res est, neque effici potest.

4 Et de qua non potest pœnas repetere is, qui est passus; quia non est me-

MAIORAG.

1 INiuriæ verò maiores illæ sunt, quæ à maiores iniustitia prouenient Itaq; minimæ quæ que iniuriæ maximæ sunt, vt Callistratus Melanopum accusat, quod tribus dimidiatis obolis Deo dicatis, templi ædificatores fraudasset: sed in rebus iustis; iustitiaque contrà accidit. hæc autẽ talia sunt eo, quòd maiore quadam vi superant, vt qui treis dimidiatos obolos furatur, etiam quiduis aliud facile committeret. interdum igitur, quod maius est hoc modo iudicatur, interdum etiam ex damni magnitudine.

2 Illa etiam maior est iniuria, cui par pœna nulla inueniri põt, sed omnes sunt inferiores.

3 Et, cui nulla medicina potest adhiberi; difficile est enim & omni

medicabilis. siquidem pœna, & castigatio medicina sunt.

5 Et si qui passus, & si qui iniuria affectus est, ipse seipsum grauiter multauit; quia qui fecit, adhuc maiori pœna dignus est: vt Sophocles Euctemonem defendens, quoniam semetipsum contumelia affectus occidit, non æstimaturum dixit minoris, quàm quo se ille, q passus est, æstimauit.

6 Et quã sol' fecit, aut primus, aut cũ paucis.

7 Et sæpe in eadem re delinquere, magnum.

8 Et propter quã quæsita, & inuenta sunt, quę prohibeant, & quæ puniant, vt Argis animaduertũt in eum, propter quem lex lata est, & propter quos carcer ædificatus est.

9 Et iniuria magis ferina, maior.

10 Et quę de industria magis.

11 Et quam qui audiũt, metuunt potius, quàm miserantur.

potentia maius.

Et, in qua qui passus 4 est malum, pœnas iudicio sumere non potest; id enim insanabile est, siquidem pœna est castigatio, & medicina quædam.

Et si, qui læsus est, & 5 iniuriam accepit, in se ipsum grauiter animaduertit; nam multò maiori pœna dignus est, q iniuriam intulit, vt Sophocles pro Euctemone, qui, cum iniuriam accepisset; se ipsum iugularat, dixit se nõ minorem reo pœnam irrogaturum ea, qua qui cõtumeliã passus fuerat, se ipsum multauerat.

Et, quam solus, aut 6 primus, aut cum paucis fecit.

Sępius etiam in idem 7 peccatum incidere, graue est.

Illud quoque maius 8 est, propter quod remedium, ac pœnæ quæsitæ sunt, & inuentæ; vt Argis eos puniunt, q sunt in causa, vt noua lex cõstituatur, aut carcer ædi-

12 Atq; illa oratoria hu ficetur.
ius generis sunt, quòd Et, quod magis bel- 9
multa iura sustulit, aut luinos mores imitatur,
transgressus est, vt iusiu peccatum grauius est.
randum, dextram, fidẽ, Et, quod consultò, & 10
connubium: quia mul- cogitatò committitur.
tarum est iniuriarum Et, quod in animis 11
exuperantia. eorum, qui audiunt, po
13 Et quòd ibi, vbi nocẽ tius metum, quàm mi-
tes plectuntur. id quod sericordiam excitat.
faciunt falsi testes; vbi Et hæc quidem pro- 12
eũ non iniuriosus erit, pria rhetorum sunt; vt,
si & in foro?
14 Et in quib. pudor est vno facto, multa iura
maximè. sustulisse, aut violasse
15 Et si ei, à quo benefi- dicant; vt iusiurandum,
cium accepit: quia plu- dextras, fidem datam,
res facit iniurias, tum ius coniugij; sic enim
& male meretur, tum multarum iniuriarum
quod non bene. exuperantia demonstra
16 Et id, quod est contra tur.
non scripta iusta; quia Et, in eo loco, vbi son 13
melioris hominis sit, tes puniuntur, quod fal
si testes faciunt; quem si testes faciunt; quem
non ex necessitate iu- enim locum à scelere
stum esse; ac scripta vacuum relinquẽt, qui
quidem ex necessitate etiam in ipso iudicio
sint, non scripta verò admittere non dubitãt?
minimè. Et ea, in quibus homi 14
17 Alio verò modo, si cõ nes erubescere maximè
tra scripta: nam qui in consueuerunt.
rebus metuẽdis, & mul Et, si eum læsit, à quo 15
tæ obnoxijs iniurioſus beneficium acceperat;
est, etiam in ijs, quæ nõ multis. n. modis iniustus
obnoxiæ sint, iniurio- est, & quòd damnum
sus erit. Ac de iniuria inferat, & quòd bene

quidem maiore, & minore dictum est.

Maius etiam ostenditur, quod contra ius non scriptum commissum est; nam viri melioris indicium est, nulla coactũ necessitate iustum esse: quę enim scripta sunt, ea necessario seruantur: quę verò non scripta, non necessariò.

17 Contrà etiam magis peccare videtur, qui contra iura, scripta quippiam committit; nam, qui scelera, quę terribilia sunt, committit, nec pœnas reformidat, quantò magis in eis iniustus erit, vnde nullum sibi damnum impendere videat? Ac de iniuria quidem maiore, & minore dictum est.

merenti non gratiam referat.

16

EXPLANATIONES.

Iniuriæ verò maiores illæ sunt] *In vniuersum maior dicitur iniuria tripliciter; magnitudine iniquitatis, magnitudine damni, & amplificantium ostensione. Magnitudine verò iniquitatis, si quis minimum quid deis dicatum rupe-*
ret. magnitudine
damni, iniuriarum octo scribuntur loca. magnitudine verò iniuriæ amplificantium ostensione quinque recitantur loca, vel sex.

Argumentum, & diuisio cap. 31.

Sequitur, vt eas probationes aggrediamur, quæ artis expertes propterea dicuntur, quod ab oratore non excogitantur; sed extrinsecus assumuntur: hæ si quidem propriæ sunt earum controuersiarum, quæ in iudicio tractantur. Species verò siue loca harum probationum sunt quinque, leges scilicet, testimonia, tabulæ, quæstiones, & iusiurandum. lex verò alia continet loca, qua septem existunt si lex sit contra nos. primus est, vt, si quis scriptam legem contrariam habeat; ad communem confugiat, & æquo, ac bono utatur. & id explicat his uerbis [planum est enim] secundus, ut iudex ex æquo, ac bono potius, quàm ex scriptis legibus iudicare debeat, quod legitur [& æquum, ac bonum] tertius, quòd nulla lex sit scripta, ut facilius suadeat æquitatem esse spectandam. & id [& iustum id esse] quartus, iudex sit similis argentario in iudicando. & id [& rebus iudicandis] quintus, ut lex legi contraria proponatur. & id [& si lex] sextus, si lex ambigua sit, ut torquere possimus, quod legitur [& si sit ambigua] septimus, si res propter quam lex lata fuit, non seruatur, sed lex tantùm: quod explicat [& si res illæ] uerum si scripta lex prono his faciat totidem probatio num loca op posita habere oportet, primus, autem legitur [quod si scripta lex] secundus [& neminem esse] tertius et nihil d fferre quartus, et quintus] et in alys artibus.]

Fides artis expertes quinque esse, leges, testes, pacta, quæstiones iusiurandum, & quo modo eorum singula sint tractanda.

De legibus.

SIGON.

1 IAm verò fides, quæ arte carere dicuntur, continenter ijs, quę dicta sunt, percurramus: sunt.n. indicialium propriæ, suntque numero quinque leges, testes, pacta, quæstiones, iusiurandum.

Ac primum quidem dicamus de legib. quem admodum eis vti oporteat, tum adhortando, tum dehortando, tum accusando, tum defendendo.

2 Nam si lex scripta facto aduersetur, dubium non est, quin communi legę vtendũ sit, & æquo, vt iustiore. Et quòd Optima mente nihil aliud est, nisi non vtique scriptis vti.

3 Et quòd æquum semper manet, ac nunquam im-

MAIORAG.

1 DEinceps à nobis ea percurrenda sunt, q̃ ad probationes artis experteis pertinere videantur, nam hę iudicialium controuersiarum propriæ sunt. sunt autem numero quinq;, leges, testimonia, tabulę, quæstiones, iusiurandum. A primò quidem de legibus dicamus, & quomodo eis in suadẽdo, ac dissuadendo, in accusando, & defendendo vtendum sit.

2 Planum est enim, si quis scriptam legẽ causæ suæ contrariam habeat ad communem legem ei confugiendum esse, & æquo ac bono, tanquam iustiore nitendum: & dicendum, hoc esse æquissima sententia iudicare, siquis non om-

immutat, neq; lex cõis, quippe quæ sit secundũ naturam, scriptę verò, sępe. vnde dictum est in Antigone Sophoclis (defendit enim se fecisse contra Creontis legem verùm non contra scriptam:)

Hoc nanque non hodie aut heri, at semper fuit, Ideo ego non debui viri nullius.

4 Et quòd iustum verum est, atque vtile quiddam, sed non quod exist imatur. quare quæ scripta, lex non est, quia officio legis non fungitur.

5 Et quòd iudex perinde, ac argentarius est, vt adulterinum iustum discernat à vero.

6 Et quòd melioris hominis est, non scriptis vti, & stare, quàm scriptis.

7 Et, si qua in parte probatæ legi contraria sit, aut etiam ipsa sibi velut interdum vna iubet rata esse, quæcunque pacti sint, altera vero pacisci vetat contra legẽ.

omnino scriptis legib. ad hærere velit.

Et æquum, & bonum 3
semper idem manere, nec vnquam immutari sicuti neque communis lex; infirmum est enim 2
in ipsa natura. scriptæ verò leges sæpe variantur. vnde illud in Antigona Sophoclis dictum est, vbi tuetur illa factũ suum, quod licet cõtra Cretonis legem fecerit, non tamen contra legẽ non scriptam.

Hoc nanque non hodie aut heri, at semper fuit. Ideo ego non timeo viri vllius minas.

Et iustum id esse, qđ 4
est verum, atque vtile, non autem quod speciẽ tantum habet. itaque scripta lex nõ est iusta; neque enim legis officium exequitur.

Et rebus iudicandis 5
præpositum esse iudicẽ, tanquam argentarium, qui id iustum, quod simulatum, & adulterinũ est, ab eo, quod est vere iustum, discernat.

Et, Et

2 Et, si ambigua ita ut torqueas tum uidere
1 in utram deductionem aut iustum, aut utile
quadrabit, deinde eo
vti oportet.
9 Et, si res propter quas lata lex est, non
amplius manent, sed lex, enitendum est, vt
id aperias, & hac ratio
ne contra ipsam con-
tendas.
10 Quòd si lex scripta cum facto sit, tum di-
cendum, quòd optima
mente, non est, ut con-
tra legem iudicet, sed
ut, si ignoret, quid lex
loquatur, ne periurio
sè obstringat. Et quod
nemo quod simpliciter
bonum est, eligit, sed
quod sibi ipsi. Et quod
nihil interest inter non
latum, & non obserua-
tum. Et quòd in alijs ar
tibus cauillari non ex
pedit, cõtra medicum:
quia non tantum obest
erratum medici, quan-
tum introducta consue
tudo nõ obediẽdi prin
cipi. Et quòd legibus se
sapientiorem esse stu-
dere,

Et si lex, qua premi- 7
mur, aliquo modo con
traria est iam probatæ
legi, aut si secum ipsa
pugnat; vt interdum
altera lex iubet rata es-
se, quæcunque inter se
homines pepigerunt al
tera verò vetat, pactio-
nes fieri contra leges.
Et si sit ambigua lex, 8
vt quis eam torquere
possit; tunc videre opor
tet, in quam partem iu-
stum, atque vtile conue
niat, deinde illo vti.
Et si res illę propter 9
quas lata lex fuit, non
amplius manent lex ta-
men adhuc seruatur;
tunc laborandum est,
vt id notum fiat, & hac
ratione contra legem
pugnandum.
Quod si scripta lex p 10
nobis facit; tunc dicen-
dum est, æquissima sen-
tentia iudicare, non es-
se ideo iudicibus cõces
sum, vt contra legem
aliquid statuant: sed, ne
forte esse peierent, si vim
ac sententiam legis nõ
bene perceperint, & ne
minem esse, qui qui ab-

dere, ideſt quod in lau- absolutè bonũ est, quæ
datis legibus prohibe- rat, sed quod sibi ipsi: &
tur. Ac de legibus qui- nihil differre, non latas
dem definitũ hoc mo- leges, & in nullo esse
do sit. vsu: & in alijs artib. nõ
vtile esse discedere a p-
ceptis, & callidè aliquid excogitare, vt contra
medicum; neque enim tantum detrimenti ad-
fert erratum medici, quantum mala consuetu-
do non illi parendi, qui imperium habet: & hoc
esse, quod in probatis legibus prohibetur, ne-
quis ipsis legibus quærat, aut velle esse sapientior.
Et de legibus quidem hęc dicta sint.

EXPLANATIONES.

Si quis scriptam legem causæ suę contrariam habeat] *Iam dictum fuit probationes alias artificio sas esse, alias absque arte. atque hæ sunt quinque, leges scilicet, testes, pacta, quæstiones, & iusiurandũ. Arist. tractat primum de lege scripta, & inquit. Lex scripta aut aduersus nos est, aut pro nobis. si verò aduersus nos; tunc communi lege, quæ ius naturale amplectitur: & æquo, & bono, quod in non scriptis habetur legibus, vt potè iustioribus utemur: atque id octo locis. Quòd, si scripta lex pro nobis facit] tunc, cũ pro nobis est; amplificanda est totidem locis.*

Argumentum.

Testium alij antiqui, alij noui, qui aut periculi sunt participes, aut non. antiqui sunt poetæ, & clari auctores, & rerum præteritarum testes, & sententiarum, & proverbia. noui, qui extra periculum sunt, viri clari atque illustres sunt, qui iam de aliqua re indi-

iudicarunt: qui periculi participes sunt, hi aut mentiri uisi sunt, & testantur de facto, non de facti qualitate. antiqui, & remoti maximè sunt idonei, ei fide digni, quia corrumpi non possunt. si igitur quis testes nõ habeat, eorum autoritatem augere, & minuere potest. imminuit. si dicat iudicium non ex testibus, sed ex argumentis fieri debere. si habet, dicet, argumenta pennæ subiecta non esse. testimonia sunt magno usui quia vel de seipso, vel de aduersario nota sunt, ac de utroque consideratur, i. uita, mores, & factum. testes verò amici sunt, an inimici, uiri probi, vel improbi, adiacent supradictæ diuisioni.

De testibus.

SIGON.

1 DE testibus autem. testes sunt duplices, alij antiqui, alij noui. & horum alij periculi participes, alij expertes. dico autem antiquos, tum poetas, tum alios illustres, quorum clara iudicia extant. ut Athenienses de Salamine Homerum testem adhibuerunt, & Tenedij nuper Periandrum Corinthium aduersus Sigeenses, & Cleophõ contra Critiam Solonis elegis usus est, cum diceret, familiam eius olim

MAIORAG.

1 TEstiũ uerò duo sunt genera; nam alij sunt antiqui, alij noui, nouorum autem partim periculi participes sunt, partim extra periculum positi. Antiquos testeis uoco poetas, & claros auctores, uirosque illustreis, quorum sunt aperta iudicia, ut Athenienses Homeri testimonio de Salamine usi sunt, nuper etiam Tenedij contra Sigienseis Periandri testimonio sunt adiuti. & Cleophon contra Critiam So-

lim petulantem fuisse, quia nunquam Solo ce ciniſſet:

Dic a me Flauo Critiæ ut ſtudeat parere parenti.

2 Ac de rebus quidem præteritis eiusmodi testes sunt. de futuris uerò . . . & oraculorum interpretes, ut Themistocles, quòd muri lignei nauali prœlio rem committendam significant.

3 Præterea verò prouerbia etiam, ut dictum est, testimonium sunt. ut si quis suadeat, ne senex amicus paretur, ei prouerbium attestatur: *Seni ne bene facias.* & ut filij tollantur, quorum & parentes:

Stultus, qui natos occiso patre relinquat.

4 Noui uerò sunt, qui cum illustres essent, de re aliqua iudicarũt, quorum iudicia sunt ijs, qui de iisdem rebus cõtrouersantur, accõmodata. ut Eubulus in iudicijs contra Charetem, id quod Plato aduersus

Ar-

Solonis elegis usus est, dicens eius familiam iam pridem fuisse petulantem, neque enim aliter Solon vnquam ita ceciniſſet,

Dic flauo Critiæ, ut ſtudeat parere parenti.

Et rerum quidem 2 præteritarũ testes sunt huiusmodi, futuratum autem etiam vates, & augures, ut Themistocles, cùm nauali prælio confligendum esse probare vellet, oraculum interpretatus est, quod iubebat, vt se ligneo muro defenderent.

Quin etiam prouer- 3 bia sunt ex eo genere, quod dictum est, testimonia, vt siquis cuipiam suadeat, ne sibi senem amicum facere ſtudeat, hoc vtatur prouerbio, in senem nequod beneficium conferas. &, si quis horretur quempiam, vt eos filios tollat, quorum patres iam necarit, illud proferat.

Stultus, qui natos, occiso patre, relinquit.

Noui

Archibium dixerat, usurpauit: *Increbuit inciuitate confessio improbitatis.* Et periculi participes, si mentiri existimentur.

5 Atque eiusmodi quidem testes talia dunta-xat testantur, factum nec ne, sit nec ne. cuiusmodi uerò, non testantur, ut iustum, an iniustum, utile, an inutile.

6 Qui uerò longinqui sunt, in his etiam rebus certissimi sunt. antiqui uero certissimi, quia incorrupti, certa uerò fides a testimonijs.

7 Ac testibus quidem carenti: quod ex uerisimilibus iudicare oportet, & hoc est, Optima mente, & quod uerisimilia pretio deprauari non possunt: & quod uerisimilia falsi non arguuntur.

8 Habenti uerò aduersus carentem; quod uerisimilia iudicio nō subijciuntur, & quod testimonijs non esset opus, si rationibus perpende

re

Noui autem testes 4
sunt, qui, cum noti, illustresque sint; iam de aliqua re iudicium secerunt, nam horum iudicia sunt eis vtilia, qui de ijsdem rebus ambigunt, vt Eubulus in iudicijs cōtra Charetem vsus est eo, quod aduersus Archibium Plato dixerat, rem hanc increbescere, plureisque esse in ciuitate, qui se improbos esse fateantur. noui etiam testes sunt, qui periculi participes fiunt, si mentiri visi fuerint.

Atque huiusmodi te 5
stes tantùm illud testantur, factum fuerit nec ne sit, an non fit. de qualitate verò nihil dicūt, vt, si iustum, an iniustū sit, vtile, an inutile.

Qui autem remoti 6
sunt etiam de his maxime sunt idonei testes, sed omnium maximè fide digni sunt antiqui, quia corrumpi non possunt, & probatione ab eorum testimonijs ducuntur.

Quòd,

re satis esset. Quòd, siquis testeis 7

9 Sunt autem testimonia, alia de se ipso, alia de aduersario, itemque alia de facto, alia de moribus. Ex quo perspicuum est, nunquam fore, ut utilis testimonij inopia laboretur: quia si non de te, quod aut sibi faueat, aut aduersario refragetur, aut de moribus aut sui ipsius ad bonitatem, aut ad improbitatem.

10 Reliqua uerò de teste, aut amico, aut inimico, aut medio, aut probato, aut infami, aut medio, & quæcunque alię eiusmodi differentiæ, ex iisdem locis sunt petendæ, ex quibus & enthymemata petimus.

non habeat poterit dicere, iudicium ex argumentis fieri debere, & hoc esse æquissima sententia iudicare; neque enim argumenta pecunijs deprauari possunt, neque coargui solent, quòd mentiantur, ac fallant.

Qui testeis habet, cō- 8
tra eum, qui nō habet, dicet, argumenta nequaquam pœnæ subiecta esse, nihilque opus fore testimonijs, si ad probandum verba sufficerent.

Sunt autem testimo- 9
nia vel de se ipso, vel de aduersario, vel de facto, vel de vita, ac moribus. Itaque perspicuum est, nunquam fore, vt testimonio vtili careamus: nam, si de facto testimonium habere non possumus, quod aut causam nostram confirmet, aut aduersarij refellat, certè de moribus non deerit testimonium, quod vel æquitatem nostram ostendat, vel improbitatem aduersarij.

10 Reliqua verò, quæ de teste quæri solent, amicus ne sit, an inimicus, an neutrum, & spectatæ fidei, an infamis, an medius, & quæcunque

sunt eius generis differentiæ, ex eisdem locis sumuntur, vnde etiam enthymemata ducuntur.

EXPLANATIONES.

1 Testium verò duo sunt genera: nam alij sunt antiqui, alij noui] *secundæ probationis loca sunt testes. antiqui sunt præteritarum rerum, veluti poetæ, alijq; illustres viri, quorum sententiæ approbantur: futurarum verò vates, & augures. prouerbia autem sunt testimonia. si noui testes sint, atque clari; sunt eis vtiles, qui de eisdem rebus ambigunt. verùm, si noui sint, & periculi participes; fidem non faciunt: quia mentiri videntur. si verò noui, & non clari; huius tantum testes sunt, factum ne sit, an non: & vtrum fit, an non: de qualitate verò minimè, vt puta si iustum, an iniustum, si vtile, an inutile. sed antiqui, quia corrumpi non possunt; omnium maximè fide digni sunt.*

7 Quòd, si quis testes non habeat] *docet, quibus vti oporteat præsidijs eum, qui testes non habet.*

8 Qui testes habet contra eum, qui non habet] *item quibus contra eum, qui testes non habeat.*

9 Sunt autem testimonia] *contra testes, qui factũ, vel non factum testantur, multæ solent fieri oppositiones; veluti si amici, vel inimici, vel neutri: si probi, vel improbi, si corrupti, vel non, de quorum differentijs ex his locis quærendum est, ex quibus enthymemata manant. Testimonia autem alia sunt de moribus, atque vita, alia de causa: atque hæc pro nobis, aut contra nos.*

Argumentum.

Tabulas orator augeat, aut deprimat, fidē addat, aut adimat, si pro se, vel contra se faciant. & his vtatur admonitis, quæ testibus suppeditantur. augeat, si dicat orator,

orator, eas propriæ, ac priuatæ legis vim habere, ratãq; legem non facere. contra leges eas corroborare. & qui legem aufert, & tabulas quoque, & qui tabulas irritas facit, commercium tollit hominum. si tabulæ contrariæ fuerint, contrarijs rationibus vtemur. & prima est, quæ legitur [prima quæ supra diximus] secunda [deinde iudicem] tertia [& iustum quidem] quarta [adhæc spectare oportet] quinta [videndum etiã est] sexta [considerãda est etiam vtilitas]

De pactis.

SIGON.

1 DE pactis autem eatenus orationis usus pertinet, ut ea augeat, aut extenuet, aut idonea efficiat, aut non idonea: si ipsi quidem suppetant, idonea, & rata, in aduersario verò, contra. Ad ea igitur idonea, aut non idonea efficienda nihil à tractatione testium differt: quia per quos fides adimere conuenit, qui inscripti sunt, aut qui custodiũt, ita pacta idonea sunt.

2 Vbi verò pactum suppetere, constat, si proprium est, ad augendũ est. Pactum enim lex est priuata, & in parte, & pacta quidē legem ratã

MAIORAG.

1 QVod ad tabulas attinet quibus pacta, & conuenta continentur; nulla alia oratione opus est, nisi vt eas orator augeat, aut deprimat; fidem eis addat aut adimat. Nam, si pro se faciunt illis fidem addere, ratasque facere, si pro aduersatio fidem adimere contendat. quod autem ad fidem eis addenda, aut adimendam spectat, nihil differt à testium tractatione: quales enim ij fuerint, qui tabulas scripserint, aut asseuerarint, talem etiam fidē habebunt ipsę tabulæ.

non efficiunt, at leges pacta, quæ secundum legem sunt. atque omnino lex ipsa pactum est quoddam. quare qui nō credit, & pactum tollit, leges tollit.

3 Quin etiam pleraque eorum, quę contrahuntur, & sponte nostra aguntur, secundum pacta sunt: usque adeo ut his infirmatis hominū inter se commercium euertatur: itemq; alia, quęcunque conueniūt, perspicere promptum est.

4 Quòd si repugnet, & cum aduersarijs faciat, primum quidem quib. quis contrariam legem oppugnauerit, eadem conueniunt. absurdum enim sit, si legibus, quoties iniquè latæ sint, sed fraudem fecerint, qui tulerunt, parere oportere non arbitramur, pactis autem necesse sit.

5 Deinde, quòd iusti dispensator est iudex, ut non hoc spectare debeat, sed tanquam iustius. & iustum quidē inuertere

Cum autem certum 2
est, tabulas esse confectas; si pro se faciunt, debet eas orator augere, dicens, eas propriæ, ac priuatæ legis uim habere. & tabulæ quidem ratam legem non faciunt; leges autem eas tabulas, quæ legitimæ sunt, corroborant. & omnino lex pactum quoddam, & conuentū est: itaque, si quis pacti, & conuenti tabulas aufert; leges etiam ipsas tollit.

Præterea maior pars 3
eorū, quæ homines inter se contrahunt, & sponte faciunt tabulis continetur. itaque, si quis eas irritas faciat, omne commercium hominum inter se tolletur. Et alia, quę huic disputationi cōueniūt, satis patent, in promptuque sunt.

Quod si tabulæ no- 4
bis contrarię fuerint, et pro aduersarijs faciāt; primò, quæ suprà diximus de contraria lege, conuenient ad hāc ra-

tere neque fraude, neque necessitate licet, quæ natura constitutum est, pacta uerò, & a deceptis, & à coactis hominibus fiunt.

6 Ad hæc uerò animad uertere conuenit, an aduersetur alicui aut legū scriptarum, aut communium, & iustis, aut honestis, præterea uerò an aliis pactis posteriobus, an prioribus: aut enim posteriora sunt rata, priora verò irrita, aut priora rata, posteriora uerò falsa sunt, utrocūque modo proficiet.

7 Præterea uerò cōmodum est etiā dispicere, si qua in parte aduersetur iudicibus, & quæcunq; sunt huius generis: etenim hæc facilia sunt ad intelligendum eodem modo.

tionem omnia; nā per absurdum esset, cum male positis legibus quibus nos legislatores decipiunt, parendum esse non putemus, si tabulis parere necessarium esse dicamus. Deinde iudicem ipsum esse iustitię dispensatorem certum est: non igitur tabulas spectare, sed id, quod iustus debet. & iustum quidem nemo detorquere potest neque fraude, neque necessitate vlla; quia natura tale est, tabulæ verò & deceptis, & coactis hominibus sępe fiunt.

Ad hęc spectare opor 5
tet, an alicui lēgi vel eā, quæ scriptę sunt, vel quæ communes, an rebus iustis, & honestis tabulę contrarię sint.

Videndum etiam est, 6
an tabulæ, quæ proferū tur, alijs tabulis, vel posterioribus, vel prioribus contrariæ sint: vel enim posteriores erunt ratæ, vel priores irritę, vel si priores rectæ sint, in posteriorib. erit fraus: id aūt arripiemus, qđ causæ nostræ vtile fuerit.

7 Considerandā est etiam vtilitas, & si qua in re tabulæ iudicibus aduersentur, & cæte-

ra eius generis, quæ facile videri, atque intelligi possunt.

EXPLANATIONES.

Quòd ad tabulas attinet quibus pacta, & conuenta continentur] *tertiæ probationes inartificiosæ sumuntur à pactis, quæ si pro nobis sint; probabiles, & veræ esse demonstrabuntur ea arte, quam de testibus retulimus. deinde amplificatione vtendum est duobus locis, quæ narrat Arist. si verò pacta pro aduersarijs sint; extenuatione vtemur septem locis recitatis. Ex his igitur poterimus pacta opprimere, aut augere.*

Argumentum.

Quæstiones sunt quædam testimonia, quæ si pro nobis faciunt, augebimus dicentes eas solas esse veras: contrà, si contra nos. exempla proferre proderit ad eas confirmandas, uel infirmandas.

De quæstionibus.

SIGON. MAIORAG.

1 QVæstiones autẽ testimonia sunt quę dam, quæ certam existimantur habere fidẽ, quia necessitas quæ dam adest. quare difficile non est, de his uidere, & quæ incidere possunt, exponere. Ex quibus

QVęstiones verò, testimonia quædam sunt, quæ videntur ea de causa fidem facere; quia necessitas quędã eis inest. Itaq; non difficile est earum uim intelligere, & quæ de ipsis dici possunt excogitare:

bus & si, pprię sint amplificare licet, quòd ipsę solæ inter testimonia verę sunt.

2 Et si repugnent, atq; cum aduersario faciãt, ueritas euerti de toto quæstionum genere disputando potest; quòd qui coguntur, non minus falsa dicunt, quàm vera, & tolerando, ne vera enuncient, & facile mentiendo, vt citius requiescant. Hæc autẽ oportet ad præterita eiusmodi exempla, quę nota iudicibus sint, redigere posse.

tare: nam, si pro nobis faciant, eas augere poterimus, ac dicere, solas ex omni genere testimoniorum esse veras.

Quòd, si nobis contrariæ fuerint, & pro aduersario faciant; veritatem earum euertere licebit, de genere toto quęstionum disputãdo: quibus enim necessitas adhibetur, ij non minus falsa, quàm vere dicere solent: nam vel dolorem tolerantes, verum occultant, vel facilè mentiuntur, vt citius à cruciatu liberentur. Ad hæc proderit exempla proferre, quæ aliàs acciderunt, & ipsis iudicibus cognita sunt.

EXPLANATIONES.

Quæstiones verò] *Quartæ probationis inartificiosę loca sunt quæstiones. quæstiones autem intelligo torturam, atque alios dolores, quibus prætor afficit reos ad veritatem inuestigandam. sunt autem quæstiones testimonia quædam, quæ uidentur fidem facere. hæ si pro nostra causa sunt; amplificandæ sunt, affirmando ex testimoniis sola hæc uera esse: si contra nos; deprimemus, asserentes tormenta cogere homines ad falsa dicenda. adhæc proderit exempla proferre.*

Argumentum.

Vltimò loco Arist. ponit iusiurandum, in quo non qui metuit, sed quæ uis sit, intelligi debet: est enim affirmatio religiosa. Id in iudicio iusiurandum quatuor concipitur modis: uel enim accusator, & reus iurat: uel non iurare uult, neque credere reo: uel credit, sed non uult: uel uult ipse iurare, sed non id concedit reo. Iusiurandum uerò sit super eadem re iam conceptum. atque hæc leguntur primò ibi [iuris uerò iurandi ratio] secundò sic [præterea uidendum est] quatuor deinde modos exequitur, ac primò tribus rationibus uti posse eum docet, qui non uult reo iusiurandum deferre. rationes recitat ibi [qui iusiurandum deferre non uult] secundò exponit qui non capit iusiurandum oblatum ea adductus ratione, quæ ibi habetur [Qui non capit oblatum iusiurandum] tertiò qui iusiurandum oblatum recipit duabus commotus rationibus, quas his uerbis accipimus [quòd si iusiurandum oblatum recipit] quartò qui defert alijs iusiurandum tribus rationibus uti potest his [si uerò defert alijs iusiurandum] possumus etiam duos modos copulare, quemadmodum aperit hoc loco [quia uerò planum iam factum est] At quoniam iusiurandum antea factum est aliquando præsenti contrarium uel ab actore uel ab aduersario; docet Aristo. hæc [Quòd si iam] si uerò aduersarius aliàs iurauerit, deinde nolit iusurandum seruare; hæc dicet actor. [Quòd si aduersarius aliàs iurauerit.]

De iureiurando.

SIGON.

1 DE iureiurando uero quadripartita afferri distributio potest. Nam aut offert, & accipit, aut neutrum, aut illud quidem, hoc uero nequaquam. Et ex his aut offert quidē, uerum non accipit, aut accipit quidem, uerum non offert.

2 Et prēter hæc alio modo, si iusiurandum iuratum est aut ab ipso aut ab illo.

3 Ac non offert quidē; quia facilè peierant, & quia ubi ille iurauit, nequaquam reddit. hos autem arbitratur, etiā si non iurarit, damnaturos & quia hoc periculū inter iudices melius est, his enim credit, illi uero nequaquam.

4 Non accipit autem, quia iusiurandum est pro pecunia, & quia si improbus esset, iureiurandum

MAIORAG.

1 IVris verò iurandi ratio quadripertita est: aut enim aduersario dat, & ipse etiam capit iusiurandum, aut neutrum facit. aut alterum facit, alterum nequaquam: vel enim iusiurandum dat, neque tamen capit, vel capit ipse, neque tamen aduersario dat.

2 Prēterea videndum est etiam, an iusiurandum iam conceptum fuerit, siue ipse iurauerit, siue eius aduersarius.

3 Qui iusiurandum deferre non vult, is dicet, aduersarios facilè peierare; vt, posteaquam iurauerint, nihil reddant; se verò confidere, fore, vt iudices non iuratos aduersarios condemnent, & se malle iuratorum iudicum periculum facere, quod melius est; quia iudici

bus

rando se obstrinxisset: præstat enim alicuius rei gratia improbum esse, quàm nullius: quia iuratus habebit, iniuratus verò nequaquã. Atque ita propter virtutem, nõ propter periurium efficietur, ne iuret. quin etiam Xenophanis illud accommodatum est; quòd non est æqualis prouocatio impij aduersus pium, sed similis, atque si robustus imbecillum verberaret, & ad vapulandum prouocaret.

5 Sin autem accipit; quòd credit sibi, non illi. & illud Xenophanis inuertendo, ita dicendum, perinde esse, ac si impius offerat, pius autem iuret, & indignam rem esse, ipsum iurare nolle, de quibus iuratos eos postulat iudicare.

6 Sin autem offert: & pium est, dijs rem permittere velle. neque opus est, vt ipse iudices alios quærat, cum ipsi iudicium deferat, & ab-

bus ipsi credat, aduersarijs autem non credat.

4 Qui non capit oblatum iusiurandũ, dicet, se pecuniarum causa iurare nolle; quod si improbus esset, facile iuraret, melius enim esse, alicuius utilitatis gratia, quam nullius, improbum esse; iuratus enim pecuniam haberet, non iuratus autem minimè habere; sic eũ propter bonitatem, ac virtutem; non autem propter periurij timorem iurare nolle videbitur. cui loco Xenophanis illud dictum bene congruit, non esse æquam prouocationem impij aduersus piũ hominem, sed consimilẽ esse, ac si quis robustus imbecillum, vel ad uerberandum, vel ad vapulandum prouocaret.

5 Quòd, si iusiurãdum oblatum recipit; dicet, se sibi ipsi credere, non autem aduersario, atq; illud Xenophanis dictũ ita conuerret, vt dicat, parem esse prouocatio

nem,

absurdum est, nolle iurare, de quibus alios postulat iurare.

7 Quoniam autem perspicuum est, quomodo de singulis dicere conueniat, etiam copulando, quo modo dicendum sit, apparebit. veluti, si ipse accipere velit, at non offerre, & si offert quidem, at non vult accipere, & si accipere velit, & offerre, & si neutrum. ex ijs enim quæ dicta sunt, copulari necesse est. quare rationes etiam ex ijs, quæ dicta sunt, copulentur, necesse est.

8 Quòd si à seipso susceptum fuerit, & quidem contrarium, quòd non est periurium, quia iniuriam facere sponte est, peierare autem est iniuriam facere, quæ verò vi, aut fraude, haudquaquam sponte. quo in loco concludendum etiam est, periurium concipi mente, non ore.

9 Sin autem ab aduersario fuerit iuratum, quòd

nem, cum impius iusiurandum defert, pius autem iurat: præterea indignum esse nolle se iurare in ea re, de qua petit, ut iurati iudices sententiam ferant.

6 Si verò defert alijs iusiurandum; dicet piũ esse deis ipsis rem totã committere, neq; opus esse aduersario, vt alios iudices roget, cum ipsi de tota re iudicandi potestas detur, & rẽ absurdã eũ facere, q iurare nolit ea re, de qua postulat, vt iurati iudicẽt.

7 Quia verò planum iam factum est, quid singillatim dicendum sit; patet etiam, si copulare duos modos opus fuerit, quid sit adferendum; vt, si ipse quidem capere uelit, non autẽ dare: aut, si dare quidẽ non abnuat; sed minimè velit oblatũ accipere: aut, si simul & dare, & accipe sit paratus aut neutrũ facere uelit; nã ex eis, quę dicta sunt, hæc copulantur; itaque rationes etiam ex eis-

dem

quòd omnia tollit, qui non stat ijs, quæ iurauit. ob id enim & leges obseruant iurati. Et vos quidem stare postulamus ijs, quæ iurati iudicetis, ipsi vero non stabimus, & quæcunque aliquis augendo dixerit. Ac fides quidem artis expertes, tam multis expositæ sint.

dem copulari necesse est.

Quòd si iam ab ipso 8 conceptum iusiurandū fuerit, quod huic præsenti contrarium sit; dicet non esse periurium nam qui facit iniuriam ille sponte facit; sed peierare est iniuriam facere. quæ vero fiunt, vel vi, vel dolo, nequaquā sponte fiunt. huc igitur referre periurium oportet, ac dicere, id in mente, non autem in lingua esse.

Quòd si aduersarius alias iurauerit; dicēdum est, eum omnia subuertere, qui non stat eis, quę iuratus affirmauit; hac enim de causa secūdum leges non nisi iurati iudices sententiam ferunt. Nos igitur, inquiet ille, postulamus, vt vos iudices eis maneatis, quæ iurati iudicauistis, & ipsi non manebimus. Cætera etiam huius generis quærenda sunt, quæ ad amplificādum pertineāt. Ac de probationibus quidem artis expertibus, hæc dicta sufficiant.

EXPLANATIONES.

Iuris verò iurandi ratio quadripartita est.] *Quintæ inartificiosæ probationis loca sunt iusiurandum, quod multipliciter consideratur: aut enim dat, & ipse etiam capit iusiurandum: aut dat, & non capit, aut non dat, & capit: aut non dat, nec capit. Ex his quidem modis, siue locis plures docet Arist. desumi prspositiones.*

ARISTOTELIS PERIPATETICORVM PRINCIPIS

Artis Rhetoricæ

LIBER SECVNDVS

Carolo Sigonio, & M. Anton. Maioragio interpretibus.

In secundum Rhetorices librum Præfatio methodica.

DE inuentione earum rerum, quæ docent, *Arist.* in superiori lib. disseruit: in hoc vero de his scribit, quæ animos mouent, atque afficiunt: deinde de instrumentis, siue formis orationum, cum quibus vtranque inuentionem scilicet probationum, & affectionum explicare possimus. Quo ad affectio-

rum inuentionem omnes affectus in appetitu collocantur: appetitus uerò duas continet potentias irascendi, & cupiendi. potentia cupiendi quod bonum est respicit: irascendi quod est arduum, ac difficile. si igitur cupiditas bonum sequitur; malum fugit: si bonum sequitur; uel inclinatur ad bonum, & dicitur amor: uel fertur in bonum, & uocatur desiderium: uel quiescit in bono, & appellatur delectatio, siue lætitia. contrà si malum fugit; uel conuertitur à malo, & dicitur odium: uel detestatur, ac refugit, & appellatur fuga: uel dolet quòd iam in malo sit, & uocatur tristitia. unde tres contrariorum combinationes oriuntur, amor, odium: desiderium, fuga: lætitia, tristitia. Irascendi potentia bonum, uel malum respicit. si malum respicit; præsens, uel futurum. si præsens, & in illud insurgere tentet, fertur ad uindictam, & ira dicitur: si quiescit; mansuetudo. si futurum malum respicit, & aggrediatur; audacia uocatur: si refugit; timor. si consideret bonum, & id futurum; uel ad ipsum tendit, & spes nominatur: uel ab eo deficit, & desperatio appellatur. Quæ sex etiam sunt in irascendo perturbationes, quæ hoc modo combinantur, ira, mansuetudo: audacia, timor: spes, desperatio. Quantum autem ad instrumentæ attinet, ea sunt enthymema, exemplum, & amplificatio, de quibus propriis agetur locis.

Argumentum, & distributio cap. 1.

Rhetorica sibi sinè proponit iudicium; idcirco orator non solum fidem faciat, sed se ipsum afficiat, & iudicem præparet, ac moueat: unde uir bonus uideatur, & bene animatus præsertim in genere deliberatiuo, & auditor bene affectus in iudiciali: utilius enim erit: nam, si amorè excitet Orator; iudex reum uel

uel nihil iniquè fecisse, uel parum censebit: contrà, si odium. idè efficiet, si spem, & cupiditatem moueat. Orator autem uir fide dignus uideatur; rectè sentiat, probus sit, ac benevolus: hæc enim tria, prudentia, uirtus, & benevolentia id efficiunt, quemadmodùm imprudentia, improbitas, & inimicitia decipiunt: de prudentia, & uirtute satis in lib. 1. ubi de genere demonstratiuo agitur, explicatum est: nunc uerò de benevolentia, quæ & ad animos permouendos facit. Caput has habet partes quæ uicem gerunt proemij. prima epilogus rerum in primo libro scriptarum. atque ea [Hactenus ea sunt] secunda ut uir bonus Orator uideatur. quæ est [sed quoniam] tertia ut auditor bene sit affectus. & sic probat [auditorem uerò bene affectum] quarta ut Orator fidem dignus habeatur, quæ sint necessaria. unde ait [Quòd autem Oratores] quinta quæ loca exhibeant propriè tria dicta, sic docet [sed quomodo prudentes.]

De moribus, & affectibus.

SIGON.

1 AC quibus quidè ex rebus oporteat ad hortari, ac dehortari, & uituperare, ac laudare, & accusare, ac defendere, & cuiusmodi opiniones, & propositiones ad has res psuadendas utiles sint, hę sūt: de his. n.

MAIORAG.

HActenus ea sunt à nobis demonstrata, quæ ad suadendum, & dissuadendum, uituperandum, & laudandum, accusandum, & defendendum necessaria sunt: nec nō quæ opiniones, quæque propositiones eis rebus accommodatæ sunt; ex eis enim suppeditantur, & ex eis sunt

1

vnoquoque genere orationum dicamus.

2 Quoniam autem Rhetorica iudicationis est gratia (si quidem & cõsilia iudicant, & iudicia iudicatio sunt) sane necesse est, non solum in oratione, quemadmodum demonstrabit, & fidē faciet, intueri; sed etiam se ipsum cuiusdammodi, & iudicatorem comparare: multum enim ad persuadendum interest in primis quidem in consilijs, deinde vero etiam in iudicijs tum cuiusdam modi videri eum, q dicit, tum eundem erga se ipsos aliquo modo se habere, putare, ad hæc vero, si & ipsi aliquo modo affecti sint.

3 Ac cuiusdammodi q dem videri eum, qui dicit, ad consilia accommodatius est, affectum vero aliquo modo eum esse, qui audit ad iudicia: neque enim eadem videntur ijs, qui amant, ac ijs, qui odio habent, neque iratis, atque placatis,

argumenta, quibus in vnoquoque dicendi genere vtamur.

Sed, quoniam Rhetorica finem sibi proponit ipsum iudicium; (nam etiam in deliberationibus iudicant, & in iudiciale genus nihil aliud est, quàm iudiciū) necessarium est non tantum ad ipsam orationē aduertere, vt probandi vim habeat, & fidem facere possit; sed etiam se ipsum afficere, & inducere, qualē esse oportet, præparare: permagni enim interest ad fidem in deliberationibus, deinde etiam in iudicijs, vt orator vir bonus esse videatur, atque erga eos, qui disceptant, benè animatus: præterea refert etiam, quomodo illi ipsi sint affecti.

Et oratorem quidem bonum videri, vtilius est in deliberationibus auditorem vero benè affectum esse multum in iudicijs prodest: nec enim eadem sentiunt,

catis, verùm aut omnino diuersa, aut magnitudine diuersa; etenim qui amat, eum, quo de iudicium facit, aut nihil, aut parum deliquisse existimat, qui vero odit, contra. & cupienti quidem, ac bene sperāti, si quod futurum est, vel quarum peccasse cē sit iucundum, etiam fore, ac bonum fore, videtur, at vero affectus expertis, ac dubitanti, contra.

4 Ac quam quidem ob rem fides oratoribus ipsis adhibeatur, tres causæ existunt. (tot enim sunt ea, propter quæ fidem habemus, præter demonstrationes,) hæc autem prudentia, & virtus, & beneuolentia sunt; si quidem fallant in ijs, de quibus dicūt, vel consilium dant, aut his rebus omnibus, aut aliqua harum; quia aut propter imprudentiam non recte id opinantur, aut recte opinātes, propter improbitatem ea non dicunt, aut consultant, sed non vel propter hæc tria omnia, vel propter horum

tiunt, qui amant, & qui oderunt, qui sunt irato animo, & qui placato; sed vel omnino diuersi sentiunt, vel saltem magnitudine diuersa: qui enim amat eū, de quo iudicium facturus est, vel nihil inique fecisse, vel quarum peccasse cē sentiqui autē odit, cōtrariū sentit. Quod, si quis cocupiscit, & bene spefat cum iucundū est id quod fore putarut; sibi id euenturum, & bono futurum arbitratur, at, si nulla cupiditate trahitur, & egre fieri posse putat; contrarium existimat.

4 Quod autem oratores ipsi fide digni videātur, tria sunt in causa, tot enim etiam ea sunt, quibus ad credendum inducimur, præter argumenta. illa verò sunt prudentia, virtus, & beneuolentia. Decipiuntur enim homines in ijs, de quibus verba faciunt, aut consultant, vel propter hæc tria omnia, vel propter horum

sunt illi quidem, verùm aliquid; nam vel propterum beneuoli: quare pter imprudentiam nõ fieri potest, ut qui intelligunt, non optima tamen sua deant, & præterea nihil. Ergo necesse est, eum, qui hæc habere omnia existimetur, apud eos, qui audiunt, auctoritatem habere.

Ac vnde quidem prudentia, ac uirtute prædicti uideantur, ex ijs est, quę de uirtutibus explicata sunt, depromendum; quia ex ijsdem & alterum, & se ipsum talem aliquis comparaue rit. de beneuolentia verò, & amicitia in præceptis de affectibus nunc dicemus.

recte sentiunt, vel si recte sentiant, propter improbitatem sententiam suam non aperiunt, vel denique prudentes qui dem, ac boni viri sunt, sed non tamen amici. quo fit, vt aliqui scientes, intelligentesque non optima consulant. præter hæc autem nihil est. Necesse est igitur, vt is, qui hæc tria habere visus fuerit, apud auditores fidem inueniat.

Sed quomodo prudentes, & boni viri videantur, ex eis, quæ sunt à nobis alibi de virtutibus explicata; sumendum est: ex eisdem enim locis poterit orator & alium ornare, & se ipsum talem ostendere. de beneuolentia vero, atque amicitia nunc, cum de permotionibus animi verba facere aggrediamur; pariter dicamus.

EXPLANATIONES.

1 Quæ opiniones, quæque propositiones] *opinio videtur ratio quæ ad genus deliberatiuum spectat, propositio ad iudiciale.*

2 Sed etiam se ipsum afficere, & iudicem] *nam quan-*

& quandam animi conciliatio, ac commotio non sunt facultatis Oratoriæ partes, vt in proœm. lib. 1. dixit Aristot. sunt tamen Oratori maximè vtiles: affecti enim auditores credunt non credenda, & non credunt credenda, atque ea magis, vel minus.

3

Argumentum, & distributio in cap. 2.

Cum igitur Orator animum auditoris mouere debeat; Arist. primò naturam permotionum explanat, deinde quæ competunt eis, postremò singulas persequitur. Naturam verò permotionum animi eam esse affirmat, vt homines immutati sententiam mutent: vel quia voluptatem, vel quia dolorem afferant. quare ad mouendum tria sunt necessaria, quæ prompta, atque parata sint ad perturbationem, persona auditoris, persona, pro qua, vel contra quam mouetur, & causa. ex. g. persona prompta, siue facilis ad iram: prompta, vt pro aliquo, vel contra aliquem irascatur: atque res, siue causa, quæ facilè, siue promptè iram moueat: nam si harum vna desideratur, non mouebimur. De permotionum natura hæc inquit [sunt autem illæ permotiones] quot illis competunt, sic exponit [sed quæ in singulis fiunt] proponit singula distinguere his verbis [quemadmodum igitur.]

De affectibus.

SIGON.	MAIORAG.
1 AFfectus autẽ sunt, propter quos immutati in iudicia ionibus dissident, quos qui dem molestia, voluptasque	SVnt autem illæ permotiones, quæ efficiunt, vt homines immutati, nõ eodem modo de ijsdem rebus sen- 1

rasque consequitur, vt ira, misericordia, metus, & omnes eiusmodi, atque his contrarij. Ceterum, quæ ad eorum vnumquenq; pertinent, tritariam diuidere conuenit. dico autem exempli gratia, de ira, & quemadmodum affecti iracundi sint, & quibus irasci soliti sint, & quas ob res. quia si vnum, aut duo horum teneamus, non autem omnia, haudquaquam fieri possit, vt iracundiam excitemus. similiterque in ceteris. quemadmodum igitur in ijs, quæ ante dicta sunt, propositiones descripsimus, sic in his faciamus, & eo modo, quo diximus, diuidamus.

tiant, quas ægritudo, voluptasque consequitur. cuius generis sunt ira, misericordia, metus, cæteraque huiusmodi: &, quæ sunt ijs contraria.

2 Sed, quæ in singulis fiunt, treis in parteis distribuere oportet, vt de ira, exempli gratia, quo modo affecti facile irascantur, & quibus irasci soleant, & quas ob res; nam, si vnum, aut alterum tantum horum habeamus, & non omnia teneamus; nullo modo fieri poterit, vt animos audientium ad iram commoueamus: idem etiam de reliquis permotionibus sentiendum. Quemadmodum igitur in rebus traditis propositiones descripsimus; ita etiam in his faciamus, & eodem modo singula distinguamus.

Argumentum, & distributio cap. 3.

Singulas animi perturbationes nunc Arist. persequitur, ac primò quid sit ira, definit sic [*sit igitur ira*] *atque hinc colligit iram oriri ex contemptione alicuius singularis, dum scribit* [*quòd si ira est*] *atque eam con-*

iunctam esse dolori, sed & voluptati, dicens [*quæ etiam omni ira*] *tripliciq; ratione ostendit. prima est* [*iucundum est enim*] *secunda* [*nemo autem*] *tertia* [*tum etiam quia tota mente.*] *Præterea tria antea dicta nunc in ira considerat, causam iræ, personã quæ irascitur, & contra quam irascitur. primò ait apparentem negligẽtiam esse iræ causam, quæ quid sit, & quæ eius partes, ibi exponit.* [*Et quoniam negligentia est opinio*] *negligentiæ verò partes tres existunt, contemptio, violentia, & contumelia. quòd contemptio sit, sic probat* [*nam & qui contemnit*] *quòd violentia, ibi.* [*Et qui violentus est*] *quòd contumelia, ibi.* [*Et qui contumeliam inferi*] *Ex his colligimus tria ad commouendum loca communia, quæ comprobat rationibus. Totam rem postea uberius explicat, ac primò qui sunt homines ad iram proclives, & eos dicit qui cum aliquo dolore, aut ægritudine conficiuntur. itaque inquit* [*irascuntur enim cum animo dolent*] *Et sex enumerat causas, quæ iracundum maximè reddunt hominem, quæ & loca ad mouendum sunt. vnde quatuor scribit.* [*Itaque siue quis eidrectè restiterit*] *quintã ibi* [*Præcipuè verò illis irascuntur*] *sextam sic* [*Ad hæc irascitur.*]

Ira quid sit, & quot loca.

SIGON. MAIORAG.

3 SIt ergo ira appetitio cum dolore eius in speciem vleiscendi, qui paruifacere videatur se ipsum, aut suorum aliquem non conuenienter.

SIt igitur ira, libido cum dolore speratæ punitionis propter apparentem negligentiã, vel in se, vel in suorum quempiam, contra id, quod oportebat.

Si ergo ira hoc est, necesse est, eum, qui ira scitur, irasci semper alicui singulariū, vt Cleoni non autem homini, & quia sibi, aut suis aliquid fecit, aut facturus fuit.

Itemque omnem ità voluptatem quandam consequi, quæ à spe oriturvlciscendi. est enim iucundum opinari, se cōsequuturum ea, quæ expetit. nemo vero expetit ea, quæ à se fieri non posse videntur. qui vero irascitur, quæ ipse efficere potest, expetit. quare egregie de ira dictum est.

Melle liquente magis dulcis, quæ in pectore crescit.

Sequitur enim voluptas quædam, tum propter hoc, tum propterea, quia in vlciscendo cogitatione versantur. quæ ergo tunc excitatur phantasia voluptatem efficit, vt quæ in somnijs.

Quoniam autem parvisactio est operatio opinio-

Quod, si ira est huiusce modi; necesse est eum, qui irascitur, singulis semper hominibus irasci, vt Cleoni, non autem homini: & quia aut ipsum, aut quempiam suorum, vel contempsit, vel id facere cogitauit. 4

Quin etiam omni ire voluptatem quandam comitari necesse est, quæ à puniendi spe proficiscitur: iucundum est enim arbitrari te consecuturum ea, quæ quis vehementer optat. nemo autem illa concupiscit, quæ nullo modo se consequi posse arbitratur: sed qui alicui iratus est, ea cupit, quæ à se fieri possunt. itaque de ira benè illud dictum est. 5

Dulcior effuso, quæ melle in pectore gliscit.

Nam, cum propter hoc voluptas quædam consequitur, tum etiā, quia tota mente, quomodo possint inimicū vlcisci, cogitant: illa igitur vehemens cogitatio 6

pinionis circa id, quod nihili æstimandum videtur, (etenim bona, & mala, quæque ad hæc pertinent, magni æstimāda esse arbitramur, quæ verò nihil, aut admodū parua sunt, pro nihilo habenda esse putamus) idcirco tres paruisactionis formæ sunt, contemptio, incommodatio, & contumelia.

Nam & qui contemnit, parui facit: quia q̄ nihili æstimanda putāt, ea contemnunt: quæ verò nihili æstimanda sunt, parui faciunt. 2

Et qui incommodat, videtur contemnere, quia incōmodatio est impedimentum voluntatibus oblatum, non vt aliquid sibi, sed vt ne illi: quoniam igitur non vt aliquid sibi parui facit, quod ex eo perspicitur, quia neque ob futurum arbitratur; si quidem timeret, & non paruisaceret, neq; pro futurum aliquid, quod sit æstimandum: quia tio voluptatē parit non aliter, atque in somnis accidit.

Et, quoniam negligentia est opinionis actio in ea re, quæ nullius esse momenti videatur; mala enim, & bona studio digna esse putamus, & ea prætera, quæ ad hæc referuntur. quæ verò, vel nihil sunt, vel valdè exigua, nullo in precio habemus: tria sunt negligentiæ genera; contemptio, violentia, contumelia. 7

Nam & qui contemnit, is negligit: quæ em nullius momenti esse censent, ea contemnūt, atque eadem, quæ nullius sunt momenti negligunt. 8

Et qui violentus est negligere videtur. est autem violentia, studiū impediendi voluntates alienas: non, vt ipse aliquid acquirat: sed ne alij, quod volunt, assequantur. quatenus igitur nihil sibi acquirit, negligit: perspicuum 9

curam

curam adhibuisset, vt amicus esset.

10 Et qui contumelia afficit, paruifacit, quia contumelia est nocere, & molestiam afferre in ijs rebus, in quibus dedecus suscipit ille, qd sibi suppetat aliud, quam quod suppetit, sed vt voluptate afficiatur; quia qui rependũt, non contumeliam inferunt, sed vlciscuntur. causa verò voluptatis eorum, qui contumeliam inferũt, ex eo est, dò se male afficiendo magis excellere arbitrantur. itaque iuuenes, & diuites cõtumelioſi: quia contumelia inferenda se arbitrantur excellere.

11 Cõtumelię verò non æstimatio, quia qui non æstimat, paruifacit, qđ enim nullius pretij est, nullam æstimationem neque mali, neque boni in se continet itaq; iratus inquit Achilles: *Non æstimauit: quoniam ereptum donum ipse retinet.* Item: *Tanquam quędam nõ æstimandum perfugum:* vt qui propterea iratscatur.

12 Putant autem conuenire, se magnifieri ab ijs, qui inferiores sunt genere, facultate, virtute, & omnino eo, in quo ipso lõge excellit, vt in pecunijs diues pauperem, & in dicendo disertus indisertum, & qui imperat eo, cui imperatur & qui imperio dignus existimatur eo, qui dignus est, cui imperetur itaque dictum est: *Ira magna est dinorum regũ. Et, At etiam possea iram seruat, donec efficiat.*

Et qui contumeliam infert, negligit. est autem contumelia; cum quis ladit, ac dolore afficit aliquem in ea re, vnde illi, qui patitur, ignominia nascit: non, vt qui contumeliam infert, aliquid plus habeat, quam antè habebat; sed tantum, vt voluptatem capiat: nam qui talionem reddunt, non contumeliam inferunt; sed vlciscuntur. Causa voluptatis eorũ, qui contumelioſi sunt, ea est; quòd existimant ijs, quibus malè fecerint, ea ratione se magis præstare: quò fit, vt iuuenes, & diuites contumelioſi sint; quoniã in contumelia inferenda se antecellere cæteris existimant.

Ex contumelia verò 13
nascitur ignominia, &
qui ignominia quem-
piam afficit, illum ne-
12 gligit. quod autem nul
lius precij est, id nullã
habet æstimationem
neque boni, neque ma
li. quamobrem iratus
Achilles ita inquit.

Affecit me ignominia; quoniã abstulit ipsum, Quod Danai dederãt munus mihi.

& alibi.

Me, tanquam infamẽ, temptsit, profugumq; re bellum:

cum propter hanc indignaretur.

Dignum autem cen- 12
sent, se ab illis obseruari, qui genere, opibus, virtute sunt inferiores: & denique in re, vt sibi benigne fiat. quacunque re quispiam hi uero sunt, quibus ip plurimum excellit, in ea vult obseruari, vt dicit, aut suorum aliquis, aut sapere, disertus in dicendo sa cultate ab indiser-

13 Item ab ijs, à quibus aliquis putat conueniri se, vt sibi benigne fiat. quacunque re quispiam hi uero sunt, quibus ip plurimum excellit, in ea vult obseruari, vt dicit, aut suorum aliquis, aut sapere, disertus in dicendo sa cultate ab indiser-

14 Quibus ex rebus iam liquet, & quonam modo se habentes ipsi irascantur, & quibus, & to, & infante: & qui imperat, ab eo, qui subiectus est imperio, & qui imperare dignus est, ab

quas ob res. Ipsi enim quoties doleant; quia qui dolet appetit aliquid.

15 Ergo & si directo obstiterit aliquis, vt sitienti in bibendo, & si non, similiter idem facere videtur. Et si refragetur quispiam, & si non suffragetur, & si quid aliud hoc modo se habentem interturbarit, irascitur omnibus. quare dum ægrotant, dum paupertate premuntur, dum amant, dum sitiunt, omnino dum cupiunt, & non rectè rem suam agunt, iracundi sunt, & facilè concitantur.

16 Maximè quidem aduersus eos, qui præsentem statum parui faciunt, vt ægrotus in ijs, quæ ad morbum attinent, pauper in ijs, quæ ad paupertatem, bellator in ijs, quæ ad bellum, amator in ijs, quæ ad amorem. similiter verò, & in cæteris: præparatur enim eo, qui parere debet. vn de dictum est,

Ab Ioue natorum, certè ira est maxima regum.

& alibi.

Quinetiã deinceps irã sub pectore seruat.

indignantur enim propter excellentiã suam.

Ab illis etiam obseruari vult, à quibus aliquis existimat, se bene 13
quis affici oportere. ij verò sunt, de quibus aliàs benemeritus est, vel quibus in præsentia benefacit, aut ipse, aut propinquus eius aliqs, aut alius quispiam ipsius gratia: vel etiam si velit, aut aliàs voluerit consequi.

Ex his iam perspicuũ 14
esse potest, quomodo affecti homines irascãtur, & quibus, & quas ob res. irascũtur enim cum animo dolẽt: nam qui dolet animo sempersalicuius rei desiderio tenetur.

Itaque, siue quis ei 15
directo restiterit, vt sitienti, ne libat, siue non

enim quisque ad suam cuiusque iram ab effectu eo, qui insitus est.

7 Item si contraria expectauerit, cruciat eũ vehementius quod valde præter opinionem accidit. quemadmodũ etiam delectat, quod valde præter opinionẽ accidit, si quod vult accidit.

8 Itaque perspicuum ex his est, quales horæ, & tempora, & affectiones, & ætates ad irã facile concitentur, & qñ, & vbi, & vt, quando magis in his versantur, facilius etiam concitantur. Ac ipsi quidem hoc modo se habentes facile incendi ira possunt.

non directò; tamen idẽ facere videtur: &, si quis aliquid cõtra moliatur, & si, cum possit, non adiuuet, siue quocunque alio modo sic animo affectum pertur barit: omnibus enim irascitur. Quare, qui morbo laborant, qui paupertate premũtur, qui amant, qui sitiunt, & denique qui aliquid desiderant, & id assequi non possunt, iracundi sunt, & nullo negocio concitantur.

Præcipuè verò illis ira 16
scuntur, qui eos in præsenti statu negligunt, vt ægrotans ei, qui morbum suũ negligit: pauper ei, qui paupertatẽ: miles ei, qui bellum: amans ei, qui amorẽ: atque eodem modo reliquis: ducitur enim vnusquisque ab animi perturbatione, in qua prius erat, ad iram, quæ in singulis rebus excitatur.

Ad hæc irascitur, si contrà accidit, quam expe 17
ctabat: maiorem enim dolorem adfert magnũ, & insperatum incommodum, quemadmodum etiam magnum, & insperatum bonum magis delectat, cum ex animi sententia succedit.

Quare si tales oratio iudices præparauerit, eos vero, qui poscũt, vt sui misereantur, & ob quæ misereantur, indignos esse ostenderit, qui impetrent, dignos autem, qui non impetrent, fieri non potest, vt eis mitio moueatur; hæc enim sericordia tribuatur.

libus, atque illustri genere natis, congruentes sunt; fit, vt etiam cum probus vir, quod ei non conuenit, assequatur, aduersus eum indignatio concitetur.

Res etiam illa mouet indignationem, quando inferior cum superiore contendit, & præcipue si eodem studio, atque artificio dispares fuerint. vnde illud ab Homero dictum est.

Ille redit retro, non austus tendere contra
Aiacem, Telamone satum: nam Iuppiter ipse
Indignabatur forti committere inertem.

Quod si non in eodẽ studio fuerit inferior; tamen quocunque modo minor cum superiore cõtendit, indignationem mouet; vt, si musicus cum iusto viro dignitate cõtendat: nã iustitia multò præstantior est arte musica. Iã igitur planum est, contra quos homines, & quibus de causis indignatio sũt, q̃ diximus: & siqua sũt eius generis cętera.

1 EORVM autem animi facilè mouentur ad indignationem, qui maximis bonis digni sunt, & ea possident; cùm indignos eadem possidere videant; neque enim iustum est, dissimileis homines paribus bonis accumulari.

2 Secundo loco mouentur ad indignationem, qui probi, studiosique viri sunt; nam huiusmodi homines verè iudicant, & quæ iniusta sunt, oderunt.

3 Tertium genus est eorum, qui honores appetunt, & aliquas sibi res gerendas mãdari cupiũt, & præcipue si illos honores desiderant, quos alij iam eis indigni, consecuti sunt.

4 Deniq; illi facilè indignant, q̃ p̃clara de se ipsis iudicia faciũt, atq; eis reb. se dignos putant, quib. alios nõ putãt. atq; hac de causa qui seruili ingenio sunt, & abiecti hoñes, & honoris cõtẽptores, non mouent ad indignationem: nihil.n. est huiusmodi, quo se dignos existiment.

Ex ijs, quæ dicta sunt, etiam manifestum est, quando vel gaudere, vel saltem non dolere debemus; cũ aliqui homines aduersa fortuna premuntur, & rem suam infeliciter agunt, aut quæ cupiunt, non consequuntur: nam ex contrarijs contraria perspicua sunt.

Quapropter his rationibus orator sanè iudices ita præparare sua oratione poterit; vt eos, q̃ sui misereri dicũt oportere, doceat indignos esse, qui misericordiam consequantur; vbi autem fieri posse certum est, vt eorum quis misereatur qui misericordia sunt indigni.

EXPLANATIONES.

Misericordiæ verò maximè opponitur] *Indignatio, siue nemesis, quæ misericordiæ opposita est, tot præbet loca generica, & particularia, quot misericordia.*

Argumentum cap. 13.

Sicut in reliquis commotionibus tria proponit Arist. sic in inuidia propter quæ bona inuidia concitetur, quibus hominibus inuideri soleat, & quomodo affecti homines inuideant. Sed Inuidia dolor quidam animi conceptus est alterius felicitate, propter ea bona, quæ non à uirtute, sed à fortuna proueniunt, vt opes, honores q̃, in pares, & similes non vt aliquod commodum inuidus ferat; sed quia nollet parem id possidere. pares uocat natione, aut cognatione, aut ætate, aut animi habitu, aut dignitate, aut fortunis. Qui verò inuidet, aut est par, aut omnibus fere bonis abundat, aut nehementer honoratur, aut est ambitiosus, aut sapiens uideri uult, aut cupit in aliqua re excellere, aut pusillo est animo. Loca sunt septẽ. Tot autem sunt ea, quæ a bonis inuisis sumuntur, quot prosperà tribuit fortuna: ex quib. laus, honor, & gloria quæritur. At verò is, cui inuideant, est propinquus tempore, aut loco, aut ætate, aut gloria: deinde cum quo de honore certãt, atq; is est æmulus. tertiò si facilè, et celeriter bonum obtinuerit, quod qui inuidet, non sit assecutus, vel non facilè, vel non celeriter. quartò qui obtinet id bonum, quod infamiam adferat & dedecus ei, qui magis obtinere debebat. quintò qui possidet illa, quæ inuidenti conueniebant. sextò qui paruo sumptu comparat id, quod inuidens magno. Hæc loca a persona, quæ inuidetur, enumerat Arist. si igitur inuidi bonis alienis dolent; malis gaudebunt. quare, si Orator effecerit, ut Iudices inuideant bonis aduersariorum, & lætentur malis; nunquam ad misericordiam commouebuntur.

De Inuidia.

SIGON. MAIORAG.

PErspicuum est etiã, quas ob res inuideant, & quibus hominibus, & quemadmodũ se habentes. si quidem inuidia est molestia quę bonorum, quæ sunt cõmemorata, prosperitatem, aduersus similes, non vt sibi adsit aliquid sed propter illos.

1 Etenim quibus similes aliqui sunt, aut esse videntur, tales inuidebunt: similes autem dico genere, cognatione, ætate, habitu, & existimatione, & copiis.

2 Et quibus parum abest, quin omnia suppetãt. itaque qui magnas res agunt, & secunda fortuna vtuntur, inuidi sunt, quia suas res ferri ab omnibus arbitrant.

NEque illud obscurũ est propter quæ bona, & quibus hominibus, & quomodo affecti soleant inuidere; siquidem inuidia est ægritudo quædam conbonorum, quæ sunt cõcepta ex felicitate eorũ honorũ, quę dicta sunt; cum paribus, ac similibus' eueniũt, non vt qui inuidet, aliquod indecommodum ferat; sed quia nollet eos, quibus inuidet, ea bona possidere.

1 Illi autẽ inuidia mouentur, quibus aliqui pares sunt, aut videntur. pareis autem voco, aut genere, aut cognatione, aut ætate, aut habitu animi, aut dignitate, aut fortunis.

2 Et qui omnia fere bona consecuti sunt.

3 Et quibus eximius ob rem aliquam honor habet, & præcipue ob sapientiam, aut beatitudinem.

4 Et qui honoris studio ducuntur, inuidi magis sunt, quàm qui non ducuntur.

5 Et qui sapientiæ opinionem consectantur, quia honoris studio ducuntur ob sapientiam.

6 Et omnino qui gloriam in aliqua re appetunt, in ea inuidi sunt.

7 Et pusillanimi; quia omnia illis magna esse videntur.

¶ Bona verò propter, quæ inuidet, dicta sunt. Nam quibus in operibus glorioſius, & ambitioſius se gerunt, & gloriâ appetunt, & quæcunque à secunda fortuna proficiſcuntur, ferme in omnibus versatur inuidia, & præcipue quæ aut ipſi apperunt, aut putant conuenire se habere, aut quarum ipſi poſſeſſione paullo excellunt, aut paullo superâ tur.

Neque verò dubium est etiam, quibus inuideant, quia ſimul expoſitum eſt.

1 Inuident enim ijs, q & tempore, & loco, & ætate, & exiſtimatione proximi ſunt. vnde dictum eſt.

Cognatum enim etiam inuidere ſcit.

2 Et ijs, quibus cũ ambitione: concertant em cum ijs, quos diximus, cum ijs autem, qui ad decem millia annorum ſunt, aut erũt, aut cum mortuis nemo, neque cum ijs qui ſunt ad columnas Herculeas, neque cum ijs, à quibus ſelonge vinci ſuo, aut aliorum iudicio arbitrãtur, neque quos ſelonge vincere eodem modo, & cum his, & de rebus eiuſmodi. Quoniã autem cum competitoribus, & riualibus, & omnino eadem expetentibus ambitioſe concertant, fit, vt his potiſſimum inuidere neceſſe ſit, unde dictum eſt.

Et Figulus figulo.

quò fit, vt qui res præclaras gerũt, & qui fortunati ſunt, ad inuidiã ſint procliues; quoniã quicquid alijs boni cõtingit, id ſibi eripi exiſtimant.

Et qui eximios honores in aliqua re ſunt adepti, & præcipuè qui ſapientiæ, vitæque beatæ compotes eſſe videntur. 3

Et qui gloriæ ſunt appetentes, magis inuidi ſunt, quàm quos gloria non commouet. 4

Et qui ſapientes videri volunt, cum eius glorię ſint appetentes, quę ſapientiæ debetur. 5

Denique qui in aliquo ſtudio laudem aſſequi cupiũt, omnibus inuident, qui in eodem curſu verſantur. 6

Et qui anguſto, puſilloque ſunt animo: nam eis omnia videntur eſſe magna. 7

AT VERO propter quæ bona ſoleant inuidere, iam dictum eſt; omnes enim res, atque opera, ex quibus laudẽ, honorem, & gloriam quærunt, & omnia fortunæ commoda gignere inuidiam ſolent, & ea maximè, quę aut ipſi appetunt, aut ſe habere oportere cenſent. Ob eas etiam res inuidia mouetur, quibus ſe, aut paulo ſuperiores, aut paulo inferiores eſſe vident.

NEC dubium eſſe põt, quibus inuideant; nam hoc vnà cum alijs dictum eſt.

Illis enim inuident, qui propinqui ſunt, aut tempore, aut loco, aut ætate, aut gloria. quam obrem illud vulgo cele bratur.

Vicinus inuidere vicino ſolet.

Inuident etiam illis, quibuſcum de honore certant. certant autem cum ijs, quos modo diximus: cum ijs verò qui multis antea ſeculis vixerunt, aut poſtea ſunt orituri, vel q iam mortui ſunt, nemo de honore contendit: neque cum ijs, qui apud Her-

10 Et ijs, qui celeriter adepti sunt, ij, qui ægrè, aut nequaquam adepti sunt, inuident.

11 Et ijs, quibus aut possidentibus, aut benè rem gerentibus ipsi decus suscipient. cuiusmodi & vicini sunt, & pares; perspicuum enim ipsorum culpa fieri, ne bonum adipiscantur. quare hoc cum dolorem afferat, inuidiam efficit.

12 Et ijs, qui aut ea habent, aut possiderunt, quæ ipsis conueniebāt, aut olim possederant. itaque seniores iunioribus, & qui magnos in eandem rem sumptus fecerūt ijs, qui exiguos, inuident.

Perspicuum verò est, quas ob res, & in quibus, & quemadmodum se habentes lætitia afficiantur, qui tales sunt: vt enim non habentes dolent, sic habentes ob contraria gaudebunt. Quare si ipsi probentur ita se habere: at verò q misericordiam impetra-

re,

culis columnas habitant, neque cum ijs, a quibus putant se longo interuallo, aut suo, aut aliorum iudicio superari: neque contra cum ijs, quibus se multum præstare existimant. & quod de personis, idē etiam de rebus sentiendum. Quoniam autem æmulos studiorum suorum, & riualeis, & denique omneis, qui eadem desiderant, superare contendunt; necesse est etiam, vt eisdem maximè inuideant. vnde dictum est.

Et figulus figulo:

Et, qui sero, vel nunquam id, quod cupiebant, assecuti sunt, ijs inuident, qui celeriter idem, ac facilè acquisierunt. 10

Atque illis etiam inuident, qui id quærunt, quod si assequi potuerint, & ad exitum perducere, probro ipsis futurum sit: namq; etiam huiusmodi homines, pinqui, ac similes sunt: perspicuum est enim, ipso- 11

re, aut bonum aliquod ipsorum culpa fieri, vt obtinere digni censentur, eiusmodi sint, quales, quos exposuimus, profecto nunquam misericordiam à principibus obtinebunt. id non assequātur. quare dolor, molestiaque, quam ex eo cupiunt, inuidiam gignit.

Eis præterea solent inuidere, qui possident illa, quæ ipsis conuenient: aut quæ quondam ipsi possidebant: quare senes iunioribus inuident. 12

13 Et, qui magnos sumptus in aliqua re comparanda fecerunt, ijs inuident, qui paruo sumptu rem eandem assecuti sunt.

Quin illud quoque planū est quas ob res huiusmodi homines gaudeant, & quibus in personis, & quomodo affecti: quo enim modo nō sūt affecti, contrarijs rebus lætabuntur. Quod si ita præparati iudices fuerint, & demonstratū erit, eos, qui vel misericordiam, vel aliquod bonum consequi digni habiti fuerāt, taleis esse qualeis diximus planum est, nos nunquam misericordiam consecuturos ab illis, in quorum potestate res tota posita est.

EXPLANATIONES.

Neque illud obscurum est] *sic inuidiæ loca sumuntur, quemadmodum nos docet data definitio, à tribus, ab inuidis scilicet, ab eo, qui inuidetur, & à re, quæ inuidiam gignere solet. loca explanata leguntur decem & tres. propter quæ verò bona soleant inuidere, sunt omnes res, atque opera, ex quibus laudem, honorem, & gloriam quærunt, & omnia fortunæ commoda inuidiam mouent: & ea potissimum, quæ*

aut ipsi inuidentes appetunt, aut se habere oportere censent.

Argumentum cap. 14.

Demum æmulationem aggrediamur. quæ est dolor animi, non quòd alter bene habeat: id enim inuidi est; sed quòd non eadem possideat, cum se dignum existimet: quia par est, & similis, quare æmulatio est bona, & boni viri; quia concitat hominem, vt talis fiat, vt illa bona consequi possit. Inhac verò animi commotione inspicere oportet, quomodo sint affecti, qui æmulantur, quæ bona æmulationem moueant, & quos æmulari solemus. Itaque æmulantur qui se digni bonis, quæ non habent, existimant: deinde qui tales ab aliis existimantur: tertiò qui habet maiores, vel cognatos, vel familiares, vel ciues honestos. Bona verò sint honorifica, & quibus honos debetur, vt virtutes, & ea, quæ aliis sunt utilia, ac benefica: & quibus propinqui, & vicini frui possunt, vt diuitiæ, & pulchritudo. Eos autem æmulari solemus, qui prædictis bonis ornati sunt, vt fortitudine, sapientia, magistratu: quia de multis benemereri possunt: item eos, quibus plurimi similes esse studeãt, vel familiares, vel amici: & quos multi admirantur, vel ipsi, & quos poetæ, vel Oratores laudant. Contrarios autem cernimus: quia mali habentur.

De æmulatione.

SIGON. MAIORAG.

QVomodo verò se habentes æmulentur, & quales res, & in quibus, hinc manifestũ est. Si quidem æmulatio est molestia quædam suscepta ex eo, quòd in iis qui natura similes sunt, honorata inesse bona videantur, quæ & ipsi consequi possint, non quod alii, sed quia non & ipsi potiantur. itaque æmulatio & bona est, & bonorũ virorum, inuidia vero mala, & malorum; ille enim semet propter æmulationem accingit, vt bona adipiscatur, hic vero propter inuidiam, ne alter potiatur.

Ergo illi ad æmulandum sunt propensi, necesse est, qui se bonis eis dignos censent, quæ non habent, quia nemo se dignum censet iis, q̃ effici non posse. videntur itaq; iuuenes, & magnanimi, tales. Et quibus talia bona supperunt, quæ honoratis viris digna sunt, cuiusmodi diuitiæ, & multitudo amicorum, & magistratus, & quæ sunt eiusmodi generis: tanquã enim ipsis probis esse conueniat,

IAm verò quomodo affecti sint, qui æmulantur, & quæ bona, & in quibus hominib. posita, soleant æmulari de inceps perspicuum fiet.

Est enim æmulatio, quædam ægritudo, quæ nascitur ex eo, quod in similibus, ac paribus videantur esse bona quædam honorifica, quæ bona possint etiam in eum cadere, qui, ita afficitur; non, quod alij bona illa euenerint; sed qđ eis ipse careat. quo fit, vt æmulatio bona sit, & bonorum virorũ affectio, sed inuidia mala est, & malorum hominum; nam æmulatio concitat hominem, vt talis fiat, quo possit illa bona consequi, sed inuidia proximum conatur eisdem bonis spoliare.

Necesse est igitur eos ad æmulandum proclines esse, qui se eis bonis, quæ non habent, dignos existimãt: nullius enim se bonis dignum censet, quæ nullo modo fieri posse videntur.

Quapropter adolescentes, & magnanimi viri solent æmulatores esse:

niat, quia ipsa probis conueniunt, bona eiusmodi ęmulantur.

2 Et ii, quos alii dignos censent.

3 Et quorum maiores, aut cognati, aut propinqui, aut natio, aut ciuitas honore excellũt, eos in his rebus æmulantur quia ea sibi propria esse & dignos se arbitrantur.

4 Quod si bona, quæ honores excellunt, ęmulabilia sunt, tales & virtutes esse necesse est.

5 Et quæcunque aliis vtilitatem afferre, ac beneficium possunt, quia benesicos, & bonos honorant.

6 Et bona, quibus frui proximi possunt, vt diuitię, & pulchritudo magis, quàm valetudo.

7 Neque verò dubium est etiam, quinam æmulabiles sint; nam qui hęc & eiusmodi bona possident, illi æmulandi sunt hæc autem sunt, quæ diximus, vt fortitudo, sapientia, magistratus. qui enim magistratum gerunt, esse: & qui ea bona possident, quæ honoratis viris conueniunt. talia verò sunt diuitiæ, copia amicorũ, magistratus, & cætera eius generis: nam, quia huiusmodi bona conueniunt eis, q bene animo conformati sunt; tanquam ipsis quoque conueniat pro bis esse viris: idcirco talia bona æmulantur.

Atque illi etiam ęmulatores sunt, quos alij bonis dignos existimant.

Et quorum aut maiores aut cognati, aut domestici, aut gens, aut ciuitas in precio, ac honore fuit, earũdem rerum æmulatores sunt: nam ea iam propria esse bona putant, atque illis se dignos arbitrantur.

QVOD si bona, quibus honos debet, æmulanda sunt; necesse est virtutes eiusmodi esse.

Et quæcunque bona sunt alijs vtilia, & benefica; nam omnes beneficos, & probos viros honorant, atque in precio habent.

runt, multis bene facere possunt, imperatores oratores, omnes, qui talia valent.

8 Et quibus multi esse, similes volunt, aut multi familiares, aut multi amici.

9 Aut quos multi admirantur, aut quos ipsi admirantur.

10 Et quorum laudes, & encomia aut à poetis, aut ab orationum scriptoribus celebrantur. Contemnunt autẽ contrarios, quia æmulationi contemptio aduersatur, & ipsi æmulari id, quod est contemnere. qui verò ita se habent, vt aliquos ipsi, aut ipsos alij æmulentur, eos proclines esse necesse est ad contemnendum & hos, & ob hæc, quicunque ijs malis afficiuntur, quæ bonis æmulabilibus aduersantur ita que fortunatos sæpe contemnunt, quoties fortuna potiuntur sine bonis ijs, quibus honor bꝰ. Atque ex qb. quidẽ affectus, aut excitentur, aut

Nec non cuncta illa, quibus propinqui, ac vicini frui possunt, quales sunt diuitiæ, pulchritudo magis, quã bona vati familiares, aut multi letudo.

NEQVE obscurum est, quinam sint æmulãdi, nempe ij, qui huiusmodi bona possident, qualia sunt ea, quæ diximus, vt fortitudo, sapiẽtia, magistratus: nam q magistratum gerũt, de multis benemereri possunt, imperatores quoque, oratores, cæteriq; omnes, qui talia pręstare possunt.

Illi etiam æmulandi sunt, quibus plurimi similes esse studeant: vel quibus plurimi noti, vel amici fieri cupiunt.

Et quos multi admirantur, aut quos ipsi illi admirantur.

Et quorum laudationes, & encomia vel à poetis, vel ab oratorib. prædicantur. Contemnunt autem eos, q sunt his contrarij: contemptio enim æmulationi con-

aut sedentur, vnde fides contraria est: & æmula proficiscuntur, dictum ri, atque contemnere est. sunt inter se contraria. necesse est autem eos, qui ita affecti sunt, vt vel aliorum æmulatores sint, vel sui æmulatores habeant; contemptores esse eorum hominum, qui sunt malis ijs obnoxij, quæ contraria sunt illis bonis, quæ æmulamur. Quare sæpenumero fortunatos homines contemnunt, cum eis quidem fortuna prospera est, sed tamen sine ij- bonis, quib. honor tribui solet. Sed iam satis dictum est, quibus modis perturbationes animis inferantur, aut euellantur insitæ, vnde fidei faciendæ rationes ducuntur.

EXPLANATIONES.

Est enim æmulatio] *differt, vt definitio declarat, æmulatio ab inuidia: quoniam inuidus alienis tristatur bonis: æmulus verò tristatur, non quia bona alius possideat; sed quia talia, vel maiora ipse non habeat. tria quoque ab æmulatione loca generica percipimus, ab æmulo videlicet, ab eo, qui æmulatur, & à re ipsa, quæ ad æmulationem concitat. ab æmulatore tria saltem particularia accipimus: tria quoque à re, & quædam amplius: loca verò ab eo, quem æmulamur.*

Contemnunt autem eos] *contrarios his contemnunt. vnde totidem habebimus loca; verùm & ampliora; siquidem contemptus ad iram reducitur. atque hæc de affectibus animi loca, à quibus probationes sumamus, enumeranimus.*

Ar-

Argumentum, cap. 15.

Animi perturbationes sunt personarum & quælibet persona moret habet: qui immutari solent à quatuor potissimum rebus, à commotionibus scilicet animi, de quibus supra dictum est, ab habitibus, qui sunt virtutes, & uitia, de quibus Arist. est locutus in lib. primo: tertiò ab ætatibus, quæ sunt tres, adolescentia, senectus, & media ætas: quartò à fortunis, de quibus postea: quia nunc de ætate scribere proponit, & inquit Adolescentes cupiditatibus trahi, et quæ cupiũt, efficere conari, ac maximè amoribus deditos. vehementer cupiunt, sed non diu. facilè irascuntur, non tamen facilè sedari possunt. ambitiosi sunt, & victoriæ cupidi potius, quàm pecuniæ, simplices, spei pleni, facilè decipiuntur, alijs fortiores, confidentes non timentes. verecũdi sunt, magnanimi, honesta potius, quàm vtilia amplectuntur. studiosi sunt amicorum, atque sodalium, peccant in eo, quod est maius. omnia se scire existimant, propter contumeliam iniurias faciunt, miserentur facilè, facilè rident, facetiq; sunt. Tales sunt adolescentium mores.

De moribus auditorum.

SIGON. MAIORAG.

QVales autem moribus sint pro affectibus, & habitibus, & ætatibus, & fortunis, dicto autem affectus, iram, cupiditatem, & ciusiram,

NVnc de moribus sermonẽ instituemus; qui secundum animi commotiones, habitus, ætates, fortunas vadicto autem affectus, riantur. voco autem iram,

eiusmodi de quibus supra disseruimus, habitus autem vitia, & virtutes, de quibus dictũ est etiam ante, & quales res præeligant singuli, & quales agant, ætates autem sunt iuuẽtus, vigor, & senectus. fortunam autem voco nobilitatẽ, & diuitias, & potentiam, & quæ his contraria sunt, & omnino prosperam, ad uersamque fortunam.

1 Ac iuuenes quidem moribus cupidi, & ad ea, quę concupiuerint, procõficienda parati sunt, & ex corporeis cupiditatibus Venereis potissimum dediti, earumque impotentes sunt, incontinentes autem, & rerum concupitarum fastidiosi.

2 Et valde quidem concupiscunt.

3 Sed protinus cõquiescunt; quia acutas habent voluntates, & non magnas, quales sunt ęgrotantium sites, ac fames.

4 Et ad excandescentiam, acutamq; excandescentiam procliues.

5 Ad eumq; impetum sequendum parati.

6 Atque irę obnoxij, qã propter honoris desideriũ se paruifieri pati non possunt, verum ægre ferunt, si sibi fieri iniuriam arbitrentur.

7 Et honoris cupidi sunt, immo potius victorię, quia iuuentus excellentiam appetit. victoria verò est excellentia quędam. atque harũ rerum ambarũ potius, quàm pecuniarũ sunt studiosi.

8 Pecuniarum verò studiosi minimum, propterea quia indigentiam nondum sunt experti, quale est Pittaci dictũ in Ampharaum.

9 Neque malis moribus prediti sunt, sed bonis, quia nondum multa flagitia cognouerũt.

10 Et crediduli; quia nondum sępe decepti sunt.

11 Et bona spe pleni, qa vt temulenti, sic iuuenes, natura calidi sunt. simul etiam, quia nondum

cupiditate mouentur.

Sed in eis ardor ille celeriter extinguitur: illorum enim voluntates acutę quidem sunt, sed non tamen diuturnæ, qualis ægrotorum sitis, ac fames esse soleret.

Præterea facilè excãsaiascuntur.

Atque illũ animi impetum sequuntur.

Et omnino semp inferiores, & victi abiere rerum ambarũ potius, discedunt: nam propter ambitionem, ac honoris studium pati nõ possunt, vt ab vllo negligantur: sed grauiter ferunt, cum se iniuria affici existimant.

Et ambitiosi sunt, vel potius victoriæ cupidi: cupit enim adolescentia cæteris antecellere, victoria verò quædam excellentia est. Et hæc ambo potius, quàm studium pecuniæ sequuntur.

Neque enim pecuniæ desiderio trahuntur: quoniam egestatẽ, aut

dum sæpe opinione lapsi sunt, magnaque ex parte spe viuunt, spes enim est futuri, memoria verò præteriti, iuuenibus autem futuri est multum, præteriti verò parum: primis enim diebus nihil se meminisse, sperare vero omnia arbitrantur.

12 Et facilè decipi possunt, propter eandem rationem, quia facilè sperant.

13 Et fortiores sunt, qa iracundi, & bona spe pleni, quorum illud efficit, ne metuant, hoc verò, vt confidant: neque enim quisquam, dum irascitur, timet & sperare boni aliquid fiduciam affert.

14 Et verecundi, quia nondum honesta alia esse existimant, verum à lege sola sunt instituti.

15 Et magnanimi; quia nondum à vita depressi sunt, sed rerum necessariarum rudes sunt, & se ipsum rebus magnis dignum cẽsere magnanimi

aut indigentiam nondum experti sunt, quõ admodum illud Pittaci dictum in Amphiaraũ ostendit.

Neque prauo ingenio sunt, sed simplices, & aperti; qa nõdũ multa flagitia didicerunt. 9

Sunt etiam creduli; quia non sæpe decepti sunt. 10

Et bona spe aluntur, eo quod natura calidi sunt; non aliter, atque illi, qui vino madent: simul etiam, qui nondũ multis in rebus spe frustrati sunt, magnaque ex parte spe viuunt: est enim spes futuri temporis, memoria verò præteriti. adolescentibus autem, quod futurum tempus, longum est, quod vera præteritum, est paruũ: primis enim temporibus ætatis nihil est, quod se meminisse putent: omnia verò sperant. 11

Et propter hanc, quã dixi, causam facilè decipiuntur; quia facillimè sperant. 12

For-

nimi est id autem bene sperantis est.

16 Et honesta facere, quam vtilia malũt, quia moribus potius, quam ratiocinatione viuunt. est autem ratiocinatio vtilitatis, virtus honestatis.

17 Et amicorum, ac sodalium studiosi magis, quàm aliæ ætates, quia conuictu gaudent, & nihil vtilitate metiuntur, quare neque amicos.

18 Et omnia in maius ac vehementius, contra Chilonium præceptum delinquunt, quia omnia agunt nimis, si quidem & amant nimis, & oderunt nimis, & reliqua omnia eodem modo.

19 Quippe qui, & scire se omnia opinantur, & asseuerant, quæ causa est, vt omnia etiam nimium agant.

20 Et iniurias faciunt ad contumeliam, non ad malitiam.

21 Et misericordes sunt; quia omnes bonos, ac meliores existimant, si quidem sua innocentia alios

Fortiores quoque sunt aljs; quoniam ira cundi, ac spei semper pleni. quorum alterum non timere, alterum confidere facit: neque enim quisquam iratus timet, & qui boni aliquid sperat, audentior euadit. 13

Et verecundi sunt: quia nihil aliud adhuc honestum esse censent, nisi quod ex institutione, legeque didicerunt. 14

Sunt etiam magnanimi adolescentes; quia nondum vitæ miserias senserunt, sed expertes sunt earum, quæ in vita accidunt, necessitatum: nam se magnis rebus dignum esse censere, magnanimitas est: hoc autem eius est proprium, qui spei plenus sit. 15

Et ea potius amplecti, volunt, quæ honesta sunt, quàm quæ vtilia, magisque ex institutione viuunt, quam ex ratiocinatione: nam ratiocinatio ad vtilitatem impellit, virtus autem 16

alios metiuntur, quare indigna illos pati arbitrantur.

22 Et risu delectantur.

23 Itaque faceti. facetiæ vero erudita contumelia est. Ac iuuenum quidem mores eiusmodi sunt.

18 Et quicquid peccant, in eo, quod est maius, vehementius peccant, & contra Chilonis præceptum omnia nimis faciunt: nimium enim amant, nimium oderunt, atque ita in aliis rebus omnibus.

19 Quippe qui & se scire omnia existiment, & assueuerent omnia. quæ causa est, vt nimis etiã omnia faciant.

20 Et quas iniurias faciunt, eas propter contumeliam, non propter malitiam inferunt.

21 Et facilè misericordia commouentur; quoniã omneis probos esse, ac meliores, quàm sint existimant; sua enim ipsorum innocentia cæteros metiuntur. itaque illos indigna pati iudicant.

22 Et risus studiosi sunt.

23 Quò fit, vt faceti iocosique sint: vrbanitas eñ erudita quædam contumelia est. Tales igit̃ sunt adolescentium mores.

Et studiosi sunt amicorum, atque sodalium magis, quam in aliis ætatibus constituti; propterea, quòd eorum cõ suetudine delectantur, & nondum quicquam ad vtilitatem referunt, ita neque amicos. 17

ad honestatem.

EXPLANATIONES.

Adolescentes igitur quo ad mores attinet] *Diximus probationem artificiosam duplicem esse: alteram a le causam, alteram extra causam. quæ extra causam est, ea est, materia scilicet, quæ pertinet ad*

ad oratorem: affecta, quæ ad iudicem afficiendum, de qua antea disseruimus: & accommodata, quæ ad moves iudicum, siue audientium. de hac verò nunc agit Aristot. Munus igitur oratoris est, qui extra causam dicit, probationes proferre, quæ moribus audientium sint accommodatæ: alij enim sunt iuuenum mores, alij senum, alij eorum, qui virilem agunt ætatem. quapropter & ab ætatibus assumet argumentationum loca orator. Iuuenum quidem habitus quinque dant generica loca, atque ea ab eorum cupiditate, ira, inexperientia, spe, & ratiocinationis indigentia. A cupiditate tria accipimus particularia: aptissimi enim primò sunt ad cupiendum: secundò mutabiles, citoq; fastidientes: tertiò appetitus sunt eis vehementes, vt sitis ægrorum. Ab ira quatuor: primò enim aptissimi sunt, atque proclines ad iram. Secundò sunt vehementis iræ. tertiò vincuntur ab ira. quartò sunt ambitiosi. Ab inexperientia tria: primò pecuniæ minimè sunt auidi, secundò simplices, & aperti, non dolosi: tertiò credduli. A spe quinque: nam primò bona spe aluntur. secundò facilè decipiuntur. tertiò fortiores alijs sunt: quoniam iracundi sunt, ac spei semper pleni. quartò ue recundi. quintò magnanimi. A ratiocinationis carentia octo: primò enim honesta magis, quàm utilia eligunt. secundò studiosi sunt amicorum, atque sodaliam. tertiò quicquid peccant, in eo, quod est maius, & vehementius peccant. quartò omnia se scire existimant, & asseuerant. quintò iniurias, quas inferunt, propter contumeliam, non propter malitiam inferũt. sextò facile misericordia capiuntur. septimò risus sunt studiosi. octauò faceti, iocosiq; sunt. orator igitur iuuenes afficiet enthymematibus, & exemplis huiusmodi moribus ornatis.

Argumentum cap. 16.

Senum mores contrarijs sunt: nihil enim confirmant, sed de omnibus ferè dubitant: dolosi, suspicioſi, parui animi, illiberales, timidi, difficiles, & queruli, nihilitatem honestati præponunt, inuerecundi, nulla spe ducuntur, loquaces sunt, facilè irascuntur, sed non perseuerant in ira. cupiditates languidæ. id potius faciunt, quod ratiocinatio dictat, quàm quod moues à natura insiti, & quas faciunt iniurias propter malitiam inferunt. misericordes sunt ob imbecillitatem, morosi, minimè faceti, sed ad querimonias proni. Hæc sunt loca, cum quibus probationes ornare poterit orator ad animos auditorum demulcendos: nihil enim magis detinet, quàm oratio, quæ cuiusque ætatis mores exprimat.

De senum moribus.

SIGON.

SEniores autem, & qui vigorem remiſe runt, ex ijs ferme, quæ his contraria ſunt, magna ex parte mores adepti ſunt.

1 Etenim quia multos annos vixerunt, & multis in rebus decepti, lapſique ſunt, & res maiore ex parte perditæ ſunt, nihil affirmant, atque omnia multo minus,

MAIORAG.

AA verò ſenes, & qui iam grandes natu ſunt, contrarijs ferè moribus plerunque præditi ſunt.

Quoniam enim multos annos vixerunt plu 1
ribus in rebus decepti ſunt, atque ipſi aberrarunt, & magna negocio rum pars malis abũ dat, nihil planè confirmare ſolent, ac longè mi-

nus, quàm oportet. Et opinantur, nihil verò ſciunt. Et cum controuerſantur, addunt ſem per forſan, & fortaſſe, atque omnia ita pronũciant, aſſeueranter verò nihil.

2 Et malorum morum ſunt, quod eſt omnia in deteriorem partem interpretari.

3 Præterea verò ſuſpicioſi ſunt, propter incredulitatem, increduli verò, propter periti am.

4 Neque valde amant, neque valde oderunt, propter hanc rationem ſed ex præcepto Biantis, & amant, tanquam oſuri, & oderunt, tanquam amaturi.

5 Et puſillanimi; quia à vita depreſſi ſunt, nihil. n. magni, nihil eximij, ſed ea, quæ ad vitã pertinent, cõcupiſcũt.

6 Et illiberales, quia patrimonium eſt ex rebus neceſſarijs. vna ſimul verò etiam propter peritiam, quàm ſit difficile adquirere, & facile amit-

minus, quàm oporteat, omnia tractant, & ſe opinari, non ſcire, quicquam, prædicant: & de quaque re ambigentes, ſemper adiungunt, Forſan, & Fortaſſe, atque ita omnia dicunt, nihil autem aſſeueranter eſferunt.

Et ingenio prauo, 2
morioſoque ſunt: eſt. n. cachoetia, vitium, cum in deteriorem partem omnia capiuntur.

Et ſuſpicioſi ſunt; eo 3
quod nemini credant. creduntautem nemini propter experientiam, & vſum.

Atque eadem de cau 4
ſa, neque uehementer amant, neque uehemẽter oderunt: ſed ex Biãtis præcepto amant, tanquam oſuri, & oderunt tanquam amaturi.

Parui quoque animi 5
ſunt, quoniam longa ætas eorum ſpiritus fregit: nihil enim magnũ, nihil eximium appetũt, ſed ea tãtum, quæ ſunt ad vitam neceſſaria, cupiunt.

amittere, non ignorãt.

7 Et timidi, & oĩa præmetuentes; quia, contra ac iuuenes, sunt affecti, quippe qui refrigerati sunt, illi verò calidi quare senectus aditum timiditati patefecit: est enim timor refrigeratio quædam.

8 Et vitæ cupidi in extremis potissimum diebus, quia cupiditas est rei, quæ abest; & cuius rei indigẽtes sunt, eam potissimum concupiscunt.

9 Et obiurgationib. delectantur magis, quàm conuenit; est enim pusillanimitas & hæc quædam.

10 Et ad vtilitatem, non aut̃ ad honestatem viuunt magis, quàm cõuenit; quia se ipsos dili gũt: vtile enim bonum est huic, honestum aũt simpliciter.

11 Et inuerecũdi potius, quàm verecundi: quia enim non curant honestatem æque, ac vtilitatem, paruifaciunt, quid existimetur.

Atq; illiberales sunt; 6
nam pecunię in eis numerantur, quę sunt ad vitam necessaria: simul etiam longo vsu didicerunt, quam difficile sit pecuniam acquirere, & quàm facile sit eandem amittere.

Sunt etiam timidi, 7
semperque verentur, ne aliquid sibi mali contingat: nam contrario modo affecti sunt atq; adolescẽtes: sunt enim gelidi, ac refrigerati, adolescentes autem feruentes. quare senectus aditum timiditati patefecit; timor enim refrigeratio quædam est.

Et cupidi vitę sunt, 8
præsertim exacta ætate, atque extremo tempore; cupiditas enim absentium rerum est, & omnes, cuius rei indigentes sunt, eam maximè desiderant.

Difficiles etiam, & 9
querauli sunt, quod ipsum quandam animi angustiam indicat.

Et in viuendi ratione 10
sibi vtilitatem, non honestatem proponunt, atque hoc supra modum faciunt; eo quod sui ipsorum amantes sint: nã quod vtile est, priuatũ vsum respicit: quod autem honestum est, com munem.

Inuerecundi quoque 11
potius, quàm verecundi sunt: cum enim non curent æque honestatem, ac vtilitatem curent; parui faciunt etiam, quales videantur.

Neque vlla spe ducũ 12
tur cum propter experientiam; magna enim negociorum pars malis abũdat. vnde fit, vt in deteriorem partem plerąque cadant; tum etiam propter timiditatem, vi uunt̃que memoria potius, quàm spes; quã enim reliquum est vitæ, parafacienda parati, ad quæ cum est, præteritum au tem est multum, & spes tur, sed ad ea, ad quæ a ipsa futuri temporis est memoria verò præteriti.

Quæ quidem causa 13
est etiam loquacitatis in senibus: neque enim cessant ea narrare, quæ

12 Et mala spe pleni, propter peritiam; quia plerunque res pditæ sunt, & in deteriorem partẽ plerunque cadũt, & prę terea propter timiditatem. Et memoria magis, quàm spe viuunt, nã quod vitæ restat, modicum, quod effluxit, multũ est. spes autem est futuri, memoria verò præterito rum.

13 Id quod eis loquacitatis etiam causam affert: quia res præteritas narrant, dum enim recordantur, voluptate afficiuntur.

14 Ac excandescentiæ q dem acutæ sunt, sed imbecillæ.

15 Et cupiditates alię de fecerunt, aliæ sunt imbecillæ. quare neque cupidi sunt, neque ad ea facienda parati, ad quæ à cupiditatibus adducũtur, sed ad ea, ad quæ a lucro. itaque tales temperati videntur: quia cupiditates oblanguerũt.

Et lucro inseruiunt.

16 Et ratiocinatione potius viuunt, quàm moribus

bus; est enim ratiocinatio vtilitatis, mores autem virtutis.

17 Et iniurias ad malitiam, non ad contumeliam faciunt.

18 Misericordes autem etiam senes sunt, verū non propter eandem causam, ac iuuenes: illi enim propter humanitatem, hi verò propter imbecillitatem: putant enim omnia sibi vicina esse ad patiendum. id quod erat misericordis.

19 Vnde queruli sunt. Et neque faceti, neque tidiculorū studiosi: quia querulus aduersatur ei, qui delectatur risu. Ac iuuenum quidem, & senioru mores, eiusmodi.

Quare quoniam omnes eas accipiunt orationes, quæ suis morib. conuenienter habētur, & eos, qui sibi similes sunt, non est obscurum quemadmodum tractādis orationib. tales & ipsi, & orationes videātur.

superiori tempore gesta sunt; quoniam ex recordatione voluptatem capiunt.

Iræ senum acres quidem, & acutæ sunt, sed tamen imbecilles. 14

Cupiditates verò partim omnino defecerūt, partim autem languidę factæ sunt. itaque neq; cupiditate flagrant, neque aliquid impulsu cupiditatis efficiunt, sed ad lucrum omnia referunt; quare temperati esse videntur huiusmodi homines: cupiditates enim remiserunt, & pecuniæ seruiunt. 15

Et magis in degenda vita ratiocinationem, quàm morem sequuntur; nam ratiocinatio ad vtilitatē, mos ad virtutem spectat. 16

Et quas iniurias faciunt, magis propter contumeliam, inferunt. 17

Mouentur etiam misericordia, non tamen ea ratione, qua iuuenes: nam iuuenes propter humanitatem, senes propter imbecillitatem misericordes sunt: 18

exi-

existimant enim omnia incommoda sibi ita vicina esse, vt ea iam passuri sint. hoc autem misericordiæ proprium est.

19 Vnde queruli sunt, ac morosi, minimè verò faceti, neque iocorum studiosi: querulū enim, & iocosum contraria sunt. Adolescentium igitur, & seniorum mores huiusmodi sunt.

Quare cum omnes eas orationes approbent, quæ moribus suis conueniunt, ac similes sunt, nequaquam obscurum est, quomodo possint oratores ita dicere, vt & ipsi, & orationes suæ tales esse videantur.

EXPLANATIONES.

At verò senes, & qui iam grandes natu sunt, contrarijs ferè moribus præditi sunt.] *tot quoque erunt primaria loca, quæ ab ætate senum habentur, à cupiditatis privatione, ab experientia, à mansuetudine, siue potius à naturæ imbecillitate, à spei paucitate, & à ratiocinatione. sed particularia loca totidem sunt, quot superiora.*

Argumentum cap. 17.

Media ætas est temperata: non enim valde cōfidit, nec valde timet, nec omnibus credit, nec nullis, honestatem æquè ac vtilitatem seruat, non parcus, non largus, iram, & cupiditates moderatur, temperans est cum fortitudine, & fortes cum temperantia, ac tandem omnia possidet bona, quibus senectus & adolescentia est priuata. viget corpus ijs, & animus.

De

De moribus ætatis mediæ.

SIGON.

QVi verò vigēt, profectò inter hos interiecti moribus erunt, vtrorumque exuperatione detracta.

3 Quippe qui neque nimiis confidunt, quia audacia tale aliquid est, neque nimiū metuunt, sed in vtraque re commodè se gerunt.

2 Neque omnibus fidē habēt, neque omnibus non habent, verum ex veritate potius iudicāt.

3 Et neque ad solā honestatem viuūt, neque ad vtilitatem, sed ad vtrunque.

4 Et neque ad parsimoniam, neque ad luxuriam, sed ad id, quod cōuenit.

5 Similiter verò etiam ad excandescentiam, & ad cupiditatem.

6 Et temperantes cum fortitudine, & fortes cū temperantia sunt, quia hæc in iuuenibus, senibusque partita sunt, siquidem iuuenes fortes, & intemperantes sunt, seniores autem temperantes, & timidi.

7 Vt autem in vniuersum complectar, quæcunque commoda iuuētus, & senectus inter se diuiserunt, hæc ambo retinent: in quibus verò exuperant, aut deficiūt, eorum quod moderatū est, & conueniens.

8 Viget autem corpus à triginta annis vsque ad triginta quinque, animus verò circiter annū quadragesimum nonū.

Ac de iuuentute quidem, & senectute, & vigore, cuiusmodi morib. præditæ singulæ sint, tā multa dicta sint.

MAIORAG.

QVi in media ætate constituti sunt, plerique eum modum seruare, & quod in vtrisq; illis nimium est, amputare.

1 Neque enim valdè confidētes, quod est audacię, neque valde timētes sunt, sed in vtroque se bene gerunt.

2 Neque omnibus temere credunt, neque omnibus fidem derogant, sed ex veritate potius omnia iudicant.

3 Neque tātum sibi honestatem in degenda vita, neque tantum vtilitatem, sed vtrāque proponunt.

4 Neque ad parsimoniam, neque ad largitionem inclinant; sed ad id, quod maximè conuenit.

5 Eodem pacto se habēt in eis quæ ad iram, & ad cupiditatē ptinet.

Et

6 Et temperantes sunt cum fortitudine, & fortes cum temperantia: nam in adolescentibus, & senibus hęc distincta sunt. adolescētes enim fortes sunt, verùm intēperantes; senes autem temperantes sunt, sed timidi.

7 Atque (vt in summa dicam) quascunque res vtileis adolescentia, & senectus inter se diuiserunt, eas simul omneis habet ætas media: in quibus autem illæ ætates vel excedunt, vel deficiunt, eas ad mediocritatem, & conueniētiam hæc eadem ætas adducit.

8 Viget autem maximè corpus ab anno trigesimo ad quintum & trigesimum vsque. mentis autem vigor, atque animi nono & quadragesimo anno maximè perspicitur. Ac de adolescentia quidem, senectute, & media ætate, earumq; singularum moribus hæc dicta sufficiant.

EXPLANATIONES.

Qui in media ætate constituti sunt] *Qui mediam agunt ætatem, mores seruant medios, & quod in*

in iuuenibus, & in senibus nimium est, amputant: et enim primò neque ualde confidunt, neque ualdè timent. secundò nec increduli sunt omnibus: tertiò nec parci, nec prodigi. quartò medio modo ad iram, atque cupiditatem se habent. quintò sunt cum fortitudine modesti, & cum modestia fortes. Quot accipimus loca ab adolescentia, tot ab hac; quanquàm omissa sunt.

Argumentum cap. 18.

Sed ad mores, quos fortuna exhibet, transeamus. Fortunæ autem est nobilitas, diuitiæ, potentia, & his contraria. Nobilium mos est, ut sint ambitiosi, ad alios contemnendos proni, quanquàm nobiles, sed nouos. Differt nobile à generoso: nobile enim dicitur id, quod in familiæ uirtute consistit: generosum id, quod à maiorum suorum natura non degenerat: fit enim ut semen in terra; sic in familijs plerunque fœtus degeneret.

De moribus fortunatorum, vel nobilium.

SIGON.

DE bonis autem, quę à fortuna proficiscuntur, quæcunque ac cidit, vt & hominū mores cuiusdammodi red dāt, deinceps dicamus.

1 Ac nobilitatis quidē honoris sit appetētior; mores sunt, vt qui eam adeptus est, honoris cupidior sit, siquidem omnes

MAIORAG.

AT verò de fortunæ bonis, quæ mores hominum variare solent, deinceps dicamus.

Nobilitatis ille mos est, vt qui eam possidet, 1 est enim hoc communi omnium, vt, cum bonum aliquod possident, illud

nes cū suppetit aliquid, id accumulare consueuerunt.

2 Nobilitas autem maiorum dignitas est, & vt ad contemnendos propēsus sit etiam eos, qui maioribus suis similes sunt, propterea quia remota hæc magis, quàm propinqua dignitatem afferunt, & ad gloriandum idonea sunt.

3 Nobilitas verò in virtute generis posita est, generositas autē in eo, ne à natura desciscat. quod plerunq; non contingit nobilibus, verùm abiecti plerique sunt. est.n. in familiis prouentus virorum quidā, perinde ac in iis, quæ nascuntur in agris. & nōnunquam si bonum genus sit, viri præstantes exoriuntur, deinde rursus retrofertur. familiæ verò, quæ subtili ingenio præditæ sunt, ad mores insaniores desciunt, vt qui ab Alcibiade, & Dionysio superiores profecti sunt, quæ verò stabili, ad stoliditatem,

illud accumulare studeant.

Nobilitas autem parentum, ac maiorum dignitas est, quam q possident, ad alios contemnendos proni sunt, atq; illos etiam, qui in eisdē honoribus sunt, in quibus ipsorum maiores fuerunt; quoniam hæc interuallo temporis remota magis, quàm propinqua, ac nuper facta, solent honorari, & gloriatione digna videri.

Nobile verò dicitur id, quod in familiæ virtute consistit: generosum, quod à maiorum suorū natura non degenerat. quod maiori ex parte nobilibus non contingit: multi enim vili, atque abiecto animo sūt. Vt enim in agris, & ijs, quæ terra nascūtur, sic etiam in familijs plerūque fœtus vberior existit. & interdum, si bona familia fuerit, nascūtur in ea per aliquod tēpus eximij viri, deinde paulatim iterum se remittit; nam præclari ingenij

tem, atque segnitiem, genij familiæ in mores vt qui a Cimone, & Pericle, & Socrate. insaniores degenerant, vt qui ab Alcibiade genus ducunt, & a Dionysio priore. quæ verò stabili, pacatoque ingenio sunt ad soliditatem, & ignauiam delabuntur, vt qui à Cimone, & Pericle, & Socrate progeniti sunt.

EXPLANATIONES.

Nobilitatis ille mos est] *Personæ auditoris præter ætatem, & alia, quæ à natura habet, diuiditur in ea, quæ ad victus rationem spectant, ad fortunam, sanitatem, & id genus. Fortunæ autem sunt diuitiæ, & nobilitas. &, quemadmodum ab ætate loca accepimus; ita à nobilitate, & diuitijs desumemus. duo sunt genera loca: alterum enim proficiscitur ab ambitione, alterum ab eo, quod ad alios contemnendos proni sunt.*

Argumentum cap. 19.

Mores diuitum omnibus sunt noti: sunt enim contumelioſi, & superbi, delicati, & saltationes, hoc est, nimium arrogantes, efferunturq; inaniter, ac tandem vt insipientes fortunati se habent. adde quòd, si nouæ sint, importuniores, & arrogantiores sunt, quàm antiqui.

De moribus diuitum.

SIGON.

Diuitias verò q̃ mores sequantur, pro-

MAIORAG.

QVi autem mores à diuitijs pœniãt

ptum est omnibus ad videndum, sunt.n. contumelioſi, & contumaces. nempe à possessione diuitiarum aliquid passi, perinde.n. affecti sunt, ac si bonis omnibus affluant. siquidem diuitiæ quasi pretium quoddã æstimationis rerum alia rum sunt, quocirca venalia omnia ipsarum esse videntur.

Et delicati, & arrogantes: delitati quidem propter delicias, & beatitudinis ostẽtationem: arrogantes autem, & elati; quia omnes in iis reb⁹ occupari soliti sũt, quarum ipsi amore, atque admiratione ducũtur, & quia alios eadem æmulari opinãtur, quæ & ipsi simul verò merito ita quoque animati sunt, quia multi sunt, q habentium indigẽt. vnde & illud dictum Simonidis de sapientibus, & diuitib⁹ ad Hieronis cõiugem extat, rogantem, vtrum melius esset, diuitem esse, an sapientem, diuitem respondisse, sapien-

in promptũ est omnibus videre.

Sunt enim diuites cõtumelioſi, ac superbi. hanc verò labem inurit eis diuitiarum copia: nãita sunt affecti, quasi omnia bona possidetẽt: sunt enim diuitiæ, quasi precium, ac æstimatio dignitatis omnium aliarum rerum. vnde fit, vt diues omnia sibi emere, ac parare posse videatur.

Sunt etiam delicati, & arrogantes. ac delicati quidem sunt cum propter ipsas diuitias, in quibus versantur: tum quasi felicitatem suam ostentare gaudent. arrogantes autem, & elati; quoniam omnes fere in eis reb. versari solẽt, quas ipsi amant, atque admirantur, & quia putant alios eadem æmulari, quæ ipsi suspiciunt. Atque hæc iure suo quodammodo faciunt: multi sunt enim qui illorũ ope, qui facultates hãt, indigeant. vnde illud est Simonidis poetæ dicta de

pientes.n.dixit, se diuitum foribus hærentes videre, & qa se dignos esse imperio arbitrătur.

3 Atque, vt summatim dicam, dementis beati morum diuitiæ sunt.

4 Differunt autem mores eorum, qui nouis fruuntur diuitiis,& eorum, qui antiquis, quia omnibus malis, iisque grauiorib. cumulati sũt magis,quã nouis. nam nouas diuitias possidere est quasi rudem diuitiarum esse; & iniurias inferunt non malitiæ,sed partim contumeliæ,partim incontinentiæ plenas, vt in verberationẽ, & adulterium.

de sapientibus,& diuitibus. cum enim Hieronis vxor ab eo petisset, vtrum præstaret, diuitem ne esse, an sapientem, diuitem respodit; dixit enim se passim videre sapientes in foribꝰ diuitum commorãteis, Atque etiam ideo sunt arrogantes, quia se dignos imperio censent; nam ea se tenere putãt, quæ qui possident, alijs imperare digni sunt.

5 Verùm(vt in summa dicam) insipientis fortunati diuitiæ mores exprimunt.

4 Plurimum verò differunt mores eorum, qui nuper diuites facti sũt, ab eis, qui iampridem erant diultes: quod noui diuites magis omnib. vitijs,atque illis deteriorib. cumulati sunt;quædam enim est quasi ignorantia diuitiarum, nuper esse ditatum: & iniurias inferunt, non quidem ob malitiam, sed vel per contumeliam,vel per incontinentiam: vt cum pulsant homines, & stuprum committunt.

EXPLANATIONES.

Qui autem mores à diuitijs proueniant] *quatuor sumuntur loca à maioribus diuitum: primò enim con-*

contumelioſi sunt,ac superbi: secundò delicati, & arrogantes: & hinc tertium est, quòd se dignos imperio censent. quartò, si noui, omnibus vitijs deterioribus sunt cumulati.

De moribus potentum.

Argumentum cap. 20.

Potentum mores ijdem sunt, qui diuitum, sed & meliores.

SIGON.

EOdem verò modo etiam de potentia, mores fere pleriq; sunt manifesti.

1 Nam potẽtes partim eisdem prædíti sunt, ac diuites, partim verò etiã melioribus: sunt enim potentes honoris auidiores, & moribus viriliores, quàm diuites: qa ea affectãt negotia, quæ ipsis administrare propter potentiam licet.

2 Et studio magis dediti: qa in sedulitate sunt toti, quod quę ad potentiam pertinent, considerare coguntur.

3 Et grandiores, quàm grauiores: quia conspicuos

MAIORAG.

EOdem modo mores eorum, qui cum imperio,ac potestate sunt, maiori ex parte sunt pspicui.

1 Partim enim ijsdem moribus prædíti sunt, q bus diuites, partim melioribus: sunt enim potentes honoris appetentiores, & animo magis virili, quàm diuites: expetunt enim eas res, quas propter potẽtiam tractandi facultatem habent.

2 Sũt etiam multò magis studioſi propter curam, ac diligẽtiam, quã habere coguntur, vt potentiam conseruent.

eos dignitas reddit. itaque modeste gerunt. grāditas autem mollis, & elegans graui tas est. Et si iniurias faciunt, non paruam, sed magnam faciunt.

Sint excelso potius animo, quàm molesto: dignitas enim eos conspectiores efficit, atque hac de causa modestè se gerunt. est autem excellitas, animi quędam lenis, & honesta grauitas. Quòd si fortè potentes iniurias inferant; non in paruis, & minutis rebus, sed in magnis obesse studeant.

EXPLANATIONES.

Eodem modo mores eorum, qui cum imperio, ac potestate sunt] *tum eosdem habent mores, quos diuites: tum meliores: primum enim potentes sunt honoris appetentiores, & animo magis virili, quàm diuites. secundò sunt magis studiosi, & diligentes, vt potentiam conseruent. tertiò sunt excelso animo potius, quàm molesto. graues etiam sunt, modestiq; tria habemus à potentibus loca.*

Argumentum cap. 21.

Fortunatus dicitur is, qui nobilis, diues, & potens est. itaque fortunati mores tot sunt, quot nobilium, diuitum, & potentum. totidemq; erunt loca. adde bonam magnamq; liberorum copiam, & quæ corporis bona sunt, nulla parte deficiant. tamen superbior est, & inconsideratior, sed piè Deum colit. Ignobilium verò, pauperum, impotentium, & infelicium mores oppositi sumuntur ab his, qui nobilium, diuitum, potentium, & felicium sunt. totidemq; loca habemus.

De

De eorum moribus, qui à prosperà tenentur fortunà, & locis.

SIGON.

1 FOrtunæ verò prosperitas mores habet earum rerum, quas exposuimus, partes: ad hæc enim referuntur, quæ maximæ fortunæ prosperitates existimantur.

2 Et prętera secunda fortuna facit, vt meliore conditione simus in ijs, quæ ad liberorum probitatem, & ad bona corporis pertinent.

3 Ac superbiores quidem, & inconsideratiores sunt, propter fortunæ prosperitatem.

4 Vbi autem illi optimi mores fortunam sequūtur, & deos colunt, & erga diuinum numen aliquo modo affecti sunt, fidem habētes, propter ea bona, quæ à fortuna suppeditantur. Ac de moribus quidem ętati, & fortunæ conuenientibus dictum est. quę enim

MAIORAG.

1 FOrtunæ prosperitas eos mores habet, q sigillatim explicati sunt nam quæ magnæ prosperitates esse videntur ad hæc, quę modo diximus, tendunt.

2 Et præterea bonam magnamq; liberorum copiam, & quę corporis bona sunt, fortunæ prosperitas adfert.

3 Solent autem homines superbiores, & inconsideratiores ob prosperitatem esse.

4 In illo verò vno quod optimum est, fortunati excellūt, quod piè deos colunt. atque illos bene affecti sunt, eisque confidunt propter ea bona quę beneficio fortunæ consecuti sunt. Ac de moribus quidem, qui ab ętate, atque à fortuna prouenium satis dictum est: nam quæ sunt ijs, quæ diximus, contra

enim expositis rebus cõtraria sunt, ex cõtrariis eluceſcunt, vt pauperis mores, & infortunati, & impotentis.

ria, facilè ex contrarijs intelligi possunt; vt qui sint pauperis, & infortunati, & impotentis mores.

EXPLANATIONES.

Fortunæ prosperitas eos mores habet, qui sigillatim explicati sunt] *præter alia duo ab his sumuntur loca primaria: alterum à superbia, & inconsideratione: alterum quòd piè deos colunt.*

Argumentum cap. 22.

Hæc est veluti pars secunda huius libri: nam, cum suprà Arist. de probationum, & animi perturbationum inuentione à re ipsa, & à personis sumpta copiosissimè scripsisset; hoc tempore de his, quæ triplici fini sunt annexa se dicturum proponit: deinde ad instrumenta, & ad formas orationis se confert. Nunc inquit omnem orationis persuadentis vsum ad iudicium referri, quandam unus tantum est homo, cum quo loquamur: necesse est enim ut is iudicet ea honesta vel turpia esse: vtilia, vel inutilia fore: iusta vel iniusta fuisse. tamen is propriè iudex dicitur, qui in ciuilibus controuersijs, quæ in quæstionem veniunt, ferè sententiam. Vnicuique fini, de quo abundè in primo lib. disputauit, quid annectitur commune, quemadmodum honesto, ac turpi magnum, & parvum, siue amplificatio, & imminutio: utili, & inutili futuro annectitur possibile, & impossibile: iusto, & iniusto factum esse, vel non factum, quod vel necessarium vel plerunque fit: quannis simul omnibus omnia conuenire possunt.

Quòd

Quòd sint quædam omnibus generibus communia.

SIGON.

1 QVoniã autem vsus orationum ad persuadendum appositarum ad iudicium refertur (quæ enim non uimus, ac iudicauimus, de his nihil amplius oratione est opus) refertur autem,

2 Siue apud vnum aliquis verba faciens adhortetur, aut dehortetur, vt faciunt, qui admonẽt, aut qui suadẽt, (nihilo enim secius iudicator est vnus, quia quem persuadere oportet, hic, vt simpliciter dicam, est iudicator,) siue aduersus controuersantem, siue ad hypothesim aliquis dicat, eodẽ modo: quia orationem adhibere necesse est contrariaq; labefactare, aduersus quæ, vt aduersus controuersantem, verba facere oportet: eodemq; modo etiam in de-

MAIORAG.

1 ILlud verò non dubium est, quin omnis vsus orationum, quæ persuadendi vim habent, ad iudicium referatur: in ijs enim rebus, quas no uimus, & quibus iam iudicauimus, non amplius opus est oratione.

2 Est autem iudicium etiam, si quis cum vno tantum probabili oratione vtatur, vel suadendo, vel dissuadendo, vt qui admonent, aut aliquid persuadere conantur, facere solent: neq; enim minus est iudex, quod vnus tantum sit: nam quicũque est ille, cui aliquid persuadendum sit. is (vt in summa dicam) iudex est, siue contra litigantem quis differat, siue proposità aliquam causam defendat: nam oratione vti necesse est, atque illa refellere, quæ contra dici

demonstratiuis; quia oratio ad spectatores, tanquam ad iudicatorē est instituta.

3 Omnino autē solus, vt simpliciter iudicator is est, qui in ciuilibus cōtentionibus ea, quæ controuersa sunt, iudicat: quia quæ in controuersiam, & quæ in deliberationem vocantur, quomodo se habeant, quæruntur.

4 De moribus autem rerum publicarum supra in deliberatiuis est disputatum. Quare explicatum est, & quomodo & per quæ moratas orationes efficiamus.

5 Quoniam autem in vnoquoque genere orationum finis quidam dictum est quare simul ēt uersus erat, de his autē declaratum videri poomnib' opiniones, propositionesq; paratę sūt, ex quibus & suadentes, & ostentantes, & litigātes fides ducant: itemq; & vnde moratas reddere liceat orationes, est explicatum, reliquum est iam, vt de communibus persequamur. Est enim

possunt; cum eis enim tanquam cum aduersario contendit: eadem ratio est etiam in exornationibus ad auscultatorem enim tanquam ad iudicem, habetur oratio.

Sed omnino tamen 3
propriè dicitur ille iudex, qui in ciuilibus cōtrouersijs de ijs, quæ in quæstionem veniūt, sentiam fert: nam de controuersijs, quæ in foro versantur, & de quibus in concione cōsultant, quomodo sese habeant, quæritur.

Quod autem ad Ra- 4
rump. mores attinet in deliberatiuo genere satis à nobis antea dictum est quare simul ēt declaratum videri potest, quomodo, quibusque rationibus possim' oratione nostra singula rum mores exprimere.

Cum autem in vno 5
quoque dicendi genere diuersi fines sint, & de explicatum, reliquum omnib. eis sumptę sint, ac declaratę opiniones, atque propositiones, ex quibus fidem faciunt, & qui deliberant, & qui laudant & qui litigant: & præterea demonstratum sit, vnde ducantur orationes, quæ bene mores exprimāt; supervero magnitudinis ratio est; vt ea commemoremus, quę cōmunia sunt omnium generum. Necesse est enim, vt in omni genere dicendi quæratur, quid fieri, aut nō fieri possit: & hi quidē demonstrare conentur aliquid futurum, illi vero factum esse. quinetiā de magnitudine rei diserere commune est omnium generum: omnes enim & amplificare, & imminuere solent & suadētes, & dissuadētes, & laudantes, & vituperantes, & accusantes & defendēres. Hęc postquam explicuerimus; tunc communiter de enthymematibus, si qd habemus, dicere conabimur, ac de exemplis ēt, vt quæ reliqua sunt, adiungentes, incœpto operi finē imponamus.

6 Ex locis autem communibus amplificatio de-

monstratiui generis est maximè propria, sicut antea dictum est: quod verò factum est, iudicialis generis: de factis em̃ rebus iudicium fieri solet. denique, quod fieri potest, & futurum est deliberantibus conuenit.

EXPLANATIONES.

Necesse est enim, vt in omni genere dicendi quæratur] *cum demonstratiui generis finis sit honestum, & turpe: deliberatiui utile, & inutile: iudicialis iustum, ac iniustum; his finibus quædam sunt annexa, de quibus nunc Arist. agit: siquidem honesto, & turpi annexum est magnum, vel paruum, quo ea amplificamus, uel extenuamus, quæ honestè, vel turpiter acta sunt. Vtili verò, & inutili annexa sunt possibile, vel impossibile: futurum, vel non futurum: quæ cum fini annectuntur; magis, vel minus suadet, & dissuadet orator. Iusto autem, uel iniusto annexum est factum, & non factum. hæc sunt cuique fini annexa; quamquam & omnibus simul annecti possunt. sed ad ea, quæ fini deliberatiui generis adiuncta sunt, loca, ex quibus probationes hauriuntur veniamus.*

Argumentum cap. 23.

Quæ igitur possibilia, uel non possibilia sint, vt fiant, aperit Arist. in genere deliberatiuo, & decè, ac septem enumerat loca, eaq; sumũtur à contrario, à simili, à difficiliori, à pulchro, & bono, à principio, à fine, à posteriori substantia, & generatione, à naturali amore, & cupiditate, ab arte, & scientia, à principio generationis, quod est in nobis, à partibus ad totum, à toto ad partem, a genere ad speciem, a specie ad

ad genus, a correlatiuo, ab eo, quod est sine arte, ad præparatione, ac demum a peiori.

De possibili, & impossibili.

SIGON.

AC primum quidem de possibilibus, & impossibilibus differamus.

1 Si igitur contrarium est eiusmodi, vt aut esse, aut factum esse possit, etiam contrarium eiusmodi esse existimabit. vt si fieri potest, vt homo conualuerit, etiam, vt ægrotauerit: contrariorum enim quatenus contraria sunt, vis eadē est.

2 Et si simile fieri potest, etiam simile.

3 Et si quod difficilius est, fieri potest, etiam quod facilius.

4 Et si fieri potest, vt virtute præditus, aut pulcher fuerit, etiam vt omnino fuerit, fieri potest; quia difficilius est, vt pulchra sit dom⁹, quàm vt domus.

5 Et cuius principium fuis-

MAIORAG.

PRimum igitur de eo quod fieri, aut non fieri potest, verba faciamus.

Ac quidem, si contrarium eiusmodi est, vt aut esse, aut factum esse possit; etiam alterũ contrarium eandem naturam habebit, vt: si fieri potest, vt aliquis bonã valetudinem recuperet eundem etiam in morbum incidere potuisse, certum est: eadē enim est contrariorum potestas, quatenus contraria sunt. 5

Et, quæ similia sunt, si alterum eorum fieri potest, etiam alterum poterit. 2

Et, si quod difficilius est, effici potest, etiam id, quod est facilius, poterit effici. 3

Et, si quid potest fieri bonum, aut pulchrum; 4

id

fuisse potest, etiã finis. id etiam simpliciter fie
nihil enim fit, neque fie ri poterit: difficilius est
si incipit eorum, quæ enim domum esse pul-
fieri nequeunt vt diame chram, quàm domum
tron esse symmetron, esse.
neque fieri inciperet, Et, quod principium 5
neque fit. habere potest id etiam
6 Et cuius finis esse po- finem habebit: nihil n.
test, etiam principium fit, nisi que fieri incipit
nepe quia omnia a prin eorũ, quę nullo modo
cipio oriuntur. fieri possunt; vt quod di
7 Et si quod essentia, metiens lateri fit com-
aut origine posteri' est, parabilis hoc neq; ini-
fuisse potest, etiã quod tium capi. sui ortus, ne
prius. vt si virum fuisse que fit.
fieri potest, etiam puerum; prius enim illud fit. & si puerum, etiam virum; quia illud principium est. Et quod finem habe- 6
re potest, id etiam principium habebit; nam à principio cuncta proueniunt.
8 Et quorum amor, aut cupiditas est natura; qa plerunque fit, vt nemo amet, aut concupiscat ea, quæ fieri non possunt. Et, si quod posterius 7
natura, aut ortu factũ esse contingit; etiam id, quod prius est; vt, si fieri potest, aliquem esse virum factum; idem etiam puer fieri potuit; nam hoc prius fieri solet. & contra, si quis puer fieri potest; etiam vir fieri poterit; nam illud est principium.
9 Et quarum rerum scientiæ, & artes sunt, etiam vt illę sint, & fuerint. fieri potest.
10 Et quarum rerũ principium originis in iis est, quæ nos coegerimus, aut persuaserimus. hæc vero sunt quibus præstã Illa quoq; effici possunt, qnorum amor, & cupiditas à natura insi-

tio-

tiores, aut domini, aut ta est: nam plerunque
amici sumus. fit, vt nemo diligat, aut
11 Et quorum partes esse possunt, etiam totũ. cupiat ea, quę fieri nullo modo possunt.
12 Et quorum totum esse potest, plerũque etiã partes, si enim obstragulum, & ligula, & solea fieri possunt, etiam calcei fieri possunt. & si calcei fieri possunt, etiam obstragulum, & ligula, & solea. Et ea, quorum scientię, atque artes sunt, naturam hanc habent, vt esse & gigni possint. 9
Et ea fieri possunt, 10
quorum principium ortus est in eis, quę nos cogere, aut persuadere possimus. hæc autem
13 Et, si totum genus eorum quæ fieri possunt, etiam species. sunt, quibus aut opibus præstamus, aut domini sumus, aut amici.
14 Et, si species, etiam genus, vt si nauis fuisse potest, etiam triremis & si triremis, etiam nauis. Et, quorum partes 11
effici possunt, etiam totum.
15 Et, si alterum eorum, quæ naturam habent, vt inter se conferantur, etiam alterum. vt si duplum, etiam dimidium: & si dimidium, etiam duplum. Et contrà, si totum 12
fieri potest, etiam partes: nam, si obstragulũ, & ligula, & solea fieri possunt; etiam calcei possunt fieri: &, si calcei; potest etiam obstragulum, & ligula, & solea.
16 Et, si sine arte, aut apparatu factum fuisse aliquid potest, magis per artem, ac diligentiã põt. vnde & Agathon dixit: *Atqui alia fortuna facere, alia verò necessitate, & arte nobis suppetunt.* Et, si genus fieri põt; 13
etiam species fieri potest.
Et, si species; etiam 14
genus; vt, si nauis fieri potest: etiam triremis: &, si triremis; ẽt nauis.

Et, Et,

17 Et, si à deterioribus, aut infirioribus, aut imprudentioribus fieri poteſt, magis etiam à contrariis: quemadmodum etiam Iſocrates dixit, etiam graue eſſe, ſi Euthynus didicit, ipſe verò nō poterit inuenire. De impoſſibilibus autem, ex contrarijs eorum, quæ diximus, ſuppetere manifeſtum eſt.

Et, ſi alterum eorum, quę ſub eandem rationem cadunt, fieri pōt; etiam alterum poterit; vt, ſi duplū fieri poteſt; etiam dimidium poterit: & ſi dimidium; etiā duplum. 15

Et quod ſine arte, atque apparatu fieri poteſt, id magis adhibita arte, ac diligentia fieri poterit. vnde ab Agathone dictum eſt. 16

Fortuna quædam agenda nobis obijcit.
Quædam ſimul fert caſus, & neceſſitas.

17 Et, ſi quid à deterioribus, vel impotentioribus, vel imprudentioribus fieri poteſt, id multò magis ab ijs, qui ſunt his contrarij fieri poterit. vnde dictum illud Iſocratis, qui rem indignam eſſe dixit, & grauem, ſi Euthynus quidem didiciſſet, ipſe verò, non poſſet inuenire. Quæ uerò fieri nō poſſunt facilè percipiuntur ex contrarijs eorum, dicta ſunt.

EXPLANATIONES.

Ac quidem ſi contrarium eiuſmodi eſt, ut aut eſſe, aut factum eſſe poſſit] *Si in deliberationibus quæſtio eſſet, an Turcis indicandum ſit bellum, necne: nonnulliq; aſſererent mouēdum non eſſe; cum hoc tempore victoriam contra eos conſequi minimè poſſimus. alij verò contrà, nos victuros eſſe poſſibile, & propterea mouendum eſſe, hoc in loco Ariſt. præcipit decem & ſeptem loca, totidemq; propoſitiones, quibus è poſſibili*

ſibili verisimile concludamus. primus autem locus eſt a contrario, cuius propoſitio eſt. ſi vnum contrariū eſſe, vel fieri poſſibile ſit; & alterum poſſibile profectò eſſe videbitur. ſecundus a ſimili, cuius propoſitio eſt. ſi ſimile ſit poſſibile, ſimile illi erit poſſibile. tertius a difficili, & propoſitio. ſi quod difficilius eſt, poſſibile eſt, & quod facilius etiam. quartus a bono, & pulchro, & propoſitio. ſi quid bonum aut pulchrū fieri poteſt; ſic & oratio. &, ſi domus fieri poſſit pulchra; poteſt & fieri domus: difficilius enim eſt fieri pulchram domum, quàm domum. quintus ab ipſius rei principio, & propoſitio eſt. huius principium eſt poſſibile, finis igitur eſt poſſibilis: impoſſibilia enim, vt hominem volare, nec cœpit, nec iam ſit unquam. ſextus a fine, & propoſitio eſt. cuius finis eſt poſſibilis, principium eſt poſſibile: cuncta enim ex principio ſunt. Septimus a poſteriori ſubſtantia, & generatione. propoſitio eſt. ſi quod ſubſtantia & generatione poſterius eſt poſſibile fieri eſt; & quod prius poſſibile fieri erit: vt, ſi uirum fieri poſſibile eſt; puerum quoque. octauus ab amore, & cupiditate. & propoſitio eſt. quorum amor, aut cupiditas ſecundum naturam eſt, ipſum fieri eſt poſſibile: nemo enim amat impoſſibilia, nec ea cupit. Nonus ab arte, & ſcientia. & propoſitio eſt. quorum ars, & ſcientia eſt, ipſa & eſſe poteſt et fieri. Decimus a principio generationis, quod in nobis eſt. & propoſitio eſt. Ea fieri poſſibile eſt, quorum generationis principium aut in nobis eſt, aut in ijs, quos vel cogere poſſumus, aut perſuadere. Vndecimus a partibus, & propoſitio eſt. ſi partes ſunt poſſibiles; & totum. Duodecimus a toto. & propoſitio eſt. ſi totum eſt poſſibile; & partes. Tertiusdecimus a genere, cuius propoſitio eſt. ſi genus eſt poſſibile; eius ſpecies eſt poſſibilis. Quartusdecimus a ſpecie, & propoſitio eſt. ſi ſpecies eſt poſſibilis; & genus; ut ſi

nauem

nauem fieri est possibile; & triremem quoque: &, si triremem; & nauem etiam. Decimusquintus a suo correlatiuo, cuius propositio est. si alterum eorum, quæ apta sunt inter se referri, fieri, & esse est possibile; alterum quoque: vt, si duplum; & dimidium etiam: & viceuersa. Decimussextus ab eo, quod sine arte, & præparatione. propositio est. si absque arte, & præparatione est possibile quippiam fieri; id multò magis arte, ac cura fieri poterit. Decimusseptimus a peiori, & propositio est. quod peioribus, aut minoribus, aut imprudentioribus fieri, & esse est possibile; id contrarijs horum multò magis. Hæc de locis a possibile assumptis: contrà verò accipienda sunt, quæ ab impossibile ducuntur.

Argumentum cap. 24.

Ad genus iudiciale transit, cuius finis cum iustum, & iniustum sit, quibus quasi vestigijs indagari possimus, vtrum aliquid factum sit, nec ne; fini conuingit decem loca, è quibus probationes accipimus, factum esse id, quod quæritur: ex hisdem oppositò modo totidem, non factum esse. primus locus est à minori, secundus à posteriori, tertius à velle, & posse, quartus a velle, quintus a posse cum cupiditate, sextus a posse cum iracundia, septimus ab ipso facturo, octauus a natis aptis fieri prius, nonus a solicitudine, decimus ab his, quæ nata sunt apta fieri posterius.

Loca

Loca fini generis iudicialis annexa quæ, & quot sint.

SIGON.

Factum verò, an non factum sit, ex his perserutari oportet.

1 Primum enim si quod minus naturam habet, vt fiat, factum est, etiam factum est, quod magis.

2 Et si quod posterius solitum est fieri, factum est, etiam quod prius, factū est. vt si oblitus est, etiam aliquando id didicit.

3 Et si potuit, ac voluit, fecit: qui enim cū possint, volūt, faciunt, quia nihil impedimenti habent.

4 Item, si voluit, & nihil extinsecus impediuit.

5 Et, si fieri potest, & iratus fuit.

6 Et, si potuit, ac concupiuit. plerunque enim, quæ appetunt, si possūt, etiam faciunt, improbi quidem propter intemperantiam, probi verò, quia

MAIORAG.

Quod si quæratur, vtrum aliquid factum sit, an non factū, his modis considerari potest.

Primo si quod à natura fieri minus est aptū, factum est; etiam id erit factum, quod fieri magis est aptum. 1

Et, si quod posterius fieri consueuit, factum est; id etiā, quod prius, factum est: ut, si quis rem aliquā oblitus est; etiam aliquando illam didicit. 2

Et, si quis quippiam efficere potuit, & uoluit; non dubium est, quin fecerit: oēs enim, cum aliquid possunt, & volant, id etiā efficiunt, cum nihil eis impedimento sit. 3

Et si voluntatem habuerit, nullaq; res eum externa prohibuerit. 4

Et si res illa fieri potuit, 5

quia proba discupiunt.

7 Et si futurum fuit, ut fieret, ac faceret; etem qui facturus fuit, etiam fecisse verisimile est.

8 Et, si facta sunt quæcunque ante illud, ante illius gratia nata sunt, vt si fulsit, etiam innotuit: & si tentauit, etiam effecit.

9 Et si quæcunque naturam habent, vt posterius fiant.

10 Aut id, cuius gratia fiunt, factum est, etiam quod prius, & huius est gratia, factum est. vt si intonuit, etiam fulsit, & si effecit, etiam tentauit. horum autem omnium alia ex necessitate, alia plerunque ita sunt. De non facto verò, manifestum est, ex contrariis eorum, quæ dicta sunt, peti.

factum etiam illud est, aliorum gratia fit: vt si tonuit, etiam fulgurauit; &, si confecit, etiam solicitauit. Ex his autem omnibus aliqua necessaria sunt, aliqua maiori ex parte fieri solent. Quod verò non factũ esse dicitur, facilè probatur ex contrariis eorũ, quę dicta sunt.

tuit, & qui feciſſe dicitur, iratus erat.

6 Et, si facultatem habuit, & concupiuit: nã plerique, si potuerint, ea faciunt, quorum desiderio tenentur: improbi quidem propter incontinentiam, probi verò, quia res tantum iustas desiderant.

7 Et si quid futurum erat, aut aliquis facere paratus erat: nam probabile est, cum quis facturus fuerat, etiam fecisse.

8 Et, si omnia facta sũt, quę naturæ ordine, vel ante illud, uel eius gratia fieri solent; ut, si fulgurauit; etiam tonuit: & si solicitauit, etiam confecit.

9 Et, si ea facta sunt, quæ naturæ ordine postea consequuntur, vel quorũ gratia fiunt alia;

10

EX-

EXPLANATIONES.

Quòd si quæratur, vtrum aliquid factum sit, an non factum] *Finis generis iudicialis est iustum vel iniustum. huic verò fini annexum est factum, & non factum, a quo assumuntur, vt explicat Aristot. plura loca, & propositiones, siue probationes. Quæstio autem sit, vtrum quis occiderit, vel aliud commiserit scelus, nec ne. Quòd occiderit, decem sunt loca, ac probationes, quæ id comprobent factum: totidemque, quæ factum reprobent. Primus locus sumitur a minori, cuius propositio est. si quod minus fieri natum est, id factum est; & id, quod magis natum est fieri, id quoque factum est. secundus a posteriori. & propositio est. si quod posterius fieri solet, factum est; & quod prius fieri solet, etiam factum est: vt, si oblitus; didicit aliquando. Tertius a velle, & posse, cuius propositio est. si efficere potuit, ac voluit; minimè dubium est, quin fecerit. Quartus a velle, cum nihil externi prohibeat. & propositio est. si voluntatem habuerit, nullaq; res externa prohibuerit; id fecit. Quintus a posse cum cupiditate, & propositio est. si poterat & id efficere cupiebat; id fecit. Sextus a posse cum iracundia. & propositio est. si id efficere potuit, & iratus erat; fecit. Septimus ab ipso facturo, cuius propositio est. si facturus erat; fecit: verisimile namque est ipsum fecisse, quod facturus erat. Octauus a natis aptis fieri prius. & propositio est. si facta sunt, quæcunque nata sunt, apta sunt ante aliquid fieri, ut apta nata sunt fieri illius gratia; & ipsum factum est: vt, si corra cauit; tonuit. Nonus a sollicitudine, cuius propositio est. si sollicitauit; etiam confecit. Decimus ab his, quæ nata sunt apta fieri posterius. &*

propositio est. si facta sunt, quæcunq; potius nata sunt fieri, vel factus est finis, cuius gratia id factum est; ipsum quoque factum est: vt, si tonuit; fulgurauit. Ex his verò propositionibus octaua, et decima sunt, necessariæ: tertia, quarta, quinta, & sexta ferè eandem possident facultatem: itemq; secunda & nonæ. aliæ uerò omnes præter octauã, & decimam sunt ex his, quæ maiori ex parte fieri solent.

Argumentum cap. 25.

Quibus locis aliquid iam factum esse fidem sumemus, ab hisdem etiam futurum aliquid esse probabitur. quæ loca & deliberatiuo generi, & iudicialiæquè sunt apta. ea uerò in futuro tot extant, quot de præterito recensuit Arist. in superiori cap. sed ex cõmunioribus quatuor enumerat. primus est a uelle, & posse: secundus a cupiditate, ira, & cogitatione cum posse coniuncta: tertius ab appetitione, aut cura: quæ nos a prius natis fieri.

Quæ futurum comprobent.

SIGON.

QVin etiam de futuro, ex ijsdem liquet.

1 Nam & quod in potestate, ac voluntate est, erit.

2 Et quę in cupiditate, & ira, & ratiocinatione cum potestate sunt.

Pro-

MAIORAG.

ATque ex ijsdem locis intelligitur etiã, quid futurum sit.

1 Nam quod est in potestate nostra, atque voluntate situm, id etiam erit.

2 Et quæ cupiditas iubet, & ira, & cogitatio, si

3 Propterea & si in impetu faciendi sit, aut in eo, vt facturus sit, erit. plerunque enim magis fiunt, quę futura, quàm quæ non futura.

4 Et, si quæcunque naturam habent, vt prius fiant, antecesserunt, vt si nubilatum est, verisimile est, pluiturum. Et, si quod huius est gratia, factum est, etiam hoc factum esse, verisimile est; vt si fundamentum, domus.

si potestati coniuncta sunt, erunt.

3 Præterea, si in procinctu est, vt fiat, aut si futurum est; erit: nam plerunque fiunt ea potius, quę futura erant, quàm quæ non futura.

4 Et si iam omnia extiterunt, quæ natura præcedere solent: vt, si nubes coactæ sunt; imber erit. Et, si qđ huius gratia fit, factum est; verisimile est etiam, hoc futurum: vt, si fundamentũ, etiam domus.

EXPLANATIONES.

Atque ex iisdem locis intelligitur etiam, quid futurum sit] *Finis deliberatiui generis est utile, & inutile, siue damnosum. huic fini diximus antea annexa esse possibile, & impossibile: futurum, & non futurum. & idcirco inquit Aristot. ex isdem locis quæstio de futuro tractari potest, ex quibus superior disputata est: nam primus locus a uelle, & posse sumitur, cuius propositio est. quod in potestate, & uoluntate est, uerisimile est ipsum fore. secundus, ab ipsa cupiditate, ab ira, & cogitatione si cum posse fuerint coniunctæ. & propositio est. quod est in cupiditate, uel ira, uel cogitatione cum posse simul, uerisimile est ipsum fore. Tertius ab appetitione, aut cura. & propositio est. quod in appetitione, uel cura est facienda, uerisimile est ipsum fore: nã ut plurimum, sæpius q;*

sunt, quæ uerè sunt, quàm quæ non sunt. Quartur a prius natis fieri, cuius propositio est. si facta sunt quæ prius fieri nata sunt; uerisimile est, ut hoc quoque fiat: ut, si fundamenta iacta sunt, fiet domus. hæc breui diximus, quæ ferè omnia amplectuntur superiora loca.

Argumentum cap. 26.

Quoniam in lib. primo de locis, quæ generi deliberatiuo, & demonstratiuo competunt, abundè differuit Arist. docuit quoque quæ magna, quæ parua, quæ maiora, & quæ minora bona sint: ut rem amplificare, atque imminuere possimus.

De magnitudine & paruitate rerum.

SIGON.

DE magnitudine autem rerum, ac paruitate, & maiori, ac minori, & omnino magnis, ac paruis ex ijs, q̃ a nobis ante dicta sunt, perspici potest. dictum est autem in deliberatiuis de magnitudine bonorũ, & de maiori simpliciter, ac minori. quare quoniam in singulis orationibus propositus finis, bonum est, vt vtile, & honestum, & iustum, non est dubium quin

MAIORAG.

DE magnitudine autem & paruitate rerum, & de maiore & minore, & omnino de magnis, & paruis ex ijs, quæ iam tradita sunt, nobis perspicuum esse potest: nam in ijs, quæ diximus de genere deliberatiuo, de magnitudine etiam bonorum, & de maiore, ac minore simul diximus. Quare, cum vnoquoque genere finis propositus bonus sit, & utilitas, honestas,

quin ex illis amplificationes sint ab omnibus assumendæ. nam si quis præter hæc aliquid de magnitudine simpliciter, & excellentia quærat, inanem disputationem instituat; siquidẽ ad rerum vsum ualent magis res singulares vniuersalibus. Ac de possibili quidem, & impossibili, & vtrum factum sit, an non factum, & erit, an non erit, præterea vero de magnitudine rerũ, ac paruitate, hæc dicta sint.

honestas, æquitas; perspicuũ est, inde sumendas cuiusque generis amplificationes. At vero præter hæc de magnitudine simpliciter, & de excellentia quærere, inanem est suscipere sed rerum monem: nam ad vsum, maiorem adferunt vtilitatem, quæ sigillatim traduntur, quàm quæ generatim, atque vniuersè. Ac de eo quidẽ, quod fieri potest, aut non potest, & vtrum factum sit, an non factum, & vtrum futurum sit, an non futurũ denique de magnitudine, & paruitate rerũ hæc dicta sufficiant. Reliquum est, vt de probationibus, quæ communes sunt omnium generum, dicamus, cum iam de proprijs dixerimus.

EXPLANATIONES.

De magnitudine autem, & paruitate rerum] *Honesto, & turpi, quæ finis sunt demonstratiui generis, annexa sunt magnum, & paruum, quibus ea amplificamus, vel extenuamus, quæ honestè, vel turpiter sunt acta. Aristot. in lib. 1. præcepit loca, atque propositiones à magno, paruo assumptas, quæ huic generi sint congruæ. Verùm, cum bona sit vtilitas, honestas, & æquitas; perspicuum est inde sumendas esse cuiusuis generis, non demonstratiui solùm, amplifi-*

plificationes. Itaque, quoniam magnum, ac parvum: maius, & minus annectuntur honesto, atque turpi; de horum locis, atque propositionibus, quæ ab ipsis ducuntur locis, fusius dicemus ad iuuenum vtilitatem, etiamsi & in lib. primo compositi sit scriptum. Accipiamus primum, quòd excedens est commune tam ad id, quod dicitur magnum, & multum, quàm ad id, quod dicitur maius, & plus: hæc enim omnia excedentia dicuntur: sed alia, atque alia ratione: etenim maius, vel plus dicitur, quod aliquid excedit quouis excessu siue magno, vel paruo: vel multo, vel pauco. magnum verò, vel multum dicitur, quod excessu grandi, uel multo excedit. qua ratione fit, vt excedens id appellatur, quod est tantum, & amplius: excessum verò, quod non est tantum. maius autem est illud, quod ad minus est excedens. vnde hoc pacto paruus homo altero paruo dici potest maior; quanquam neuter magnus est. minus verò est, quod ad alterum est excessum. plus autem ad alterum aliqua multitudine est excedens: paucum est aliqua quauis multitudine excessum. magnum est, quod excellenter excedit: multum quod in multitudine. paucum vero est id, quod per excellentiam, in multitudine exceditur. atque hæc de horum definitione. At verò magna, & parua: & maiora, & minora bona, loca, & propositiones dant quinquaginta quinque, quæ potissimum ad genus reducuntur demonstrationum: siquidem honestum sit bonum, & turpe malum. Primus locus sumitur ab eo, quod est, uel valet plura bona. huius propositio est. plura est maius bonum, quàm vnum, aut pauciora bona. ratio est; quia plura bona excedunt vnum, vel pauciora bona. Secundus est à maximo ad maximum, & propositio est. si maximum à maximo exceditur; ipsa quoque ab ipsis; vt, si vir maximus maior est, quàm maxima fœmina; omnino quoque

que viri sunt fœminis maiores. Tertius ab eo, quod antecedit. cuius propositio est. si sanus est, viuit. Quartus ab eo, quod maiorem rem excedit. & propositio est. quod excedit maiorem rem, maius est eo, quod excedit minorem. Quintus a factino maioris boni. & propositio est. quæ maioris boni effectiua sunt; ipsa quoque maiora sunt bona. Sextus ab effectino maiori, cuius propositio est. cuius effectiuum est maius; vt, si salubre iucundo est eligibilius, maius bonum; sanitas quoque maior est. Septimus à per se expetibili, & prop. ist. quod per se expetibile est, maius bonum est eo, quod per se expetibile non est; vt vires salubribus rebus. Octauus a fine, & prop. est. si alterum finis est, alterum non; finis maius bonum est. Nonus ab eo, quod minus eget. & prop. ist, quod minus eget, est melius indigenti. Decimus a principio. & prop. est. quod est principium, maius bonum est eo, quod principium non est. Vndecimus a causa. & prop. est. quod causa est, maius est bonum eo, quod causa non est. Duodecimus a maiore principio & prop. est. quod est a maiore principio, maius est eo, quod est a minore. Decimustertius à maiore causa. & prop. est. quod est a maiore causa, est eo maius, quod est a minore. Decimus quartus, ab eo, quod est varius, & propos. est. quod varius, eò maius est, quò plus abundamus. cuius prop. est. quo abundamus, maius bonum est eo, quo minus abundamus. Decimus sextus a difficiliori. huius propositio est. difficiliora facilioribus maiora sunt; quoniam variora. Decimus septimus a facilliori. & prop. est. facilliora difficilioribus maiora sunt: quoniam ea habemus, cum volumus. Decimus octauus a contrario, & propos. est. cuius contrarium maius, hoc maius bonum est. Decimus nonus a priuatione, & prop. est. cuius priuatio est maior, hoc est maius. Vigesimus a virtu-

te, & prop. est. virtus est non virtute maior: quia est finis. Vigesimus primus a maiori, & pulchriori virtute. & prop. est. cuius opera maiora, & pulchriora sunt, hoc est maius eo, cui opera sunt minora. Vigesimus secundus ab eligibiliori excessu, cuius prop. est. ea sunt eligibiliora bona, quorum excessus eligibilior, & pulchrior; vt bonus visus est olfactu bono eligibilior. Vigesimus tertius a meliori, aut laudabiliori cupiditate, cuius prop. est. cuius cupiditas est maior, & laudabilior, hoc est maius bonum; maiorum enim rerum maior est appetitio. Vigesimus quartus a pulchriori scientia, & prop. est. quorum scientia est pulchrior, horum maiora sunt bona: quia magis expetuntur. Vigesimus quintus a iuditio, cuius prop. est. quod decreuerunt prudentes omnes, uel nulli, vel plures, vel præstantes, maius esse bonum, id ita se habet. Vigesimus sextus a melioribus. & prop. est. quod inest melioribus absolutè, aut ea ratione, qua meliores sunt, maius bonum est, ut fortitudo viribus corporis. Vigesimus septimus a meliori eligente, & prop. est. quod melior eligit, hoc melius est, vt iustior magis eligit iniuriam pati, quàm inferre: nã melius est. Vigesimus octauus a delectabiliori, cuius prop. est. quod est iucundius, aut delectabilius, est maius bonum. Vigesimus nonus a diuturniori iucunditate, & prop. est. quod longiori tempore est iucundum, melius est eo, quod breuiori est tale. Trigesimus ab eo, cuius causa, & prop. est ea, quorum aut sibi, aut amicis causa esse malunt, maiora sunt bona. Trigesimus primus a diuturniori, & stabiliori, & prop. est. diuturniora, & stabiliora his, quæ minus diuturna sunt, meliora sunt. Trigesimus secundus a similibus casibus, vel coniugatis. & prop. est. sic aliqua sunt maiora, vt similia casu, vel coniugata sunt maiora; vt, quod fortiter fit, pulchrius, ac eligibilius

lius est, quàm quod modestè. Trigesimus tertius ab eo, quod omnes, vel plures appetunt. & propos. est. quod omnes appetunt, aut plures, maius est bonum eo, quod non omnes, aut pauciores. Trigesimus quartus ab eo, quod inimici litigio expetunt, aut iudicant. & prop. est. quod inimici litigio expetunt, aut iudicant, hoc est maius bonum. Trigesimus quintus ab eo, quod omnes participant. & prop. est. quod omnes participant, id est maius. Trigesimus sextus ab eo, quod nemo, aut pauci participant. Trigesimus septimus a laudabiliori, & pulchriori. & prop. est. quod laudabilius est, aut pulchrius hoc est melius. Trigesimus octauus a pretio. & prop. est. quorum maiora sunt pretia, ipsa quoque maiora sunt. est enim pretium ueluti dignitas, ac mensura rerum. Trigesimus nonus a iactura, & prop. est. quorum iactura est maior, ea sunt maiora. Quadragesimus ab apparentibus. & prop. est. quæ maiora apparent, ea sunt maiora, sed uerisimiliter. Quadragesimus primus a diuiso in partes, & prop. est. quod diuiditur in partes, uidetur maius. talis est enumeratio malorum, quibus tenetur populus ab hoste captus. Quadragesimus secundus a superpositione, ac aggregatione. & prop. est. quod partes in unum accumulat, melius videtur: magnum enim ostendit excessum aggregatio. Quadragesimus tertius ab eo, quod pro conditione est rarius, & difficilius. & prop. est. quod pro conditione est rarius, atque difficilius, hoc est melius; occasiones enim gentes, loca, tempora, modi, & vires res maiores reddunt. Quadragesimus quartus ab eo, quod ex seipso est. & prop. est. quod ex seipso est, hoc est maius bonum; vt per seipsum discere. Quadragesimus quintus ab eo, quod è maxima pars magnæ rei prop. est quod est rei magnæ pars maxima, hoc est minus eo, quod est pars maxima rei parnæ; vt, ciuitas, ablata inuẽ-

tate,

ute, ita est deformis, vt annus, si ab eo remoueatur ner. Quadragesimus sextus ab eo, quod in maiorē necessitate fit. & prop. est. quæ in maiori calamitate desiderantur, hæc maiora videntur: velut quæ in senectute, ac morbo. Quadragesimus septimus ab eo, quod fini est proprius. & prop. est. è duobus, quod fini est propius, hoc est maius bonum. Quadragesimus octauus ab eo, quod simpliciter est in nostra pstestate. & propositio est. quod in nostra potestate est, id est maius bonum, quàm id, quod non est. Quadragesimus nonus a possibili, cuius propositio est. possibile melius est, quàm impossibile. Quinquagesimus ab eo, quod in fine vitæ est bonum. & prop. est. quæ in fine vitæ sunt, meliora sunt his, quæ ad hæc ordinantur: nam fines magis sunt ea, quæ prope finem. Quinquagesimus primus ab eo, quod ad veritatem pertinet, & prop. est. quod ad veritatem pertinet, maius bonum est, quàm id, quod pertinet ad opinionem. Quinquagesimus secundus ab eo, quod magis esse, quàm videri quis vult. & prop. est. id magis bonum est, quod magis esse, quàm videri quis vult: attinet enim magis ad veritatem. Quinquagesimus tertius ab eo, quod est ad plura vtile. & prop. est. quod est vtile ad plura, hoc est maius bonum eo, quod est vtile ad pauciora. Quinquagesimus quartus ab eo, quod cum est, non latet. & prop. est. quæ cum adsint, non latent, meliora sunt his, quæ cum adsint, latent. Quinquagesimus quintus ab eo, quod cum aliis sit solum; aliis non solum charum est. prop. est. quod aliis solum, aliis verò nō solum charum est, hoc est maius bonum. hac ratione oculus melior est aure: etenim chari sunt soli, & non soli.

Argu-

Argumentum cap. 27.

Nunc Arist. ad instrumenta, quæ Oratorem habere oportet, redit. ea verò sunt duo, enthymema, & exemplum, quæ qua arte conficiantur, docuimus in lib. primo. sed hoc loco, quo ad exemplum attinet, distribuit ipsum in species, atque earum vsum explicuit. Itaque ait exemplum aliud verum, aliud fictum esse: fictum duplex, alterum collationem, alterum fabulam dici. facta igitur propositione, quæ est [primò igitur de exemplo] exemplum sic diuidit in species [duo sunt exemplorum genera] deinde singulas explanat species exempli, ac primum veram, vbi legitur [Est autem exemplum res quædam eiusmodi] secundò fictā, quæ cum duplex sit, altera collatio, altera fabulas primo loco collationem quæ sit, aperit his verbis [collatio est, qua Socrates frequenter vti solebat; vt siquis dicat] secundo fabulam hoc modo [Fabula est, vt ea Stesichori] atque [Aesopus in Samo] Exempli species declaratis vsum earum exponit, & inquit fabulam accommoda am esse concionibus: siquidem hæ ex imperitis hominibus ferè constant: deinde eam facilè inueniri posse, dummodo is, qui fabulam fingere vult, facultatē habeat perspiciendi in quaque re quid est simile. Eodem modo, ac prudentia collationes paventur: habent enim easdem vtilitates. Exemplum verò in senatu est longè vtilius, quàm fabula: quia primum præterita cum futuris conferens in tertio, quod sit non eiusdem, sed similis naturæ, facultatis, ac magnitudinis, aptissimum persuadet. deinde cum enthymemata non suppetunt; ad exempla confugimus. si verò suppetunt; vtimur exemplis pro testimoniis, quæ confirment, & corroborent. vnde satis vnum, vt testis vnus probatæ fidei, atque postponatur;

natur : nam , si præponatur enthymematibus exemplum ; multis opus est, quæ vim habeant inductionis. Hæc omnia habemus ibi [Sunt autem huiusmodi fabulæ]

De exemplis, quot, & cuiusmodi sint.

SIGON.

1 RElliquũ est, vt fides, quæ cõmunes sunt omnibus exponamus, posteaquã de propriis disseruimus. sunt autẽ communes fides genere duæ, exemplum, & enthymema. Nam sentẽtia pars enthymematis est. Ac primum quidem de exemplo dicamus. est enim inductio ni simile exemplũ, inductio vero principiũ.

2 Exemplorum autem duo genera sunt. siquidem vnum exempli genus est, res ante gestas exponere, alterum verò, ipsum cõfingere. huius autem vna est parabola, altera logi, vt Aesopici, & Libyci.

3 Est autem exemplum tale aliquid, vt si quis diceret, bellum aduersus

MAIORAG.

1 SVnt autem communium probationum genera duo, exemplũ, atque enthymema: nã sententia enthymematis pars est. primò igitur de exẽplo dicamus, quod inductioni perq̃ simile est: inductio verò quoddam est principium.

2 Duo sunt exemplorũ genera: alterum, quo res gestas commemoramus: alterum, quo nos ipsi fingimus aliquid peinde, vt gestum. atque hoc secundum genus iterũ diuiditur in duo, quorum alterum collatio, alterum fabula dicitur; quales sunt Aesopicæ, & Lybicæ fabulæ.

3 Est autem exemplũ, res quædam huiusmodi: vt, si quis diceret, opor-

sus regẽm apparãdum esse, neque vt Aegyptũ in potestatem redigat, patiendum: etenim Darius quondam nõ prius traiecit, quàm Aegyptũ occupauit; vbi vero occupauit, traiecit. iterũ Xerses non ante irruptionem fecit, quàm occupauit, vbi vero occupauit, traiecit. quare & hic si occupauerit, traiiciet, quare non permittendum.

4 Parabola verò, dicta Socratica: vt, si quis diceret, magistratus sorte creari non oportere; quia simile est, atque si quis athletas sortiatur, non qui in decertando valeant, sed cui forte obtigerit. aut ex nautis sortiatur, quemnã gubernare oporteat; quasi verò conueniat, cui forte obtigerit, non qui peritus sit, gubernare.

5 Logus vero, qualis est Stesichori aduersus Phalarim, & Aesopi de duce populari. Stesicho rus enim cum Himerẽses Phalarim ducẽ cum

summo

oportere contra Persarum regem arma parare, neque pati, vt in suã potestatem Aegyptum redigat. Etenim antea Darius nõ prius in Græciã traiecit, quàm Aegyptum cepisset: sed ea capta traiecit. atque iterũ Xerses non prius Græciam inuasit, quàm Aegyptum occupauit: quacum potitus esset; tunc inuasit Græciam. Quare etiam iste, capta Aegypto, copias in Græciam traiiciet. non igitur hoc illi permittendum.

4 Collatio est, qua Socrates frequẽter vti solebat: vt, si quis dicat, magistratus sorte creari non oportere: Nam id esset simile, ac si quis athletas eligeret sorte: non qui pugnare valeant, sed qui sorte contigerint: uel, sorte ducta, nautarum aliquem sumeret, cui nauis gubernanda traderetur: tanquam oporteat eũ, quem sors voluerit, non qui peritus sit, na-

uem

summo imperio delegissent, atque ei traditi custodes corporis essent, cum alia discrepuisset, logum hunc rettulit. Equus pratum solus olim tenebat. cum autem ceruus superueniens pabulum dissiparet, cerui vlciscendi cupidus, hominem percõtatus est, an cum eo pœnam de ceruo sumere posset. ille verò assentiuit, si modo frenum accepisset, & ipse in illum, tenens iacula, conscendisset. vbi verò ille conditionem accepit, & hic ascendit, pro pœna, quam petebat, confestim homini seruiuit: sic & vos, inquit, videte, ne dũ hostes vlcisci cupitis, idem, atq; equus, patiamini: frenũ enim iam habetis, cum ducẽ cum summo imperio delegeritis. at vero si custodes tradetis, & conscẽdere permiseritis, protinus Phalaridi seruietis.

Aesopus autem in Samo cum populi ducem de

uem gubernare.

Fabula est, vt ea Stesichori contra Phalarim, & Aesopi de turbulento oratore. Stesichorus enim, cum Himerenses ducem exercitus sui cũ summa potestate Phalarim creassent, atque illi custodes corporis dare constituissent: cum alia multa dixeruissent; tandem eis hanc fabulam narrauit. Equus olim pratum solus depascebat; cum ceruus superueniens illi pascua disturbauit. equus verò ceruum punire cupiẽs, quendam hominem interrogauit, an sibi suam operam in puniẽdo ceruo præstare posset: ille se posse respondit, modo frenum equus reciperet, ac se indorsum ascendere pateret, manu iacula gestantem. quam cum equus conditionem accepisset, & hominem dorso recepisset; non modo ceruũ non puniuit, sed in hominis seruitutem redactus est. Vos igitur, inquit,

de capite causam dicentem defenderet, dixit: vulpem, dum fiumẽ transiiceret, in voraginem decidisse, cumq; emergere non posset, confluctatam diu esse, & canimas muscas ei complures adhæsisse, herinaceum vero errabũdum, vt eam conspexit, misericordia captum, rogasse, num caninas indeabigeret, illamque non permisisse. verum cum ille causam quæreret, respondisse, quia hæ iã plenæ mei sunt & parum sanguinis exugũt: quod si has abegeris, famelicæ aliæ succedentes reliquum sanguinis mei exhaurient. quamobrem & vobis, inquit, ò viri Samij, hic quidem nihil amplius nocet, quadiues est. sin autem hũc necaueritis, succedent alij pauperes, qui publica depeculando ea vobis dilapidabunt.

Logi autem concionum sunt, atque hoc boni habent, quod res gestæ similes ad inuenien-

quit, cauete, ne, cum veletis hosteis vestros vlcisci; idem, quod equus iiceret, in voraginem ille, patiamini: iã enim frænum recepistis; post quam ducem exercitus cum summa potestate Phalarim elegistis. q, si custodes etiam illi corporis dederitis, & ascendere permiseritis; iam in eius seruitutem deuenietis.

Aesopus in Samo, cũ oratorem quendam turbulentum defenderet, qui rei capitalis insimulabatur, & de vita periclitabatur, ita dixit. Vulpes quædam, cum fluuium pertrãsire vellet; in voraginem decidit; &, cum exire inde nullo modo posset; multa mala diu perpessa est, plurimaq; canine mutuata nem vagaretur, atque illam conspexisset; misericordia motus interrogauit, an caninas mutuascas à te abigi vellet. illa vero nõ permisit. &, cum

niedum difficiles sunt, cum huius rei causam logi vero faciliores (sin gere enim ita, vt etiam parabolas cõuenit) mo do alij quis simile perspi cere possit. quod ex phi losophia cõmodius est.

7 Ac logi quidem para tu faciliores sunt, facta verò ad deliberationes vtiliora, quia futura prę teritis plerunque simi lia sunt. Cæterum exem pla, tanquam demon strationes, adhibere, q non habet enthymema ta, debet, quia per hæc fides fit, qui vero habet, tanquã testimonia, post enthymema subijcere. e enim præposita indu ctioni similia sunt, ora torijs autem inductio non est, nisi paucis in locis accõmodata: sub iecta vero, testimonijs, testis autem vbicũque idoneus. quocirca præ ponentem commemo rare multa necesse est, subiicienti vero vnum etiam satis: quia testis idoneus proficit etiam vnus. Ac quot quidem genera exemplorũ sint,

&

herinaceus peteret; di xit. Quoniam istæ iam satiatæ sunt, & parum sanguinis exugũt. quod si tu istas abegeris; alię famæ confectæ super uenient, quæ reliquum sanguinem meum totũ absument. Eodem mo do, inquit, o viri Samij, nihil hic orator nobis amplius nocet: est n. lo cuples. quòd, si hũc in terficiendum curaueri tis; alij pauperes succe dent, qui depeculantes remp. pecunias omneis vestras consument.

6 Sunt autẽ huiusmodi fabulę concionibus ac commodatæ, atque hãc in se commoditatem habent, quòd arduum est, res gestas, & exem pla iis, quæ tractantur, similia inuenire: fabu las autem, facile est: nã eas ita fingere, sicuti collationes licet; modò quis id, quod simile est, perspicere possit: quod ij facilè faciunt, qui sa pientię studiis incubue runt.

Ac

& quomodo ipsis, & quando vtendum sit, di cendum est.

Ac fabulæ quidem 7 facilius excogitantur, sed in deliberationibus exempla longè sunt vti liora: nam quæ futura sunt, plerunque paria, si miliaq; sunt iis, quæ iam facta sunt. Is autem poterit exemplis, tanquam demonstrationibus vti, qui argumentorum copiam non habuerit: nam per ea fides fit. quòd, si quis habet argu menta; debet exemplis pro testimoniis vti, quæ tanquam probationes, & conclusiones sint argu mentorum: nam exempla, si præponãtur argu mentis, vim inductionis habent. sed oratoribus inductio non est, nisi paucis admodum locis ac commodata. at verò, si postponantur; testimo niorum vim habent. testis autem vbique ad per suadendum aptus est. atque ideo, cum quis ex empla præponit; necesse est, vt multa cõgerat: & si postponit; vnum satis est: nam etiam testis vnus, qui probatæ fidei sit, multũ adiuuat. Quot igitur sint exemplorum formæ, quomodoq; sit eis vtendum, & quo tempore declaratum est.

EXPLANATIONES.

Sunt autem communium probationum] *i. argumentorum duo genera.*

Nam sententia enthymematis pars est] *enthymema constat ex propositione, & cõclusione, & utraque est enuntiatio significans aliquid de aliquo affirmatiuè, vel negatiuè. & talis enuntiatio hoc loco dicitur sententia.*

Quod inductioni perquam simile est] *i. quoniam exemplum est argumẽtatio, in qua enumeratur vnum, vel plura paria, vel similia, ex quibus quid*

Cc alind

aliud tale cõcluditur par, vel simili; idcirco simile est inductioni, in qua ex pluribus singularibus concluditur quid vnum vniuersale, uel singulare. sed differt exemplum ab inductione: siquidem terminus medius, & alter extremorum in inductione sunt eiusdem naturæ: in exemplo verò non eiusdem, sed similis naturæ.

Inductio verò quoddam est principium] hoc est, ea, quæ sunt unius naturæ sunt priora his, quæ sunt naturæ similis, vel sunt principiũ, & origo, è quæ ducuntur ea, quæ sunt naturæ similis.

Argumentum cap. 28.

Sententia quid sit, quot species, quibus cõueniat, & quis vsus, docet. Sententia est enunciatio vniuersalis eas continens res, quæ ad humanas actiones pertinẽt, & quas in agendo expetimus, vel declinamus. Quapropter, si pars enthymematis est talis; appellatur sententia. partes enthymatis sunt duæ, conclusio scilicet, & ratio, quæ & principium dicitur. hæc omnia [Sententia igitur] species verò sententiæ sunt quatuor: omnis enim vel rationem adiunctam habet, vel sine ratione profertur. ea quæ rationem habet, vel est pars enthymematis, vel non est pars, sed enthymematica dicitur. Ea verò, quæ sine ratione profertur, vel ab omnibus præcognoscitur, & simul atque prolata fuerit, approbatur: vel probationis eget. atque hæc admirabile quid, uel controuersum enuntiat, qualia sunt paradoxa. Hæc autem legimus ibi [Quòd, si ea est sententiæ natura] sententias verò aptè dicit senex, & is, qui magnum rerum habet usum, neluti sic scribit Arist. [seniori autem homini] Sententiæ verò locus, & tempus est, ut in conquestione, & in amplificatione eas generales proferamus, quanquàm non verè sunt

sunt generales, ut. Omnis homo est mendax: deinde ut permulgatas, & communes dicamus si causæ prosint nostræ. si obsint; contra eas tunc proferre, cum eas reprobando meliores uiri esse uideamur, uel si alia qua perturbatione simus commoti. Hæc verò habemus ibi [Generatim autem aliquid proferre] Vtilitas, quã adferunt sententiæ, est duplex: altera legitur [Magnam autem indicendo utilitatem adferunt] altera est [Est etiam alterà longè melior.]

De sententijs, quid, quam multæ, & quomodo inuestigandæ sint.

SIGON.

DE sententiis verò dicendis, exposito, quid sententia sit, maxime etiam & cuiusmodi de rebus, & quando, & quibus sententias dicere in orationibus cõueniat, apparebit.

Est autem sententia pronunciatum, non quidem de singularibus, vt qualisnam Iphicrates sit, verum vniuersalibus, neque de vniuersalibus omnibus, vt quòd rectum curuo contrarium, sed de iis, quorũ actiones sunt, eaque, quæ persequimur, aut fugimus, ad agendum.

MAIORAG.

QVod autem ad sententias dicendas attinet: cum, qd sententia sit, expositum fuerit; simul etiã perspicuũ erit, quibus de rebus, quo tempore, quibusq; personis conueniat in oratione sententias proferre.

Sententia igitur est enuntiatio, non quidẽ singularium rerum, aut hominum, vt qualis sit Iphicrates, verũ generis vniuersi: neque tamen omnium rerum absolutè, generatimq; vt, si quis rectum curuo cõtrarium esse dixerit,

Quare quoniam enthymema ferme syllogismus est, ex rebus huiusmodi constitutus, & conclusiones enthymematum, & principia, detracto syllogismo, sententiæ sunt, hoc pacto. *Quicunque prudens est, haudquaquam filios suos ad eximiam erudire sapientiam debet*. hæc quidem sententia est, causa verò adiecta, & cur ita sit, totum est enthymema, hoc modo. *Quia præter aliam ignauiam, infestam ciuium inuidiam sibi parant*. & illud: *Nemo ex omni parte beatus est*. item: *Nemo hominum liber est* sententia: cum eo vero, quod sequitur, enthymema: *Aut enim pecunia seruit, aut fortunæ*.

Si igitur sententia est id, quod diximus, sententiarum genera quatuor sint, necesse est. aut erunt cum subiectione rationis. ac quęcunque quidem confirmationē desiderāt, sunt quæ incredibile, aut controuersum aliquid continent. quæcunque vero incredibile nihil, sine subiectione rationis. Horum autem alias quidem, quia ante cognitæ sunt, nihil rationis indigere, necesse est, hoc pacto: *Viro valere optimum est, vt ego quidem opinor*. ita enim plerisque videtur; alias verò, simul dum proferūtur, iis, qui aciem inten derint, innotescere; vt: *Nemo amator est, qui per petuò non amet*. Quæ verò subiectam rationem habēt, aliæ enthymematis pars sunt; ut: *Quicunque prudens est*. alię enthymematicæ quidem, sed nō pars enthymematis. quæ in primis quoque probātur. hæ verò sunt, in quibus causa rei, quæ dicitur, extat. ut in hoc: *Immortalem iram ne serues, cum sis mortalis*. quia si dicas, itam seruare nō oportere, sententia est. quod vero additur: *Qui est mortalis*. quamobrē, aperit. Similiter vero

sed earum rerum omnium, quę ad humanas actiones pertinent, & quas in agendo vel expetimus, vel declinamus.

Quare, cum enthymemata nihil aliud sēre sint, quàm argumentationes, si quis in eiusmodi rebus, vel conclusiones, vel principia enthymematum, sine argumentatione sumat; erunt sententiæ, quales est illa.

Quicunque prudens est vir, is ne liberos
Optet suos nimis sciens teis effici.

ex definitione. & propositio est. Cui competit definitio, ei competit definitum. contrà quo remouetur definitio; & ab eo definitum: ut, dæmonium nihil est aliud, nisi Deus, aut Dei opus: ergo si quis Dei opus esse credat; hunc Deum esse necessariò credet. Octauus, cum aperitur, quot modis aliquid dicatur, hoc est, ex genere. cuius propositio est. à quo remouetur genus; ab eo remouetur id, quod sub genere eo est: vt, si Q. Curtius fuit fortis; exposuit se periculis pro patria. Nonus à diuisione, cuius exemplum est. Qui iniuriam faciunt, ab aliqua triũ causarum impelluntur, ab hac scilicet, uel ista, uel illa. sed non ab hac, nec ab ista: ab illa igitur. Decimus ab inductione, cuius prop. est. quod de singularibus est uerum per inductionem; uniuersaliter de vniuersali est uerum: ut, Matres de filiis ubique uera discernunt: nam Athenis, cum Mantias de filio dubitaret, illi mater indicauit: & Thebis &c. Vndecimus à rebus indicatis aut eisdem, aut similibus, aut contrarijs. huius propositio est. standum est ei, quod omnes, & semper, aut plurimi, aut sapientes: & ij vel omnes, uel clariores bonum esse iudicant: aut etiam si ipsi iudices, uel qui ipsis grati sunt: uel ij, aduersus quos iudicare non possunt, ut domini: uel aduersus quos iudicare turpe est, ut dij, pater, præceptor. dico standum esse ei, uel illi, quod est ei simile: uel non standum ei, quod est iudicato contrarium. exemplum. Si Eumenides sibi honestum esse duxerunt, in Ariopago causam suam tractari: Mixidemides non honestum sibi ducet? hæc de locis, quæ quamuis iudiciali, & demonstratiuo generi accommodentur; tamen deliberatiuo aptiora sunt.

Pars secunda argumentum cap. 30.

Duodecimus locus est à partium enumeratione, de cimusdecimus à consequentibus, decimusquartus à duplici opinione, decimus quintus à proportione, decimus sextus ab euentu, siue contingenti, sed utile est sumendum: decimus septimus ab electione, decimus octauus à causa non vera.

SIGON.

12 ALius: A partibus. quemadmodum in Topicis: *Quinam motus est animæ? aut enim hic, aut ille.* exemplum ex Socratis Theodecte petatur: *Quod templum violauit? quos deos non coluit, quos ciuitas asciuerit?*

13 Alius, quoniam plurimis in rebus vsu venit, vt eas boni, & mali aliquid consequatur: A consequentibus adhortari, aut dehortari, & accusare, aut defendere, & laudare, aut vituperare. exempli gratia, eruditionem mali illud sequitur, vt inuideatur. boni verò illud, vt sapiens sit: *Non er-*

MAIORAG.

12 ALius locus ab enumeratione partium: sicut etiam in Topicis. Si anima motus est; quinam est motus? vel enim hic vel ille. & illud exemplum ex Theodectis Socrate. Quod fanum violauit? quem Deum non coluit eorum, quos ciuitas veneratur?

13 Alius à consequentibus, quoniam in pluribus rebus accidit, vt eas bonum, & malum aliquod consequatur: ex eo, quod sequit, suadere, aut dissuadere, accusare, aut defendere, laudare, aut vituperare: vt, Eruditionem consequitur inuidia, quod est malum: & sapientia, quæ

est

go eruditioni operam dare oportet, ne inuideamur. Ergo eruditioni operam dare oportet, ut sapientes sumus. Atque hic locus Callippi ars est, possibili, atq; aliis assumptis, sicut dictum est.

est bonum. non est igitur scientijs danda opera: quoniam inuidiam subire nō oportet. imo vero scientijs opera dā da est; quoniam sapienti fieri oportet. Hic locus in arte Calippi p-

Alius: Quoties duabus de rebus, iisq; oppositis aut adhortari, aut dehortari conueniat, ad vtrasque eum quoque, cuius modo mentionem fecimus, modum afferre. differt quàm tamen, quòd ibi quæcunque res opponātur, hic vero contrariæ, vt sacerdos quædam filiū alterum à superfluentes; quoniam in eo quod iusta dixeris, in hominum offensionem incurres, si iniusta, in deorum. Immo verò cum populo agere de beas, quia, si iusta dixeris, homicidium tibi amorem concilies: si iniusta, hominum. Hoc autem idem valet, atque id, quod dixeris, aiebat; homicidium: *Oleum, & falem* nes te odio prosequentur: si verò iniusta; deos sosis; quando duorum contrariorum vtique

cipuè tractatur, in quo sumitur etiā, quod fieri potest. & alia, de quibus nobis iam antea diximus, ad vtrasque eum dictum est. Alius etiam a consequentibus, quanmodo dehortari conueniat, quæ consequuntur, aut suadere, aut dissuadere, opus fuerit, & eo, q hic vero contrariæ, vt diximus, modo in vtram partem vti. Differt autem hic locus à superiore; quoniam in eo quæcunque eueneriint, opponuntur: hic autem iā tum ea, quæ contraria sunt: vt, Sacerdos quæpiam filium suum in cōcione verba facere, & agere cum populo prohibebat. Nam, si iusta dixeris, aiebat; homicidium: si verò iniusta; deos offendes. Imo vero, dicet aliquis, concionari

boni, & mali aliquid ita consequens est, vt vtraque vtrisque contraria sint.

14 Alius: Quoniam non eadem res palam, atq; occulte laudant, sed palam quidem iustas, atque honestas summis laudibus efferunt, priuatim vero vtiles anteponunt, ex his alteram pro virili colligere. atque hic locus inter eos, qui contra opinionem proferuntur, est potentissimus.

15 Alius: Ab eo, q̃ res ex proportione cõtingãt. vt Iphicrates, cum filiũ suum, natu minorem, q̃ magnus eẽt, publicũ obire munus cogerẽt, dixit: *Si magnos pueros pro viris accipiunt, profectõ parvos viros pueros esse constituent.* & Theodectes in lege: *Si mercenarios milites, vt Stratacem, & Charidemum probitatis ergo in ciuitatem accipitis, non ne mercenarios, qui res nefarias commiserunt, è ciuitate pelletis?*

Alius: oportet: nam, si iusta dixeris; deos tibi concilias: sin iniusta; homines. hoc autẽ idem est cum eo, quod vulgo dicitur, paludẽ, & salem emere. Et hæc ratio blesos, hoc est inuersio, vocatur: cum duorum contrariorum vtrunq; bonum, & malum consequitur ita, vt vtraque sint vtrisque contraria.

Alius est locus, quando quidem homines nõ eadem palàm, & occultè probare solẽt: sed palàm quidem iusta, & honesta maximè laudant, occultè verò magis vtilia cupiunt, cum ex his quispiam conaẽ alterum concludere. Atque hic quidem locus præter cæteros, qui contra communem opinionem proferuntur, plurimum valet. 14

Alius locus, cum eadem ex proportione conueniunt: vt Iphicrates, cum eius filium, q̃ magno quidẽ erat corpore, sed adhuc ætate puerili, cogere vellent onera publica sustinere; dixit. Si pueros, qui magno sunt corpore, viros existimatis; ergo etiam uiros, qui pusillo corpore sunt, pueros estimare debetis. & quo Theodectes vsus est in lege. Nã si propter molestiam, probitatemq; mercenarios milites ciuitate donatis, vt Stratacem, & Charidemũ; non eos milites mercenarios exterminabitis, qui nefaria scelera perpetrarunt. 15

16 Alius: Si quod contingit est idem, etiam ea, ex quibus cõtingit, eadem esse. vt dixit Xenophanes, pari impietate præditos esse, qui natos deos dicunt, ac qui mortem obire; q̃a vtroque modo contingit, vt aliquo tempore non sint dij. Et omnino, quod ex vtroq; contingit, sumere pro eo, ac si idem sit semper. *Estis autem non de Socrate iudicaturi, uerum de professione, utrum operã dare philosophiæ conueniat.* item: *Terram, atq; aquam dare, est seruitutem seruire.* item: *Communis pacis participes fieri est imperata facere.* Sumendum est autem, vtrum fuerit utile. 16

17 Alius: Quòd non idẽ semper idẽ posterius, ac prius eligant, sed cõtra. quale est hoc enthymema: *Si electi quondam pugnauimus, ut restitueremur, restituti vero fugiemus, ne depugnemus?* aliquando enim constitucrunt pugnare, vt macerent, Alius locus ab euentu, si idem est, ut etiam eadem esse dicãtur ea, a quibus id euenit: ut quod Xenophanes dicebat, eodem modo impios esse illos, qui dicerent deos esse natos, atque eos, qui dicerent deos interire: nam utroque modo fit, ut aliquã do dei non sint, & omnino, quod euenit, ex utroque probare oportet, unum atque idem esse: ut, Non enim de Socrate, sed de toto hoc stu- 16

nerent, aliquando verò non manere, ne depugnarent.

18 Alius: Cuius gratia fit si non factum sit, huius gratia esse, aut factum esse, asserere. vt, si cui quis donum daret, vt eo allato, dolorem afferret. vnde & illud dictum est: *Multis dea magnas affert prosperitates, non vt eos diligat, sed vt calamitates habeant insigniores.* & illud ex Meleagro Antiphōtis: *Non vt feram interficiāt, sed vt testes sint Meleagri virtutis apud Græciā.* & illud ex Aiace Theodectis: *vt Diomedes Vlyssi præ cæteris asciuerat, non vt ei honorem tribueret, sed vt comes se esset inferior.* fieri enim potest, vt huius rei gratia fecerit.

studio iudicaturi essis, utrum philosophiæ dāda sit opera, necne: Et, terram, & aquam dare esse idem, quod seruire: &, communis pacis fieri participes, idem esse, atque imperatum facere. Cum autem alterutrum sumi possit; id erit sumēdum, quod nobis utile est.

Alius locus est ex eo, 17
quod ijdem nō eadem semper eligunt aut antea, aut postea; sed diuersis temporibus diuersa: ut in illo est enthymemate. Si, cum in exilio essemus, pugnauimus, ut in patriam rediremus; nunc postquā reuersi sumus, in exiliū abibimus, ne pugnemus: aliquando enim in patria manere pugnando elegerūt, aliquando verò patria potius discedere. quam pugnare, uoluerunt.

Alius locus est, cū quis dicit aliquid eius gratia esse, aut factum esse, cuius gratia neque est, neque factum est ut, si quis alicui quid donaret, ut illud deijt de idem auferens dolorem inureret. unde e iam illud dictum est.

Felicitates, atque opes dat maximas

Fortuna

Fortunæ multis, non quod illos diligat;
Sed de gradu præstantiore ut decidant.

& illud ex Antiphontis Meleagro.

Non tam necandi causa apri conuenerant,
Quam maximæ uirtutis ut testes forent
Meleagri apud Græcos.

& illud ex Theodectis Aiace, q̄ Diomedes Vlyssem socium elegerat, non quod eum honoraret; sed ut comes se esset inferior: nam ēt hac de causa à Diomede fieri potuit.

EXPLANATIONES.

Alius locus ab enumeratione partium] *Illud animaduertendum est eum, qui laudat, uel uituperat, non probare: nam res ipsæ, per quas laudamus, credi debent, ναὸὴ, demonstrari solent, nisi forte essent incredibiles. & propterea aut loca, & elementa laudum proferimus: aut quòd honestè, vel viriliter gesserit, maxima ex parte amplificamus. Arist. autem loca, atque elementa, quibus laudare, uel uituperare possimus, afferre creditur. sed propositiones omisit: nam frustrà sunt propositiones, nisi enthymemata sint. cum igitur genus demonstrationum enthymematibus non utatur; satis est elementa, & loca numerare. eaq̄, sunt octo. Primus est ab enumeratione partium, hoc est, à particularibus gestis: vt, aliquem laudare possumus in omnibus actionibus similibus; si in una bene, & viriliter se gesserit: veluti, ille sacrum non piè coluit: quoniam semel deos, quos ciuitas esse arbitrabatur, despexit. secundus est à consequentibus cum oppositione: vt, possumus laudare, & vituperare eruditionem: vituperare, quatenus ipsum sequitur malum, hoc est, inuidia: laudare, quatenus ipsam sequitur bonum, vtputa sapientia. unde*

sic

fic argue. non eſt ſcientiis danda opera: quoniam inuidiam ſubire non oportet. imò verò ſcientiis danda opera eſt: quoniam ſapientem fieri oportet. Tertius eſt à conſequentibus. ſed hoc modo. ſi iniuſta ſuades; dy: ſi verò iuſta; hominer te odio habebunt. atque hic locus inuerſio uocatur; cum ſcilicet, duorum contrariorum utrunque, bonum, & malum conſequitur ita, ut utroque ſint utriſque contraria. Quartus, quoniam non eadem occultè, atque apertè laudant: nam palàm honeſta, & iuſta laudant: occultè uerò magis utilia cupiunt. Quintus, quoniam ita ex proportione conueniat: ut, ſi pueros, qui magno ſunt corpore, uiros exiſtimatis; ergo etiam uiros, qui puſillo corpore ſunt; pueros exiſtimare debetis. Sextus eo, quod non idem ab eiſdem ſemper eligitur; ſed oppoſitum prius, aut poſterius: ut, ſi cum in exilio eſſemus, pugnauimus, ut in patriam rediremus; nunc, poſtquam reuerſi ſumus, in exilium abibimus, ne pugnemus? Septimus locus eſt ab euentu, ſi idem eſt, ut etiam eadem eſſe dicantur ea, à quibus id euenit: ut, eodem modo impy ſunt illi, qui dicunt deos eſſe natos, atque y, qui dicunt deos interire: nam utroque modo fit, ut aliquando dy non ſint. Octauus, ſi cuius gratia id factum non ſit; huius gratia eſſe, ac fuiſſe dicere: ut, Diomedes Vlyſſem ſocium eligit, non q̃ eum honoraret; ſed ut comes ſe eſſet inferior.

Pars tertia argumentum cap. 30.

Decimus nonus à ſuaſoryſ, & diſſuaſoryſ, vigeſimus ab incredibilibus, vigeſimus primus à repugnantibus, vigeſimus ſecundus à ſuſpicione eluenda, vigeſimus tertius a cauſa effectum inferente, vigeſimus quartus a meliori, vigeſimus quintus a repugnantibus, ſiue contraryſ factis, vigeſimus ſextus a perpe-

ram factis, vigeſimus ſeptimus a nomine. Præterea enthy. quæ redarguunt, magis excellunt, quam ea, quæ demonſtrant, & certiora auditori fiunt. ſed illa magis probantur, quæ ſtatim intelliguntur.

SIGON.

19 ALius litigantibus, ſuadentibuſq; cõmunis: Videre, quæ adhortentur, ac dehortentur, & quorum gratia & agant, & fugiant. hęc enim ſunt illa, quæ ſi adſint, agenda ſunt, nẽpe, ſi poſſibile, & facile, & vtile, & aut ipſis, aut amicis, aut inimicis noxam, ac damnum afferat. aut ſi damnum leuius ſit, quàm res. Atque ab his quidem adhortantur, dehortanturq; à contrariis, ab iiſdem autem his & accuſant, & defendunt, ab adhortantibus quidem defendunt, à dehortantibus vero accuſant. Eſt autem locus hic ars integra tum Pãphili, tum Callippi.

20 Alius: Ab iis, quæ fieri exiſtimantur illa quidem, ſed fide carent.

Quòd

MAIORAG.

ALius locus eſt com- 19
munis diſceptantium, & deliberãtium; vt ea cõſideremus, quæ vel impellere, vel retrahere poſſunt, & quorũ cauſa ſolent homines aliquid aut efficere, aut euitare: hæc enim, ſi adſunt; rem aggredi oportet; vt, ſi fieri põt, ſi facile eſt, ſi vtile vel ſibi, vel amicis, vel noxium, & pernicioſum inimicis: aut ſi minor eſt pœna, quàm id, qđ expetunt: nam his rationibus ſuadere ſolẽt, & contrarijs diſſuadere. quin ex ijſdẽ & accuſant, & defendunt: quibus. n. argumentis diſſuadent, ijſdem etiam defendunt, & quibus ſuadent, etiã accuſant. Vno verò hoc loco tota Pamphili, & Calippi ars continetur.

Alius

Quod in existimationē non cecidissent, si non essent, aut parum abessent. Et ꝙ magis; quia aut ea quæ sūt, aut quæ verisimilia sunt, opinātur. ꝙ si credibile, & verisimile non est, verū erit; neque enim quia verisimile, & credibile sit, ita existimatur, quē admodum Androcles Piteus legem accusans, cum oranti sibi obstreperent dicenti, *leges legem emendatricem desiderare, dixit, quia & pisces salem.* atqui neque credibile, neque verisimile est; qui in salso aluntur, egere sale, *& oli næ oleum*: atqui alienū à fide est, vnde oleum fit, ea oleo indigere.

21 Alius ad refutandum appositus: Repugnantia considerare, siquid repugnans sit in omnibus & temporibus, & actionibus, & sermonibus. ac seperatim quidem in litigatore, hoc modo: *Et ait quidem amare nos, uerum cum tri ginta uiri conspirauit.* Separatim

Alius locus ex ijs, quę 20
fieri quidem videntur, sed sua sponte incredibilia sunt; quoniam nō crederentur, nisi aut iā essent, aut propè essent. Imo magis credi dēnt: homines enim aut ea, quæ vera sunt, aut verisimilia credunt. quod vero īcredibile est, neque verisimile; & tamē fit, id vt verū sit necesse est: neque enim, quia verisimile sit, aut probabile ita videtur, sicuti Androcles Pittheus dixit, cum legem reprehenderet, & ei dicenti obstreperent. Egēt leges alia lege, quæ corrigat: nam & pisces salis egent. Atqui verisimile non est, neque probabile, cum in salso pisces nutriantur; salis indigere atqui etiam oliuæ egent oleo: cum tamen hoc incredibile sit, vt ex quibus oleum conficitur, illa oleo indigeant.

Alius locus ad refel 22
lendum accōmodatus, cum inter se dissidēti spe-

paratim uero in se ipso: *Et ait quidam, me litibus delectari, neque tamen me iudicium ullum intentasse, potest ostendere.* Separatim autem in se ipso, ac litigatore: *Et hic quidem nihil unquā mutuo dedit, ego uero multos uestrum etiam liberaui.*

22 Alius: Hominibus, & rebus calūnia affectis, credentibus causam incredibilitatis exponere; si quidem est aliud, propter quod uideat, hoc modo: Mulier quædam, cum filiam amplexandi gratia subiisset, videbatur cum adolescente concumbere; causa vero exposita, calumnia dissoluta est. & quemadmodum in Aiace Theodectis, Vlysses Aiaci causam exponit, cur cum Aiace fortior sit, non tamen existimetur.

23 Alius: A causa, & si extat, esse: & si non extat, non esse. nā & causa, & id cuius est causa, simul sunt, ac sine causa

spectamus, siquid in aduersarij persona possimus inuenire, quod dissideat ex omnibus eius tēporibus, actionibus, orationibus: vt, Iste quidem se vobis amicū esse ait: sed tamē cum XXX. tirannis coniurauit: aut etiam seorsū in persona nostra: ut, Iste quidem ait me sectatorem esse litium; sed tamen non potest ostendere quenquam à me vnquam in iudicio vocatum: partim vero in nostra, atque in aduersarij persona: vt, Iste neminem vnquam sua pecunia subleuauit: ego autem multos vestrum ab hostibus ca pros redemi.

Alius locus est cum 23
homines, vel res non videntur affines ei culpę, cuius accusantur: causa eius criminis, quod præter opinionem accidit, explicare: est enim aliquid, propter quod ita videtur: ut. Mulier quædam, cum se filio subiecisset, vt eum blan

dius

sa nihil est. quemadmodū Leodamas in defensione sui dixit, cum Trasibulus obijceret, quod in columna notatus esset in arce, verū ipsum Trigintauiris dominantibus abrasisse. *at non opus fuit*, inquit, *plus enim mihi Trigintauiri crediderunt, si gesta cum populo inimicitiæ extitissent.*

24 Alius: Videre, num liceat alio mō commodius, q̄ quemadmodum aut suadet, aut agit, aut egit; satis enim liquet, si non ita se habet, non egisse. nemo enim spōte sua, ac sciēs deteriora prælegit. est tamē hoc falsum; quia post sæpe apparet, quē admodum commodius agi poterat, quod prius obscurum erat.

25 Alius: Simul videre, num quando gerēdum aliquid sit, quod ijs, quę gesta sunt, aduersetur. vt Xenophanes consulentibus Eleatis, num sacrificarēt Leucotheę, atque lugerent, respondit, si deam putarent, ne dius salutaret; uisa est staprum cum adolescēte illo commisisse; sed explicata causa, statim crimen solutum est. & in Aiace Theodectis Vlysses Aiaci causam explicat, cur, cum ipse esset Aiace fortior; non tamen esse uideretur.

Alius locus est à causa; vt, si causa extiterit; factum esse dicatur: si non extiterit; non esse factum: nam simul est causa cum eo, cuius est causa, & sine causa nihil est; ut Leodamas in defensione sua dixit. cum enim Thrasybulus eum accusaret, ac diceret, eius nomen tanquā infamis, & hostis in eolūna, quæ in arce erat, olim incisum fuisse; sed ab eo, cum XXX. rum potirentur, fuisse abrasum; respondit, illud non esse verisimile. Nā mihi, inquit, XXX. tyranni magis credidissent, si quas cum populo gessissē inimicitias, in columna segnatas uidissent.

Alius

ne lugerent, si hominē, ne sacrificarent.

26 Alius locus: Ab ijs, in quibus peccatum est, accusare, aut defendere. vt in Carcini Medea: Sunt, qui accusent, q̄ liberos interfecerit: ne que enim eos extare. sciens, volensque ea, peccauit enim Medea, quę deteriora sunt, eliquòd eos amandauit. Illa verò defendit, se non liberos, sed Iasonem q̄ facere melius erat, interfectura fuisse; postea cognoscatur; cū hoc enim si prætermisisset, peccasset, si modo illud etiam alterum perpetrasset. Est autem locus hic, & forma enthymematis prior ars Theodori tota.

27 Alius: A nomine, vt Sophocles: *Aperte fidere, & ferens nomen.* & vt in deorum laudibus soler dicere. & vt cornu Thrasybulum thrasybulon nominabat, & Herodicus Thrasymachum, semper Thrasyma cos es. & Polum, semper polos es, & Draconem sedgisiatorem, quòd non hominis leges essent, sed draconis, quippe aspe.

Alius locus est videre, an melius alia ratione, ac via potuissent ea geri. quæ vel suadet faciendа esse, vel facit, vel iam fecit: perspicuum est enim si ita sit, eum non fecisse; nam nemo sciens, volensque ea, quę deteriora sunt, eligit. Sed hoc falsum est: sæpe enim accidit, vt qd facere melius erat, postea cognoscatur; cū incertum esset antea.

Alius locus est videre, an quicquam geri deberat, quod rebus iam gestis contrarium sit: vt Xenophanes cum ab eo perijssent Elæatæ, vtrū, cum Maturæ sacrificarent; lugerent, necne, consuluit, vt si deam illam esse putarent, ne lugerent: si hominem, ne sacrificarent.

Alius locus ex iis, quę male facta sunt, vel accusare, vel defendere; vt in Carcini Medea, q̄dam eam accusat, quod filios interfecerit; quoniam illi nusquam apparebant; in hoc enim

aſperæ: &, vt Euripidis Hecuba in Aphroditē: *Et nomen deæ rectæ Aphroſynes initium*. & quemadmodum Chæremon: Pentheus *futuræ calamitatis nomen fert*.

Probantur autem magis quæ ad refutidum, quàm quæ ad demonſtrandum idonea ſunt. qa quod refutandi vim habet rerum eſt contrariarum in anguſto loco collectio. quæ vero iuxta ſe poſita ſunt, auditori facilius innoteſcūt ex omnibus autem & q ad refutandum, & qui ad demōſtrandum idonei ſūt, ſyllogiſmi maxime perturbant, quæ ſunt eiuſmodi, vt cum proferri incipiunt, ea prouideant, non φ emi nentia ſint; quia ſimul & ipſi præſentientes ſe cum lætantur, & quæ eatenus ſubſequuntur, vt ea ſimul ac ſint dicta, intelligant.

peccaret Medea, quod filios ſuos amandaſſet. ſed ipſa ſe defendit, φ nō filios, verūm ipſum laſonem interfeciſſet. Nā omnino peccaſſem, inquit, niſi hoc feciſſe; cum illud alterum peccaſſem. Hic autem locus, atq; hæc ſpecies argumentandi totam priorem Theodori artē continet.

Alius locus eſt à nomine; vt, quo Sophocles vſus eſt, 27

Ferina uerè dicere; nā ferreæ es.

& quemadmodum in deorum laudibus cane re conſueuerunt; &, quemadmodum Conō Thraſibulum a nomine, temerarium in conſiliis capiendis appellabat. & Herodicus Thraſymacho dixit. Semper Thraſymach⁹: & Polo, Semper polus es. & Draconem legislatorem imitabatur; quod eius leges non hominis; ſed draconis eſſent; erant enim aſperæ. &, quemadmodum Hecuba apud Euripidem contra Venerem dixit:

Accom-

Accommodatum nomen eſt tibi indutum,
Regina cum dementia tu ſola ſis;

& quemadmodum Cheremon;

Pentheus futuræ ſortis agnomen tulit.

Enthymemata verò, quæ redarguunt, magis excellunt, quàm ea, quæ demonſtrant; propterea, quod paruo, anguſtoq; in loco contraria colligunt, quæ inter ſe collata ſtatim auditori certiora fiunt. Omnium autem argumentationum & quæ refellunt, & quæ demonſtrant illa maximè commouere animum ſolent, quæ, cum proferri incipiunt; intelliguntur: non tamen quia fiat in promptu: nam ſimul etiam ipſi ſecū gaudent auditores, cū vim argumenti præſentiunt. probantur etiam illa argumenta, quæ ſimul ac dicta ſunt, intelliguntur.

EXPLANATIONES.

Alius locus eſt communis diſceptantium, & deliberantium] *In iudicialibus, vt nonnullis placet, primus locus ſumitur ex ſuaſoriis, & diſſuaſoriis: nā defendunt quidem ex diſſuaſoriis, accuſant verò ex ſuaſoriis. & prop. eſt. cum diſſuaſoria adſunt; veriſimile eſt non feciſſe: cum verò adſunt ſuaſoria; veriſimile eſt feciſſe. Suaſoria verò ſunt, ſi poſſibile, ſi vtile, ſi facile aut ſibi, aut amicis: ſi nouum inimicis, ſi iactura, ſiue pœna maior ſit, quàm id, quod expetunt. Secundus locus ſumitur ab incredibilibus, cuius prop. eſt. ſi vnum incredibile eſt uerum; veriſimile eſt alterum eſſe verum: vt, egent leges aliæ lege, quæ corrigat: nam & piſces ſalis egent. hæc nec probabilia, nec credibilia videntur. Tertius locus eſt à repugnantibus, cuius prop. eſt. cuius uerba uerbis, uel facta uerbis repugnant; eius dictum nullum eſt.*

bio autem locus communis est accusanti, & defendenti. accipitur quidem ex omnibus eius temporibus, orationibus, & actionibus: vt, iste nobis amicum esse ait: sed tamen cum triginta tyrannis coniurauit. Et, iste neminem vnquam sua pecunia sublenauit: ego autem multos vestrum ab hostibus capros redemi. Quartus est, cum res, aut homines suspecti sint, aut videantur, causam criminis, quod præter opinionem accidit, explicare. & prop. est. posita causa eius, quod suspitionem facit, verisimile est suspitionem refelli: ut, impudica cum videretur mulier, quam osculabatur iuuenis; dicit sibi filium esse. Quintus à causa si est, quod sit: si non est, quod non sit. prop. est. si alicuius causa extiterit; & effectus est: si causa verò eius non sit, ille non est: etenim causa simul cum ipsius effecta extitit. exemplum lege. Sextus est videre, an melius alia ratione, ac nunc potuissent ea geri, quæ vel suadet facienda, vel facit, vel iam fecit. cuius prop. est. verisimile est quemlibet meliora eligere; si meliora cognoscit. ut, si accusatus ostendere potest, quòd cognouerit se melius agere potuisse, quam illud, de quo accusatur, sit; defenditur: nemo nemo sciens, volens ea, quæ deteriora sunt, eligit. sed hoc est falsum. Septimus est videre, an quicquam geri debeat, quod rebus iam gestis contrarium sit. & prop. est. accusatio, quæ implicat contraria, nulla est: ut, si deæ hanc esse oportuit; ne lugeatis: si hominem; ne sacrificetis. Ofanus à perperam factis. & prop. est. si vnum perperam fecit; verisimile est aliud non perperam fecisse: ut, Medea accusata de filijs amandatis sic se defendit. Non filios, verùm ipsum Iasonem interfeci: nam omnia peccassem, nisi hoc fecissem: cum illud alterum perpetrassem. Nonus sumitur à nomine, cuius prop. est. verisimile est personam agere pro nominis ratione. ut, qui Draconem legislatorem

rem insimulabat, ait, quòd eius leges non hominis, sed draconis essent.

Argumentum cap. 31.

Sed loca fallacium enthymematum exponamus; quæ plura refert Arist. horum primus est in elocutione. secundus, cum quis, quod seiunctum est componit dicendo: aut, quod compositum est, seiungit. tertius, cum rem ipsam amplificat, antequam factam esse ostendat. quartus est à signo. quintus ab accidente. sextus à consequente. septimus, cum eam dicimus esse causam, quæ causa non est. octauus, cum nec quando, nec quomodo res gesta sit, explicatur. nonus, cum id simpliciter esse verisimile ponitur, quod aliqua ex parte tantum est verisimile.

De locis adumbratorum enthymematum.

SIGON.

QVoniam autem accidere potest, vt vnus syllogismus sit, alter non sit quidem, sed videatur, necesse est, & enthymema vnum qui dem esse enthymema, alterum verò non esse, sed videri, quia enthymema syllogismus est quidam.

Loci autem eorum, quæ videntur, enthymematum, vnus est in dictione.

MAIORAG.

SEd, quoniam plerunque accidit, vt aliquis verè sit syllogismus, aliquis non verè, sed tantum syllogismi speciem habeat, necesse est, vt idem etiam de enthymemate eueniat, vt aliquod verè sit enthymema, aliquod non verè, sed tantum esse videatur, cum præsertim enthymema syllogismus quidam sit. Loci

ctione. atque huius vna pars est, perinde, ac in dialecticis, nullo adhibito syllogismo, extremum in modum conclusionis efferre. *Non igitur hoc, & hoc. Necesse est igitur hoc, & hoc.* Et enthymematibus contorte, oppositeque differre, enthymema videtur, quia eiusmodi dictio campus est enthymematis. tale autem videtur esse, à figura dictionis. Ad syllogisticè verò dictione dicendũ proficit, multorum capita syllogismorum efferre, hoc modo: *Alios seruauit, alios ultus est, Græcos autem in libertatẽ vindicauit.* quippe quia ex aliis horum vnumquodque demonstratũ est. quæ si coniungãtur, iam ex his effici aliquid videatur. altera verò est in homonymia, vt si qs dicat, virtute præstantẽ esse Mys, à quo augustissima omnium Initia existunt. Siquidem Mysteria omnium augustissima initia sunt. aut si quis

verò fallacium enthymematum hi sunt.

Ac primus quidẽ est in elocutione, cuius vna pars est (vt in differendi rõne docuimus) cum quis etiam si non collegerit; tamen extremam partem asseuranter concludit, vt. Non est igitur hoc, & hoc; quare necesse est, vt hoc, atque hoc sit. Quin enthymema videtur, quoties quis oratione cõtorta, & ex contrarijs conflata vtitur: nam huiusmodi elocutio sedes est enthymematis. hæc verò fallacia similis est ei, quæ in Dialecticis à forma dictionis vocatur. est autem in hac re vtile, vt quis dicendo videatur concedere, multarum argumentationum capitasimul proferre, vt. Nos quidem seruauit, alios punitus est, Græcos in libertatem vindicauit: nam vnumquodque horum ex alijs probatum est. cum autẽ simul omnia ccm

ponũtur; videtur ex eis aliquid confici.

Altera pars nascitur ex multiplici nominis significatione; vt, si quis diceret, murem magna virtute præditum esse, à quo præstantissima omnium sacra denominata sunt: nam mysteria sunt omnium aliorum sacrorũ præstantissima. vel, si quis canem laudans, etiam eum, qui in est cœlo celebraret: aut Pana deum, quoniam Pindarus dixit.

Beate, quem magnæ dea
Varium nocant dei canem.

uel, quod nullum habere canem, indecorum est. Quare perspicuum est, canem esse honorificum. &, si quis dicere conuenit: est autẽ hoc oratio Euthydemi, omnium maximè libet vt illud: *quòd nouit triremem in Piræo esse*: quia singula nouit, & illud: *quod qui scit elementa, carmen scit*, quia carmen idem ipsum est, *& quoniam bis tantum mori ovũ est.*

Alius: Quod distinctũ est, coniunctim, aut qđ coniunctum, distincte proferre: quoniam eũ idem videtur esse, cum sæpe non sit idem, vtrũ opportunius erit id facere conuenit: est autẽ hoc oratio Euthydemi, vt illud: *quòd nouit triremem in Piræo esse*: quia singula nouit, & illud: *quod qui scit elementa, carmen scit*, quia carmen idem ipsum est, *& quoniam bis tantum mori ovũ est.*

est, neque unum salubre est. asserere, quia absurdum est, si duo bona, vnum malum sit. atque hoc quidem modo valet ad refutandum, hoc vero ad demōstrādum, Quippe vnum bonum duo non sunt mala: totus autem locus est captiosus. item Polycratis illud in Thrasybulum; *quòd triginta tyrannos sustulit*, si quidem coniungit. rursus illud in Oreste Theodectis: (ex distinctione nanque est.) *Aequum est, si quæ mari tum interficiat, ipsam mori, & filium patrem ulcisci, hæc igitur facta sunt.* nam si coniungantur, fortasse non æquum. poterit etiam à defectione proficisci, quia tollitur, à quo.

3 Alius locus est: confirmare, & infirmare cum indignatione. hoc autē est, quoties, quam rem factam esse non demonstrarit, eam exaggeret: efficit enim, vt videat, aut non feciſſe quoties q arguitur, exaggerat, aut

nam esse dignum oratione non vno modo dicitur.

2 Alius locus est, cum quis, quod seiunctum est, dicendo componit: aut, quod compositum est, seiungit. quoniam enim idem videtur, cū tamen non idem sæpe numero sit, id amplectendum est, quod vtilius esse videtur. est autem hæc Euthydemi ratio, vt, Scis triremem in Pyreo esse; nā vtrunque separatim nouit: &, si quis dicat, eum, q scit elementa, scire etiā carmen; nam carmen idem est: &, Si duplum est insalubre; neque simplum erit salubre: nam absurdum est, si ambo sunt bona; vnum esse malum. Atque hoc quidem modo in refellendo valet, ille verò in demonstrando: neque enim ex duobus malis vnum bonum esse potest. Totus autem hic locus captiosus est. tale est illud Polycratis in Thrasybuli laudem, qđ Thra-

aut feciſſe, quoties qui Thrasybulus XXX. tyrannos sustulisset, connon est enthymema; fit iungit enim: atque illud Theodectis in Oenim, vt aut feciſſe, aut non feciſſe, falso credat reste, ex diuisione proauditor, quanuis demōstratum non sit. latum.

Eam, maritum quæ necauit, emori,
Patrisq; mortem uindicare filium.
Iustum est, ut hæc effecta sunt:

4 Alius: A signo, quia neque hoc concludi syllogismo potest. vt si quis dicat, *ciuitatibus utiles amatores esse, quia Harmodii, & Aristogitonis amor Hipparchum tyrannum euertit. & Dionysiū furem esse, quia improbus fuit.* nam neq; hoc syllogismo concludi potest; neque enim omnes improbi fures, sed omnes fures improbi sunt.

5 Alius: Ab accidenti; quale quod in mures protulit Polycrates, *eos comedendis neruis auxilium attulisse*, aut si quis dicat, *ad earam inuitari, honorificentißimum esse, quia Achilles, q. inuitatus non fuit, in Tenedo Achiuis succensuit.* at ille, quia parum æstimatus fuerat, succensuit. id autem accidit ex eo, quia inuitatus non fuit:

nam hæc, si coniuganntur, fortasse non erunt iusta. potest etiam hæc, à defectione fallacia progredi: quoniam ablatum est à quo.

3 Alius locus est, cum quis amplificatione vtitur in confirmādo, aut refellēdo, hoc est, cum rem ipsam amplificat; antequam factam esse ostendat. reus enim, cū crimen amplificat; inducit opinionem, quod ipse nō commiserit: accusator contrà, cum indignatur; facit, vt reus feciſſe videatur. Hoc igitur non est verum enthymema: decipitur. n. auditor. & factum, aut nō factū credit; quam-

Alius:

Alius: A consequenti, ut in Alexandro: *Magnanimum esse, quia solus in Ida nulgaris multitudinis consuetudine neglecta uersetur*, quia enī magnanimi tales, & hic magnanimus iudicabitur. *& adulterū esse, quia se comat, & de nocte uagetur*. quia adulteri quoque tales. eadem ue ro etiam ratione, quia mendici in templis & cantant, & saltant, & quia exulibus vbicunq; libet, incolere licet: qa enim hæc iis suppetūt, qui beati esse putantur, & ij, quibus hæc adsūt, putabuntur esse beati. differt autem, quo modo fiat, quocirca in defectionem incurrit.

7 Alius: A non causa, quasi causa, quippe propterea q̄ simul, aut post eam euenerit. quod eī post illam est, æque, ac propter illam accipiūt, maxime æque qui in reprehensionibus versantur, vt Demades, Pericli hēnis politiam fuisse calamitatum omnium extitisse quia post eam bellum est exortum.

Alius locus est a signo: nam hoc etiam uerum concludēdi rationem non seruat; ut, si quis diceret in ciuitatibus utileis esse amatores: nam Harmodij, atque Aristogitonis amor Hipparchum tyrānum sustulit: vel, siquis prorogare vellet, Dionysium esse furem; eo quod improbus sit: hoc enim nihil concludit: neque. n. quilibet improbus est fur. sed contrà potius, oīs fur est improbus.

5 Alius locus est ab accidente: ut, quod ait Polycrates in laudem murium, quòd auxilio fuerint, deuoratis arcuum neruis: vel, siquis diceret, ad cœnam vocari rem esse honorificētissimam: Achilles enim cum in Tenedo vocatus ad cœnam nō fuisset; Græcis magnopere succensuit. At ille, tanquam quia non inuitatus ad cœnam fuerat.

8 Alius: A defectione contemporis, & modi, vt, *Alexander iure Helenam rapuit, quia ipsa a patre optionem acceperat*: neque enim fortasse in perpetuum, sed primis temporibus: nam exactus in potestate pater fuit: aut, si quis dicat, *liberum hominem cædere, contumeliam esse*. ne quidlibet enim vsquequaq; verum quoties iniuriosas manus prior intulerit.

9 Præterea verò vt in Eristicis, apparens syllogismus existit ab eo, qđ non est simpliciter, & non quòd vbicunque terra simpliciter, sed quiddā, quale in dialecticis: *Non ens esse ens, quia non ens est non ens, & quod cognosci non potest, sciri posse, quia quod cognosci non potest, sciri potest*, Alius locus est à contemporis, & modi, sequente; vt in Alexandro, quòd vir esset excelso animo; quia solus in Ida monte relicta æneque enim fortasse in qualium cōsuetudine, perpetuum, sed primis vitam ageret: nā, quia temporibus: nam excelso animo viri tanquam in potestate pater les sunt; etiam hic talis habuit: aut, si quis divideri posset: &, quia vestitu nimio indulget, & nocte vagatur, adulter est: tales enim sunt adulteri. eodem modo, siquis mēdicos diceret esse beatos; quòd in sacris locis suo arbitrio canūt, & saltant: atque exules itidem beatos, quòd vbicunque terrarum voluerint, domicilium habere possint: quoniam enim hæc ij facere possunt, qui beati videntur, etiam, qui hæc faciūt, beati videri possunt, Differt aūt, quod Differt aūt, quo modo hæc fiant: atque ideo etiam in defectionem incidit.

7 Alius locus est, cum dicimus esse cauerisimile, sed quiddam eam esse cauerisimile est. hoc autē iam, quæ causa nō est:

quia non inuitatus ad cœnam fuerat.

6 Alius locus est à contemporis, & modi, vt, sequente; vt in Alexandro, quòd vir esset excelso animo; quia solus in Ida monte relicta æneque enim fortasse in qualium cōsuetudine, perpetuum, sed primis vitam ageret: nā, quia temporibus: nam excelso animo viri tanquam in potestate pater les sunt; etiam hic talis habuit: aut, si quis divideri posset: &, quia vestitu nimio indulget, & nocte vagatur, adulter est: tales enim sunt adulteri. eodem modo, siquis mēdicos diceret esse beatos; quòd in sacris locis suo arbitrio canūt, & saltant: atque exules itidem beatos, quòd vbicunque terrarum voluerint, domicilium habere possint: quoniam enim hæc ij facere possunt, qui beati videntur, etiam, qui hæc faciūt, beati videri possunt, Differt aūt, quo modo hæc fiant: atque ideo etiam in defectionem incidit.

7 Alius locus est, cum dicimus esse cauerisimile, sed quiddam eam esse cauerisimile est. hoc autē iam, quæ causa nō est:

generale nō est, quemadmodum etiam Agathon inquit: *Fortasse verisimile illud esse alicui dixerit, mortalibus multa non verisimilia euenire*; euenit enim id, quod est contra uerisimile. quare uerisimile etiam est id, quod contra uerisimile est. si autem hoc, quod non est verisimile, verisimile fuerit illud quidem, sed non simpliciter. Verum quemadmodum in Eristicis, nisi addantur, Secundum quid, & ad qd, & Quatenus, calumniā afferunt, item hic, contra verisimile est, non simpliciter, sed quoddā verisimile. Ex hoc autē loco ars Coracis est cōstituta. nam, si culpę nō sit affinis, vt si imbecillus de verberibus arguatur: quia verisimile non est. & si sit affinis, ut si robustus, quia uerisimile non est; quia futurū erat, vt verisimile in opinionem incurreret. eadem; etiam ratione in cæteris, aut enim culpę affinem, aut nō affinem esse necesse est. ac verisimilia quidem ambo uidentur. verum illud est verisimile, hoc vero nō simpliciter, sed quemadmodum dictum est. & hoc est, inferiorem causam dicēdo superiorem efficere. Quo factum est etiam, vt iure Protagorę molestè homines ferrent. quia falsum. & non verum, sed apparens verisimile est, atque in nulla arte, nisi in rhetorica, Eristicaq; versatur. Ac de enthymematibus quidem, & quę sunt, & quę videntur, dictum est.

vt, quod vnà cū facto, aut post accidit: nam illud ita accipiunt quasi propter factum euenerit. & hoc ij præcipuè vtuntur, qui in Rep. versantur: vt Demades aiebat, Demosthenem in administratione Reipu. malorum omnium causam, & auctorem fuisse. Nam postquam is ad Remp. accessit, bellum exortum est.

Alius locus est, cum nec quando, nec quomodo res gesta sit, explicatur. vt, si quis dicat, ab Alexandro iustè Helenā abductam fuisse; quoniā illi pater optionem dederat, vt quē vellet, sequeretur: neq; enim semper eodem modo, sed initio tātum optionem dedit, quo tempore pater eam in potestate habebat: vel, si quis dicat cædere liberos hominēs esse cōtumeliā: neque enim hoc quocunque modo verū est, sed quando quis iniuriosè cædere caperis.

Præterea, sicut in contentiosis disputationibus fit adumbratus, falsusq; syllogismus, cum absolute, simpliciterq; ponitur aliquid, quod nō simpliciter, sed cum aliqua adiunctione poni debet, vt apud Dialecticos probatur id, qđ nō est esse. Quod enim non est, est id, quod nō est, & quod percipi non potest, scientia comprehendi: scitur enim id percipi nō posse, quod non potest percipi. sic etiam in Rhetoricis fit adumbratū enthymema, falsumque, cum id simpliciter esse verisimile ponitur, quod aliquo modo tantum est verisimile. Hoc autem generatim non accidit, sicut etiam Agathon ait.

Verisimilia forsan quis esse diceret,
Multa euenire, quæ verisimilia sint.

fit enim aliquando id, quod non erat verisimile. quare verisimile est etiam, præter verisimile. Quod si ita est; id etiam, quod verisimile nō est, verisimile erit. sed nō tamen simpliciter, verum sicut in contentiosis disputationibus, cum non additur, ex qua parte, & quo cum collata, & quo in loco gignitur captio; ita etiā in hac arte, cum de verisimili verba fiunt, quod non simpliciter, sed aliquo modo sit verisimile. ex hoc autem lo-

eo ars Coracis est conscripta. Nam, si reus affinis non est culpæ, cuius accusatur: vt, si fuerit infirmo corpore, qui pulsasse dicitur, facilè defenditur: non enim est verisimile. quod si culpæ affinis est, vt si fuerit robustus; dicetur non esse verisimile: quoniam sciebat ille, si fecisset, verisimile visum iri. eodem modo etiã in alijs: nam vel affinem esse culpæ, vel non affinem oportet. vtranque autem videntur esse verisimilia: sed alterum tãtum est verisimile, alterum verò non simpliciter verisimile est, sed quemadmodum diximus. Et hoc est, quod iactant, causam inferiorem, dicendo superiorem fieri posse. vnde homines iure optimo Protagoræ professionem æquo animo ferre non poterãt: falsum est enim, non autem verum; sed tantum verisimile videtur, neque in vlla arte reperitur, præterquam in Rhetorica, & sophistica. Ac de argumentationibus quidem, & quæ veræ sunt, & quæ tantum apparent, hactenus dictum est.

EXPLANATIONES.

1 Ac primus quidem est in elocutione] *sicut duplex est syllogismus, verus, & apparens; sic duplex enthymema, verum scilicet, & apparens. de vero satis dictum est. restat autem, vt aliquid de apparenti legamus. Cum his vtimur probationibus, ex quibus non concluditur; sed videtur concludi; fit, vt sequatur id, vel quia ineſt coarguitio, vel mendacium, vel admirabile, vel sollæcismus, vel garrulitas. Coarguitio est duplex: altera in dictione, altera extra dictionem est posita. Fallaciæ in dictione sunt sex, agnominatio, ambiguitas, collocatio, diuisio, accentus, & figura locutionis. Fallaciæ extra dictionem sunt septẽ, ex*

ex accidente. ex eo quod simpliciter, & parte quadã est, ab ignorantia elenchi, ex consequentibus, ex petitione rei quæsitæ, ex non causa vt causa, & ex multiplici interrogatione. Hæc Arist. in lib. Elenchorum. sed hoc loco non omnes scribit fallacias; sed maximè vulgatas, & Rhetoricæ propiores. Ex his, quæ in dictione sitæ sunt, eam recenset, quæ figura dictionis appellatur, quæ in præsentia fit, cum quis enthymema conficere videtur quo ad ratiocinandi formam; tamen nihil re uera concludit: vt, non est hoc, nec hoc; igitur est hoc, & hoc.

Hæc verò fallacia similis est ei, quæ in Dialecticis a forma dictionis vocatur] *in Elenchis ait Arist. fallaciam figuræ dictionis duos habere modos. primus est, quando masculinum profertur pro fœminino, & contrà: secundus quid pro quali, uel quanto.*

Altera pars nascitur ex multiplici nominis significatione] *hoc est, quando nomen, vel oratio est ambigua, & æquiuoca.*

9 Cum absolutè, simpliciterque ponitur aliqd, quod non simpliciter] *.i. siquis prætermittat quid in conclusione, quod in propositione dicebatur; veluti. Homerus est mortuus; Homerus igitur est.*

Argumentum cap. 22.

Argumentationes dissoluuntur vel afferendo in cõtrariam partem rationes æquè graues, vel grauiores, vnde contendendo ostendemus ab aduersario nihil esse conclusum: vel eas reprehendemus. reprehensiones autem siue confutationes afferuntur quatuor modis, aut ab ipsa re, aut à simili, aut à contrario, aut à rebus iudicatis. omnis verò reprehensio oratoria est argumentis, & omnis argumentatio rhetorica fit ex quatuor,

tuor, probabili uidelicet, exemplo, indicio, & signo. hæc quatuor igitur sunt reprehendenda. Probabile verò non semper verum est, licet plerunque fiat: vnde nos enthymemata à probabili conflata semper euerte re possumus, quæ quidem reprehensio non semper est uera, sed apparens. sed bifariam reprehensio hæc adferri potest, vel à tempore, vel à rebus. Reprehenduntur etiam signa, & quæ à signis ducuntur argumenta: nam nullum signum vim habet concludendi. Exempla quoque eodem modo, quo verisimilia reprehenduntur: nam, si vnum tantum proferre potuimus aliter factum, soluta est argumentatio. Indicia verò, & propriæ notæ argumenta nequaquam in eo reprehendi possunt, quòd non rectè concludant. sed est demonstrandum id non esse verum, quod dicitur. Si uerò certum est esse uerum, & esse propriam rei notam; nullo modo potest labefactari. Contrà autem argumentando, hoc est, per demonstrationem soluuntur argumenta, cum probatur contrarium. verùm reprehensio non est enthymema, sed nihil aliud est, quàm opinionem aliquam in medium afferre, qua perspicuum sit, non sequi rectè conclusionem, aut aliquid sumptũ esse, quod falsum sit.

De dissolutionibus enthymatum.

SIGON.

1 DEinceps sequitur, vt de dissolutionibus exponamus. Licet autem aut opponendo syllogismo, aut afferendo obiectione dissoluere, ac syllogismi quidẽ oppositio quin ex iisdẽ afferri

MAIORAG.

SEquitur, vt dicamus etiam, qua ratione dissolui possint.

1 Duobus autem modis argumentationes dissoluuntur; vel contrà argumentãdo, vel reprehendendo. perspicuum est autem

afferri locis possit, haud sane dubium est, iis quidem syllogismi ex probabilibus sunt, probabilia vero multa inter se contraria sunt.

2 At verò obiectiones quadrifariam, vt dictũ est in Topicis, afferuntur: nempe aut à se, aut à similibus, aut à cõtrario, aut à iudicatis. Dico autem à se, vt si enthymema esset amorem bonum, duplex afferri obiectio posset, quippe aut in totum, omnem indigentiam malam esse dicendo, aut in parte, quòd non diceret Cauni amor, nisi mali quoque essent amores. A cõtrario verò obiectio ducitur, vt si enthymema esset, probum virũ de amicis omnibus bene meteri, at neque improbus male. A' similibus autẽ, si esset enthymema, quod qui incommodũ acceperunt, semper oderunt, at neque qui commodo affecti sunt, semper diligunt. Iudicia verò sunt, quæ

ab

autem ex iisdem locis in cõtrarijs partibus disputandi facultatẽ suppeditant: nam argumentationes ex probabilibus ducuntur: verùm probabilia sæpe sunt inter se contraria.

2 Reprehensiones verò (sicut in Topicis traditur) quatuor modis adferuntur: vel enim ab ipsa re, vel à similibus, vel à contrario, vel à reb⁹ iudicatis. Dico autẽ, ab ipsa re: vt, si quis cõcluserit amorem esse bonum; duobus modis adfertur reprehensio: vel generatim, atque vniuersè, cum quis dicit, omnem indigentiam esse malam: vel sigillatim, atque ex parte; quoniam nullo non diceretur, Caunius amor, nisi ex amores quidam essent improbi. A contrario adfertur reprehensio: ut, si conclusum sit à bono viro cunctos amicos beneficijs accumulari. Sed neque improbus (dicet aliquis) cũctos amicos

ab illustribus viris acci
piuntur, vt si quis enthy-
mema afferret, tumulē-
tis ignoſci conuenire,
quia ignorantes delin-
quunt, obijci poterit:
non igitur laudandus
Pittacus, neque enim
grauiorem pœnam lege
conſtituiſſet, ſi quis e-
brius deliquiſſet.

Quoniam autem en-
thymemata ducuntur
ex quatuor, nempe veri
ſimili, exemplo, tecme-
rio, & ſigno, quę autem
ex ijs, quę plerunque
ſunt, aut eſſe videntur,
enthymemata colligun
tur, ex veriſimilibus,
quę verò ex inductione
rei ſimilis, aut vnius, aut
plurium, quoties quidē
ſumpto vniuerſali, dein
de quod eſt in parte cō
cludat, ab exemplo, quę
autem ex neceſſario, ac
exiſtente, à tecmerio, q̄
verò ex vniuerſali, aut
particulari, ſiue exiſtat,
ſiue ſecus, à ſignis, ſane
dubium non eſt, quin
eiuſmodi enthymema-
ta obiectione afferenda
diſſoluere ſemper licue
rit.

incommodis afficit. A
ſimilibus autem: vt, ſi
concluſum ſit eos, qui
iniuriā acceperūt, ſem-
per odio proſequi. Sed
neque ij, qui beneficiū
acceperunt, ſemper di-
ligunt. Res verò iudica
tæ ſumuntur à præcla-
ris, & illuſtribus viris:
vt, ſi quis concluſit, e-
brijs ignoſci oportere;
quoniam imprudentes
peccāt; adfertur repre-
henſio, Nō igitur eſſet
Pittacus laudādus, qui
maiores pœnas in ſuis
legibus propoſuit, ſi qs
ebrius peccaſſet.

Et quoniam ea, ex q- 3
bus enthymemata fiūt,
quatuor numero ſunt,
probabile, exemplum,
indicium, ſignum; nam
enthymemata, quę cō-
ſtant ex eis, quæ plerū-
que ita fiunt, vel fieri vi
dentur, ea ſunt ex pro-
babilibus: quæ autem
inductione conſtant, ex
vno ſimili, uel pluribus
hoc eſt, cum quis, poſi-
to generali, vult illud
ex ſingulis probare, sūt
ab exemplo, quæ verò

rit. diſſolutio tamē adū
brata, & non perpetuo
vera erit: neque enim
qui obijcit, veriſimile
non eſſe, ſed qui neceſ
ſarium non eſſe, diſſol-
uit.

Itaque propter hanc 4
captionem fit, vt qui de
fendit, commodior
conditione ſit, quàm
qui accuſat. Etenim
quia qui accuſat, ex ve-
riſimilibus probat (ne-
que verò diſſolutio ea-
dem eſt, aut veriſimile
non eſſe, aut neceſſariū
eſſe) quod verò ple
runque eſt, ei ſemper
obijci poteſt, alioquin
non veriſimile, ſed per-
petuum, ac neceſſariū
eſſet.

Qui verò iudicat, ar- 5
bitratur, ſi eo modo ſo
lutum ſit, id aut veriſi-
mile non eſſe, haudqua
quam ad ſuum iudiciū
pertinere, in quo deci-
pitur, quemadmodum
diximus, neque enim ip
ſe ex neceſſariis tantū-
modo iudicare, ſed etiā
ex veriſimilibus debet:
quia hoc demum eſt,

conſtant ex neceſſario
ſigno, ſunt ab indicio.
quæ denique fiunt vel
ex generali aliqua re,
uel ſingulari, ſiue illa ve
ra ſit, ſiue non, ſunt à ſi
gno. ſed probabile non
ſemper verum eſt, licet
plerunque fiat: perſpi-
cuum eſt, nos huiuſmo
di enthymemata ſem-
per euertere poſſe, at-
que illis occurrere. quæ
reprehenſio erit quidē
apparens; non tamen
ſemper vera: nam qui
occurrit, non ideo re-
fellit, quia non ſit pro-
babile; ſed quia non ſit
neceſſarium.

Atque ideo propter 4
fallacem hanc conclu-
dendi rationem argu-
mentis magis abundat
defenſor, quàm accuſa
tor; quoniam accuſator
veriſimilibus vtitur ad
probandum. ſed nō idē
eſt, ſoluere aliquod ar-
gumentum, quod non
ſit veriſimile, & quod
non ſit neceſſarium:
quod enim plerunque
fit, ſemper refelli po-
teſt, aliter non eſſet ve-

Mẽte optima iudicare.

6 Non igitur satis erit, si soluerit, necessarium non esse, verum soluere debet, verisimile non esse, hoc autem accidet, si obiectio afferretur: q̃ sæpius, (talis autem obiectio duobus afferri modis potest, aut tempore, aut rebus, verum ab vtrisque firmissima est;) nam quod ita est sæpius, id demum est verisimilius.

7 At vero tum signa, tũ quæ à signis ducuntur, enthymemata, etiam si existunt, eo, quo supra dictum est, modo soluũtur. nam nullum concludi syllogismo signũ posse, liquet nobis ex Analyticis.

8 Eorum verò, quæ ab exemplis eliciuntur, eadem, ac verisimilium dissolutionis est ratio: nã si vnum aliquod nõ ita euenisse possimus ostendere, solutum est, quia non est necessarium, quippe cum & complura, & sæpe facta sint aliter. quod si & cõ plura, & sæpe ita se habuerint, contendere oportet, id, quo de agit, aut simile non esse, aut similiter factum non esse, aut dissimilitudinẽ aliquam obtinere.

aui enim si seciſſet, non slationibus: sunt. n. etiã turpe, at uero uirgini indecorę trãslationes, turpe. rectè igitur con & hę quidem pp ridicu uicium dixit, cũ quod lum: nam comici etiam fuit, non quod est, di poetę translationibus xit. utũtur: illę uerò ppter nimiam grandi tate tan quam tragicę sunt. Quinetiam obscurę fiunt, si longè petantur, ut Gorgias, Pallida, atque exanguia negocia. Tu uero hęc turpiter feminasti, malè autem messuisti: nimis enim poeticè dicta hęc sunt, & quemadmodum Alcidamas, philoso phiam esse legum propugnaculum, & Odysseã esse pulchrum humanę uitę speculum, & nullũ huiusmodi ludicrum poesi adferens: nam hęc omnia sunt aliena à fide facienda propter ea, quę dicta sunt. Illud uerò Gorgię contra hirundinem, quę superuolans cibi reliquias in eum demisit, optimè poetę Tragico conueniret: dixit enim turpe tibi o Philomela: nam, aui quidem li cet id effecerit, non turpe fuit: uirgini uerò turpe fuisset. scitè igitur conuicium fecit, dicẽs id, quod fuerat: non autem quod est.

EX-

EXPLANATIONES.

Quatuor autem modis elocutio frigida fit] *Frigiditas hoc loco id significat, quod natura non consorat, atque alienum est, & contra id, ad quod res est instituta, neluti si in templo ciuilia tractaremus negocia. in elocutione igitur ea est vitanda: nam quatuor modis fieri contingit. Primo nominum compositione, ut Lycophron, qui cœlum appellauit multiforme, & terram magnicernicam. secundo, cum quis uerbis extraneis, ac peregrinis utitur: ut qui Xerxen pelorium montem appellauit. & hæc ad poesim pertinent. tertio cum epithetis uel longe petitis, uel intempestiuis, uel crebris quis utitur: nam in poesi lac album dicere conceditur, at in soluta oratione minime. nec crebrioribus: quia artem detegunt: sed mediocritate opus est. quarto frigiditas accidit metaphorarum inconuenientia: aut quoniam sunt ridiculæ: quibus comici utuntur: aut quoniam nimium grandes, & elatæ: quibus tragici: aut quoniam obscuræ sunt: quia longe petitæ, quibus usus fuit Gorgias, ubi dixit, pallida, atque exanguia negotia hæc omnia poetica sunt, & parum credibilia: & idcirco à soluta oratione aliena.*

Argumentum cap. 6.

Sed imagines si rectè parentur, vtiles sunt: translationes enim sunt. verùm his raro vtendum est in soluta oratione: quoniam magis poetas decet. possunt igitur translationes esse imagines, addita similitudinis particula. Sed translationes quæ sibi uicissim ex proportione respondent; ab utraque parte respondeant, & in rebus eiusdem generis fiant.

Imago quid sit, & quantum à metaphora differat.

SIGON.

EST autem similitudo quoque translatio si quidem paulum differat: cum enim de Achille dicit: *Vt que leo ruit*, similitudo est, cum vero, *leo ruit*, translatio. quia enim ambo fortes sunt, leonem Achillem transferendo vocauit.

1 Vtilis est autem etiã in oratione, similitudo, sed raro, quia poetica est. eliciendæ vero, quo modo translationes. siquidem translationes sunt eo, quod dictum est, differentes. sunt autem similitudines, vt ea, quam Androtio in Idrieum; quippe similem canibus esse, qui ex vinculis; illi enim obuios mordent, & Idrieum ex vinculis relatum esse molestum. & quo modo Theodamas Archidamum comparabat Euxeno geometrix ignaro: & ex pro-

MAIORAG.

Mago verò etiam ipsa translatio est; paruum enim ab ea differt: nam, cum poeta de Achille dicit, Tanquam leo irruebat, imago est: cum autem, Leo irruebat, est translatio: quoniam enim ambo fortes sunt translato nomine Achillẽ vocauit Leo nem.

Vtilis est autem imago etiam in soluta oratione. sed ea rarò vtendum; quoniam magis poetas decet. vsurpandæ verò sunt imagines eo modo, quo translationes: nihil enim aliud sunt, quàm translationes, modo tantum, quo dixi, differentes. Sunt autem imagines huiusmodi, vt Androtion cõtra Idrieum dixit, eum similem esse canibus, qui vincti catenis domi tenentur: nam illi soluti postea in omnes in-

por- cur-

portione: erit enim, & Euxenus Archidamus geometricus, & illud in Politia Platonis, quippe qui mortuos spoliant, similes esse canibus qui lapides mordent, nec ia centes attingunt. & illa in versus poetarum; similes esse uenustis sine pulchritudine, quia illi ubi defloruerint, hi vbi dissoluti sunt, similes non videntur. & illa Periclis in Samios: similes eos esse infantibus, qui mansum accipiunt qui dem, sed cum ploratu; & in Boeotos, similes esse ilicibus: ilices enim à semet contundi; item Boeotos inter se depugnare. & Demosthenes in populum, similem esse iis, qui in nauib. nauseant. & quomodo Democrates oratores nutricib⁹ comparauit, quę mansum deglutientes saliua infantes inungunt. & quo modo Antisthenes gracilem Cephisodotum thuri assimilauit, quia dum consumitur, iucunditate

curruntur; sic Idrieum vinculis solutum, facinus esse acriorem & Theodamas Archidamum dicebat Euxeno geometriam ignoranti esse similem. hac igitur proportione etiam Euxenus erit similis Archidamo geometriam sciẽti: & id, quod est in Platonis Politia; eos, qui mortuorũ corpora spoliant, catellis esse similes, qui lapides quidem mordent, sed eos, qui iecerunt, non attingũt. & quod de populo dixit; eum esse similem nauclero valido quidẽ, sed surdastro. & quod de poetarum versibus, quos adolescẽtibus nullis pulchritudine prædites iis, qui in nauib. nauseant. & quomodo Democrates oratores nutricib⁹ comparauit, quę mansum deglutientes saliua infantes inungunt. & quo modo Antisthenes gracilem Cephisodotum thuri assimilauit, quia dum consumitur, iucunditate

per- les

perfundit. has enim omnes, & vt similitudines, & vt translationes licet proferre.

2 Quare quæcunq; probabuntur translationum modo prolatę, profecto eædem etiam similitudines erunt, & similitudines translationes rationis egentes. Oportet autem ut trãslationem ex proportione ductam semper partem, etiam in alteram referamus, item in ijs, quæ eiusdem generis sunt. ut si poculum scutũ est Dionysij, & scutum Martis poculum dicere conuenit. Ac oratio quidem ex his constituitur.

Quare quæcunq; probantur cum tanquam translationes prolatæ fuerint; perspicuum est, etiam imagines esse posse: nam imagines nihil aliud sunt, quàm translationes, quæ orationis conformatione indigeant. verùm semper oportet eam translationem, quæ a proportione ducitur, ab utraque parte sibi respondere, atque in rebus eiusdem generis fieri: vt, si phiala clypeus Bacchi dicitur; etiam clypeus recte Martis phiala vocabitur. Ac oratio quidem ex ijs, quæ dicta sunt, componitur.

les sint illicibus, quæ se vicissim frangunt, ita Boeotios inter se præliari. & Demosthenes dixit, populum esse ijs similem, qui in naui nauseant. & Democrates nutricibus oratores comparabat, quæ cibos ipsæ deuorant, saliua vero pueros inungunt. &, Antisthenes Cephisodotum, tenuem, ac gracilem hominem, thuri dixit esse similẽ, quod, cum absumitur, lętitiam adfert: has enim omneis, & tanquam imagines, & tanquam translationes proferre licet.

2 Quare quæcunq; probantur cum tanquam translationes prolatæ fuerint; perspicuum est, etiam imagines esse posse: nam imagines nihil aliud sunt, quàm translationes, quæ orationis conformatione indigeant. verùm semper oportet eam translationem, quæ a proportione ducitur, ab utraque parte sibi respondere, atque in rebus eiusdem generis fieri: vt, si phiala clypeus Bacchi dicitur; etiam clypeus recte Martis phiala vocabitur. Ac oratio quidem ex ijs, quæ dicta sunt, componitur.

EXPLANATIONES.

Imago uerò etiam ipsa translatio est] *Imago autem parum à metaphora differt: nam, si dicis, Achilles tanquam leo irruit; imago est: cum autem, leo irruebat, translatio. non differunt autem nisi additione notæ similitudinis. vtilis verò est imago etiam in soluta oratione. modicus autem eius vsus, & opportunus orationi splendorem addit; frequens verò obscuritatem, & tædio hominem replet; transit enim in ænigmata. quapropter perspicuum fit imagines esse metaphoras, nota comparationis solum addita. sed, quemadmodum semper oportet metaphoram fieri ex his, quæ ab vtraque parte sibi respondent, atque his, quæ eiusdem sunt generis saltem analogici; sic imago sumenda est in vtraque comparationis parte ex proportionabilibus, & similibus; ut si phiala clypeus Bacchi dicitur; aptè etiam clypeus Martis phiala uocabitur: nam, ut phiala est clypeus bibentium; sic clypeus est phiala belligerantium.*

Argumentum cap. 7.

Quoniam Oratoria elocutio duas uirtutes habere debet, perspicuitatem scilicet, & conuenientiam cum rebus: quæ duæ apparent & in uerbis propriis, & in translatis aptè; componatur oratio, quæ emendata sit, id est omni uitio careat, & omnis barbarismi, & solœcismi fœditas absit. id quod quinque rebus consequemur. Primò si rectè coniunctionibus utemur: secundò si proprietatem seruabimus: tertiò si ambiguitatem uitabimus: quartò si genera distinguemus: quintò si numeros obseruabimus. Appellat autem Arist. coniunctiones etiam pronomina coniunctionibus apposita: ut, ille

Ne uerò. coniunctiones autem ita distinguuntur, ut aliæ in ordine præponi uelint, aliæ postponi, ut Quidem, & verò: quidem vult præponi, verò postponi. ex. g. Ego quidem, ille verò. & inter se respondeant. respondebunt, si non minus longo interuallo disiunctæ sint: vt eas facilè memoria teneamus. Deinde ante coniunctionem necessariam alia coniunctio non est collocanda. si hæc quinque obseruabimus; perspicuam, apertam, ac dilucidam habebimus orationem, atq; eò magis, si amplitudinem, & granditatem adiungemus.

Elocutionis fundamentum est emendatè loqui: emendata locutio quæ, & quæ desideret.

SIGON.

ELocutionis autem principiũ est, emendate loqui. id autem in quinque rebus versatur.

1 Primum in coniunctionibus, si quis reddiderit, prout naturaliter inter se antecedunt, ac subsequuntur, quemadmodum nonnullæ requirunt ueluti. *Quidem & Ego quidem* requirũt *Verò, & Ille utro.* Debemus autem quoad meminit, inter se referre, neque longe se parare, neque coniunctionem ante coniunctionem ne-

MAIORAG.

Initium autem, & fundamentum elocutionis, est emendatè loqui. quod ex quinque præcipuè rebus constat.

1 Prima est in coniunctionib. vt quis eas sicuti natura postulat, uel antè, vel post in ordine collocet; vt inter se respondeant: vt, ille quidẽ & Ego quidem: Postulat verò, & ille verò. sed eas oportet ita inter se respõdere, vt facilè memoria comprehẽdi possint: quod fiet; si non nimis longo interuallo disiunctæ fuerint. Neque opus

necessarium reddere; quia pauris in locis congruit. *Ego uero postquam mihi renunciauit, uenit. n. Cleon rogans, atque obsecrans profectus sum illis assumptis.* in his enim cũiunctiones multę antereddendam coniunctionem sunt inculcatæ quòd si multa essent inter *profectus sum*, obscuritas oriretur. ac vna quidem virtus est in coniunctionibus.

2 Altera verò est propijs nominibus, & non ambientibus eloqui.

3 Tertia verò non ambiguis; hæc autem, nisi consulto contraria eligat. quod faciunt, quoties nihil habent, quod dicant, verum aliquid dicere simulant: tales enim ea de industria dicunt, ut Empedocles. de cipit enim circuitus, si fit multus. atque affi ciuntur auditores æque ac vulgus inter ariolos; quia cum ambigua dicant, annuit: *Cræsus Halym penetrans magnam peruertet opum nim.* & quia deti

opus est cõiunctionem vllam aliam ante congruit. iunctionem necessariã collocare; nam hoc paucis in locis conueni: ut Ego vero, postquam mihi rem narrauit, uenit enim ad me Cleon rogans, atque obsecrans; profectus sum, eis in societatem assumptis. nã in his uerbis multæ coniunctiones interpositæ sunt, antequam necessaria coniunctio reddatur: & si magnum interuallum esset inter initium, & illud uerbum profectus sum; esset obscura locutio. Atque hic quidem vnus est emendatè loquẽdi modus in coniunctionibus.

2 Alter modus est, cum propriis, ac suis nomini bus res appellantur, nõ autem circunscribuntur.

3 Tertius, cum ambigua vitantur; nisi quis contraria pro se facere existimet. hoc autem faciunt ij, qui, cum nihil habent, quod dicãt; aliquid tamen dicere vi

quia omnino minor error locus est, per reige nera loquuntur arioli; in ludo enim paris, & imparis facilius aliquis paria, aut imparia dixerit, quàm quot teneat; & futurum quam quando. quocirca arioli non definiunt, quando. hæc igitur omnia sunt similia: quare nisi alicuius eiusmodi rei gratia fugienda.

4 Quarta, vt Protagoras genera nominum diuidebat in uirilia, & muliebria, & instrumenta: quia & hæc recte redderе conuenit: *Illa uero reuersa, & collocuta discessit.*

5 Quinta in multis, & paucis, & vno recte nominandis. *Illi uerò reuersi me uerberarunt.* Omnino verò opus est, vt qđ scribitur, facile legi, ac proferri, quod idem est possit id quod multæ coniunctiones non habent, nec quę ad interpungendum difficilia sunt, vt scripta Heracliti. siq uidem scripta Heracliti interpungere operosum est, quod obscurũ sit, vtri adiaceat, posteriorine, an priori. vel uti in principio ipsius libri inquit. *Rõnis huius existentis semper imperiti homines fiunt.* obscurum est. n. illud semper, utri interpungendo adiungas. Iam verò hæc soloœcismum pariunt, non reddere, nisi adiungas ambobus quod conuenit, exẽpli causa, aut frepitum, aut colorem, videns quod non est cõmune, sentiẽs uerò cõmune. Obscuritas porro gignitur, si multa in medio inculcaturus, nõ præponẽdo dixeris, hoc modo: *Debebam enim loeutus cum illo hæc, & hæc et hoc modo, proficisci.* nõ autem: *Debebam enim loeutus cum illo proficisci.* deinde. *hæc, & hæc, & hoc modo acta sunt.*

deri volunt. huiusmodi enim homines poetico more talia proferunt, quod etiã Empedocles facit: nam circuitus ille verborum, cum longus fit, facilè decipit, & auditores ita afficiuntur, si cut imperita multitudo cum arioles audit ambigua loquenteis: temere enim assentitur: vt, Croesus Halym penetrans, magnam peruertet opũ vim. nam arioli generatim loquuntur; sic enim omnino minus peccatur: ut eo qui par impar ludit; facilius diuinat, si paria, vel imparia esse dixerit, quàm si certum numerum explicare uoluerit: ita qui dicit aliquid futurum, facilius diuinabit, quàm qui explicuerit, quando sit futurum. quo fit, ut uates non adiũgant, quando. Hæc enim omnia similia sunt. quare, nisi fiant alicuius rei gratia; sunt fugienda.

4 Quartus modus est, cum genera distinguuntur, quod Protagoras secit, qui dixit, alia nomĩna esse uirilia, alia muliebria, alia neutra: hæc enim etiam accuratè seruanda sunt: vt, Illa autem reuersa, & colloquta discessit.

5 Quintus modus est, cum res multas, & paucas, & singulas recte qs appellat: vt. Hi, cum accessissent, me percusserunt. Omnino verò qđ scribitur huiusmodi esse debet, vt & legi, & pferri facile possit. quæ duæ res fiunt eodem modo. hoc autem non habet ea locutio, in qua multæ sunt coniunctiones: &, quæ non facilè distingui, atque interpũgi potest, qualia sunt Heracliti scripta: magna. n. difficultas ẽ, scripta Heracliti notis, atque interpunctionibus distinguere; quia dubiũ est cuinam parti uerba hæreant, posteriori ne, an priori. quod ex eius operis initio, intelligi potest, vbi ita inquit. Rationis eius, quæ uerè est semper imperiti sunt homines: incertum est. n. vtri parti illud aduerbium, semper, sit applicandum. Præterea fit soloœcismus, cum in uerborũ con-

coniunctione non redditur vnicuique uerbo quæ exigit: vt, Strepitum, & colorem uidens non bene dixeris; quia non est commune; sed sentiēs, quod est commune. Fiet etiam obscura locutio, nisi initio posueris id, quod multis interpositis postea dicendum est, vt. Praueram, postquam cum eo collocutus fuissem hæc, & hæc, & hoc modo, discedere, rectius ergo dixeris. Praueram discedere, postquam collocutus cum eo fuissem hæc, & hæc, & hoc modo.

EXPLANATIONES.

Initium autem, & fundamentum elocutionis est emendate loqui] *Non solum coniunctiones, sed præpositiones, pronomina, aduerbia, epitheta, & interiectiones cum nominibus, & verbis, & participijs, & inter clausulas ita sunt disponenda, ut elegantia præcipit. deinde hæc oportet ita inter se respondere, ut facilè memoria comprehendi possint. quod fiet, si non nimis longo interuallo disiunctæ fuerint. secundus modus emendatè loquendi est, cum orator proprijs, & suis nominibus res appellauerit, non autem descriptionibus; nisi forte propria desint: tunc enim modestè circunscribenda sunt. Tertius, cum ambigua uerba, atque aliæ partes uitantur, nisi quis id consultò faciat: nam ille verborum circuitus longus facile decipit auditorem. Quartus est, ut genera distinguat nominum, ut Protagoras fecit, hoc est, in masculina, fœminina, & neutra. Quintus est, ut quod scribitur, huiusmodi esse debet, ut & legi, & proferri facilè possit. quod quidem contingit, si oratio multas non habeat coniunctiones, & clausulas: atque ambæ hæ benè, ut facilè distinguantur. contrarium uerò accidit, si multæ, atque iunctæ, ac præterea si copules inconuenientia; ut, Strepitum, & colorem uidit; rectius enim diceres, sentit, uel audit, & uidet. & is dicitur soloecismus, qui fit, cum non redditur unicuique uerbo, quod exigit. difficilè tandem legitur, si ordinem turbes uerborum: ueluti si quis dicat. Praueram, postquam cum eo locutus fuissem hæc, & hæc, & hoc modo; discedere. rectius uerò dixerit. Praueram discedere, postquam &c.*

Argumentum cap. 8.

Amplitudo orationis, & granditas facit etiam ad perspicuitatem. fit autem, si definitionem loco nominis ponas, si translationes, & epitheta, si pluralia pro singularibus, si nomina separata, si copulas adiungas, & si circunstantias addas, uel priuationem, siue negationem.

Locutio ampla quatuor fit modis, totidemque breuis.

SIGON.

1 AD tumorem verò orationis hæc valent, orationem pro nomine adhibere, vt non circulum, sed planicie à medio æqualem: ad concisionem verò contra, pro oratione nomē. Et si turpe, aut indecorum sit, si in oratione sit turpitudo, nomen dicere, sin autem in nomine,

MAIORAG.

1 AD locutionis autē amplitudinem, & granditatem hæc proderunt: primum, si definitionem loco nominis ponas, exempli gratia, si non circulum dicas, sed figuram planam, cuius extremitas paribus à medio radijs attingitur. qui verò breuitati studet, is contrà nomen

ne, orationem.

2 Et trãslatis, & epithetis eloqui morem decli nando poeticum.

3 Et vnum multa facere: quod poetæ facitãt, cum vnus sit portus, tamen dicunt: *Portus in Achaicos ; & Epistolæ hæc luctuosa volumina.*

4 Et non coniungere, sed vtrique vtrunque adiungere: τῆς γυναικὸς τῆς ἡμετέρας: sin autem concise, contra: τῆς ἡμετέρας γυναικός.

5 Et cum coniunctione dicere. sin autem cõcisè, sine coniunctione quidem, non inconuenta tamen. vt *Profectus, & Locutus, profectus locutus sum.*

6 Quin etiam illud Antimachi vtile est, quæ non habet, commemorare, quod ille facit in Theumesso: *Est quidam vetosus parvus collis*, qa sic augetur in infinitũ. valet autem & in bonis, & in malis, hoc non habere, vtro modo fuerit vtile. vnde etiam poetæ nomina ducũt ἀχόλλυτον & loco definitiõis ponat. Quod siquid acciderit obscœnum, aut parum decorũ: id si erit in definitione, nomen vsurpabimus: si autem in nomine; definitionem.

7 Erit etiam grãdis oratio, quæ trãslationibus, & epithetis illustrabit; modò ne in poeticam licentiam exeat.

8 Et, si ex vno plura fiant, quod poetæ sæpe faciunt; vt, quanuis vnus tantum portus sit; tamẽ dicunt.

Intra portus Achaicos, & illud.

Luctu scatentes has tibi do epistolas.

9 Et, si nomina non cõiungantur; sed separatim singula proferãtur; vt. Eius mulieris, quæ nostra est, & contrà breuiter hoc modo. Nostrę mulieris.

10 Et, si in dicendo copulæ adiunganturjnam contrà breuius dicitur, detracta copula, modo ne dissoluta sit oratio, vt, Ego, profectus sum, ac discessi, &. Eo profectus,

& ἄλυρον μέλος: quia ex priuationibus infe- runt. probatur enim hoc, si in translationib. nempe ea commemora re, quæ rei non adsunt. vt si dicamus, tubam eẽ ἄλυρον μέλος. 6 Atque etiam illa Antimachi ratio vtilis est: quod ille facit in celebrando colle Theumesso. vt. Est quidam modicus collis vento perflatus: nam hoc modo infinitè potest oratio amplificari. Quæ ratio in vtranque partem utilis est, & in bonis, & in malis, quę non adsunt, commemorandis. vnde etiam poetę nomina confinxerunt achordon, & alyron, hoc est, expertem chordæ, & expertem lyræ: quas appellationes à priuatione sumpserunt. quæ res in eis potissimum trãslationibus probatur, quę ex proportione ducuntur: vt, si quis diceret, tubę sonitum esse sonum lyræ expertem.

EXPLANATIONES.

Ad locutionis autem amplitudinem, & granditatem hæc proderunt,] *Ampla, & breuis fit oratio pluribus modis: etenim ampla, si definitionem loco nominis ponas: breuis verò, si nomen pro definitione scribis. secundò si translationibus, & epithetis illustrabitur. verùm caue, ne in licentiam exeas poeticam. tertiò aũt si nomina non coniungantur: veluti, ea mulier, quæ nostra est, vel mulier mea, & tua. quartò contrà breuis eris, si epitheta, & translata omittas: ac præterea pronomina, atque copulæ: velut mulier nostra, vel mulieres nostræ. quintò amplitudinem facies, si quæ sunt affirmata per negationem explices; vt nõ parum molestiæ adfert, vel nihil aliud est homo, nisi animal rationis particeps, breuitatem verò efficies*

contrà. sextò grandis fiet oratio, si ea commemores, quæ rei non adsunt: ut, Est quidam modicus collis, vento perflatus.

Argumentum cap. 9.

Cum ad locutionem duo sunt necessaria, perspicuitas, & conuenientia; docuit Arist. quæ perspicuæ, & apertæ orationi competant. nunc ad conueniẽtiam siue decorum se confert, & ait tria orationi esse necessaria, ut cum rebus cõueniãt: nempè, ut sit affecta, morata, & his rebus, de quibus orator loquitur, accommodata. erit autem rebus accommodata, si non sit humilis in rebus amplissimis, atque arduis: si nõ sit grauis in rebus tenuibus, & ampla: si enim abiecto nomini ornatus adhibeatur; comica uidebitur. talis est. Veneranda ficus. Affecta verò est elocutio, quæ mouet auditores: ueluti cum de contumelia agitur; nostra oratio sit irarum plena. si impia, & turpia facta tractemus; id cum indignatione est faciendum. sic in cæteris eodem modo. & idcirco hæc personæ, loco, & tempori accommodata orationem reddunt uerisimilem: decipiuntur enim auditores, & eodem modo semper afficiuntur, quo orator; etiam si non uerè dicat. Afficitur etiam auditor eo modo loquendi, ut, si dicamus. Quis autem nescit? Omnes intelligunt: assentitur enim auditor, ne ignorare uideatur. Neque semper dura nomina, dura uoce, uultu, ac reliquis, quæ consentanea sunt, proferet: alioquin aperta fient omnia. Præterea qui animos commouere uelit, ei epitheta, iuncta nomina, & peregrina maximè conuenient: ignoscitur enim irato, si quod malum ad cœlum extensum se passum, uel alios esse. postquam autem uel ad laudem, uel uituperationem, uel iram, uel amicitiam commoti fuerint auditores; similia afferunt omnes, qualia orator persua-

debat. Morata verò est oratio, si auditoris accõmodetur habitui, uel generi. genus hoc loco est intelligenda ætas, sexus, natio: habitus autem intelligitur, secundum quem qualis quidam in uiuendo est, ut fur habitu furandi uiuit. præter hæc uerò si uerba generi audientium accommodata fuerint; moratum genus faciet: senex enim seni magis adhæret, iuuenis iuueni. & idcirco qui se ut iuuenis ostendit, iuuenem mouet, qui ut senex, senes. sic de habitu est dicendum. qui ostendit ut fur, mouet fures.

Orationem decoram esse debere.

SIGON.

DEcorum autem elocutio retinebit, si affecta erit, & morata, & subiectis rebus proportione respondebit.

1 Proportione uerò respõdet, si neque de amplis rebus summisse dicatur, neque de tenuib. grauiter, neq; tenui nomini adhibeatur ornatus. sin minus; comœdia videtur. quemadmodũ facit Cleophon: similiter enim quædam protulit, ac si diceret: *Veneranda ficus.*

2 Affecta verò: si contumelia sit, irati dictio sit, si impia, ac turpia, indigna-

MAIORAG.

DEcorum autem illa seruabit oõ, qua motus animi miscebit, & q̃ mores exprimet, & quæ subiectis rebus cõueniet.

Erit autem reb. conueniens; si neque de rebus amplissimis tenuiter, & summissæ: neque de tenuibus rebus grauiter, & amplè quis dixerit. Sed neque abiecto nomini ornatus est adhibendus, alioqui comœdia videbitur. quod crebro facit Cleophon; talia enim quædam profert, ac si diceret Venerandam ficu[illegible].

gnabunde, & caute dicat: si laudę digna, admirabunde: si miserabilia, humiliter. eodemq; modo in cæteris. Fidem verò rei etiam accommodata ad naturam elocutio parit: quia in errorem impellitur animus, quasi ille vere dicat. nã in rebus huiusmodi sic afficiuntur: quare existimant, etiam si non ita se habeat, vt inquit orator, res ita se habere & semper afficitur ille, q audit cum eo, qui affecte dicit, etiam si nihil dicat. itaque plerique tumultum excitãtes attonitos reddunt auditores.

Morata verò est ipsa, quæ à signis monstratio ducitur, quia ei comes ea est, quæ cuique genere, atque habitui connexit. dico autem genus quidem secundum ætatem, vt puer, vt vir, aut senex, & mulier, & vir, & Laco, aut Thessalus: habitus autem, ex quibus vita cuiusdammodi aliquis est. neque enim omni habitu cuiusdammodi vitæ sunt. sed igitur & nomina habitui accommodata protulerit, mores excitabit: neq; enim eadem, neque eodem modo agrestis, & eruditus loquetur. Afficiuntur verò nonnihil auditores cum animi voluptate: miserabilia; demissè, atque humiliter, & in cæteris eodem modo: locutio enim reb. accommodata ad persuadendum plurimum valet: nam animus auditoris in errorem trahitur, q ea verè dici putat: quoniam in eiusmodi reb. ita se homines habent. Quare, licet ita se res non habeat, vt orator dicit; tamen ita se habere putãt. atque auditor semper eodem modo afficitur, quo orator; ẽt si nõ verè dicat. qua de causa multi oratores ita vehemẽter commouent auditores, vt eos quasi attonitos reddãt.

Motum animi miscebit oratio irarum plena cum de aliqua cõtumelia agetur. Quòd, si immodo in cæteris. Fidem pia, & turpia facta tranctanda sunt; id cum indignatione, cautèque, & quasi timidè faciendum: si verò laudabilia; cum animi voluptate: miserabilia; demissè, atque humiliter, & in cæteris eodem modo: locutio enim reb. accommodata ad persuadendum plurimum valet: nam animus auditoris in errorem trahitur, q ea verè dici putat: quoniam in eiusmodi reb. ita se homines habent. Quare, licet ita se res non habeat, vt orator dicit; tamen ita se habere putãt. atque auditor semper eodem modo afficitur, quo orator; ẽt si nõ verè dicat. qua de causa multi oratores ita vehemẽter commouent auditores, vt eos quasi attonitos reddãt.

Quin hæc à signis ducta demonstratio benè morata est: quoniam

singula hominum genera, singulosq; habitus sua quædam, propriaq; consequitur oratio. generà autẽ intelligo singulas ætates, vt puer, vir, senex, & mulier, & vir, & Lacon, vel Thessalus. habitus verò intelligo, quibus vita honestiorem informatur: nõ enim quolibet habitu vita variatur. qui igitur habitui nomina accommodabit, mores etiam affinget orationi: neq; enim eadem, aut eodẽ modo agrestis homo decoret, quæ vir bonis artibus excultus. Afficiuntur etiam auditores ea ratione, qua ad satietatem vsque vtuntur ij, q orationes scribũt. Quis autem nescit? Omnes intelligunt: assentitur enim auditor, veritus, ne quod cæteri omnes intelligunt, ipse solus ignoret. verùm figuris omnib. & opportunè, & importunè uti licet. sed omnis exuperantiæ remedium est id, quod vulgo dicitur. Oportet

ra sint, non & voce, & vultu, & ijs, quæ conueniunt. sin minus, apparet, quid vnumquodq; sit. sin autem hoc quidem, illud verò nõ, clã efficit idem. Quòd si mollia duriter, & dura molliter dicantur, minus ad fidem proficit. Nomina verò, epitheta, & duplicia plura, & peregrina maxime conueniunt affectæ dicẽti; ignoscitur enim irato, si dicat, *Malum. αρα νος ἡμιν*, aut *πελάριον*, & quando iam teneat auditores. & furere fecerit, aut laude, aut vituperatione, aut ira, aut beneuolentia, quemadmodum Isocrates in Panegyrico facit in extremo: *φήμιν δὲ τὰς μυθήμιν*, & *ὅιτες ἔπλησαν*; quia talia furore inflãmati dicunt. quocirca eodem etiam animorum modo affecti recipiunt. itaque ad poesim accõmodata sunt; quia poesis diuini nominis plena est. Aut igitur hoc modo oportet, aut per eum, ipsum se sua voce corrigere: tunc enim verum videtur; quoniam orator ostendit se intellige re id, quod facit. Neque seruanda semper est proportio, vt omnia cõsentanea videantur; sic enĩ fallitur auditor. Dico autem, vt, si nomina dura fuerint; non semper etiam dura voce, & vultu, & reliquis, quæ consentanea sunt, vtaẽ is, quis dicit: alioquin apta fient omnia. si verò aliquid seruatum fuerit, aliquid non; tegitur artificium, cum tamen idem fiat: veruntamen si mollia duriter, aut si dura molliter proferantur; fide prorsus carebit oratio. Qui autem commouere animos velit, ei maximè conuenient epitheta, iuncta nomina, & peregrina: ignoscitur enim irato, si dixerit, se passum esse malum vsque ad cœlũ extensum, aut admodũ vastum: & quando iam orator auditores obsederit, atque extra se rapuerit,

eum, vt Gorgias fecit, & illa in Phædro. puerit, vel laude, vel vituperatione, vel ira, vel amicitia, vt etiam Isocrates facit in Panegyrico in extrema parte, cũ ait. Famam autem, & illud. Qui quidem tolerarunt: nam, extra se rapti oratores huiusmodi uerba fundunt. quæ qui audiunt, eodem pacto affecti recipiunt, atque approbant. quare etiam poesi conueniunt; cum poesis res quædam diuina sit. Vel igitur hoc modo, vel cum ironia licet huiusmodi verba vsurpare: sicut Gorgias faciebat, & in Phædro Socrates.

Argumentum cap. 10.

Quoniam autem ad orationis perspicuitatem & cõuenientiam facit, vt elocutio sit numerosa, & qualis res una aliam sequitur, vt fusa sit, aut uersa, urbana itidem, & vnicuique generi apposita; idcirco primum de forma orationis disserit Arist. deinde ad alias partes descendit. Forma igitur, siue schema est figura orationis, quatenus per illam consonat oratio. Consistit autem orationis schema in duobus, vt scilicet non sit metrica, & non sit absque rhythmo. metrum est pedum iunctura, numero, modoq; finita. rhythmus verò pedum, & temporum iunctura sine modo. Non sit igitur elocutio metrica; quia esset poema: atq; hoc pacto videretur ficta. deinde, quoniam metrica oratio uocum consonantiam potius respicit, quàm uerborum sententiam; non sit absque rhythmo: propterea quòd oratio absque numero est quasi interminata: & idcirco insuauis, & obscura. finiatur igitur rhythmo non exquisitè, sed quadantenus. ex rhythmis autem eligatur pœan, cuius duæ sunt species: altera principium orationis respicit, altera finem. sed de clausulis

inter-

intermedijs quonam modo numerosæ, & quo ordine constituendi sint, non docet Aristot. disputant autem de his. Quintilianus, & Diomedes grammaticus. Quintilianus in clausulis compositionẽ esse affirmat: atque hanc in clausularum ordine, iunctura, & numero consistere asserit.

Elocutionem numerosam esse debere.

SIGON.

1 ELocutionis verò figura neque metri compos, neque rhythmi expers esse debet. illud enim parum valet ad fidem, quia ficti̊um exiſtimatur, & simul ẽt auocat, quia facit, vt attendatur, quando iterũ simile reuertetur. vt igitur pueri præcones præoccupant, quem patronum adopter is, qui manumittitur, Cleonem. quod autem expers est rhythmi, expers est terminari verò cõ uenit quidem, sed non metro: quia infinitum suauitate caret, & cognosci non potest. omnia verò numero terminantur.

2 Rhythmus autem figuræ

MAIO RAG.

1 AT verò forma orationis, neque versibus constare, neque numerorum prorsus expers esse debet: illud enim orationi fidem adimit; quoniam artificiosè ficta esse videtur, & simul auditorẽ auertit à causa, facitque, vt attendat, & expectet, quando simile aliquid ad aures accedat: sicuti pueri solent præconem præoccupare, quem sibi patronum adoptet is, qui manumittitur, vt Cleonem. hoc autẽ genus orationis, quod est numerorum expers, fine caret, neque consistit. Oportet autem aliqua terminatione concludi, non tamen metri ca:

guræ elocutionis numerus est, cuius & metra segmenta sunt: itaque rhythmum oratio habeat oportet, verum nõ metrum, alioquin erit poema: neque verò rhythmum exquisitè, id autẽ eueniet, si quadantenus sit.

3 Rhythmorum verò herous grandis est, & canorus, & harmoniam requirens. Iambus autẽ ipse vulgi sermo est. quo fit, vt maxime omnium metrorum iãbos in dicendo effundat. verum grãditatem effici, & excitationem oportet. Trocheus autem cordaci vicinior est. id quod tetrametra indicant: siquidem volubilis tetrametra rhythmi sunt. Relinquitur ergo pæan, quo vti, quidem à Thrasymacho inceperunt, sed quinam esset, dicere non potuerunt. tertius autem est pæan, & ijs, quos diximus, cõiunctus: tria enim ad duo est eorum verò ille quidem vnum ad vnũ,

hic

ca: nam insuaue est, & obscurum, quod nõ terminatur: omnia verò numero finiuntur.

Sed is numerus, qui 2
in orationis forma spectatur, rhythmus est; cuius etiam metra partes sunt. quo fit, ut oratio rhythmum quidem habere debeat, non autem uersum: alioquin esset poema: neque tamen exquisitè rhythmum seruare oportet, sed quadantenus.

Ex numeris autem 3
oratorijs herous grandis est, & elegans, & indigens harmoniæ. iambus autem ipsa est imperitorum oratio: ideo ex omni genere carminum, in iambica maximè loquẽtes incidunt. oportet autem in dicendo effici granditatem, & in admirationem inducere. At verò trochaꝰ Cordaci aptior est. qd apertè tetrametra declarant, in quib. numerus incitatus est, & lubricus. Reliquus est pæan, quo quidã usi sunt

ij,

hic verò duo ad unum, coniuncta verò his est rationib⁹ sesquialtera, hic autem est pæan. Ac alij quidem tum ob ea, quæ diximus abijciendi, tum quia metrici. pæan autem sumẽdus: qa ex solo eorum, quos diximus, rhythmorum, nõ constat metrum, ut maxime lateat. Ac nunc quidem uno pæane etiã incipiendo utuntur, verum finem à principio discrepare oportet. pæanis autem duę inter se oppositæ formæ sunt. quarum una principio conuenit, quemadmodum etiam utuntur. atque hic est, qui à longa incipit, & tribus breuibus terminatur: δακτυλικὸς εἰς τελευτὴν, & χυριοχόμα ἕκατι παιδὸς. alter uerò contra, cuius primę tres breues sunt extrema verò producta μετὰ δὶ μακρᾶς δύο τὸ πλεῖον ἐφανισε νῦξ, hic autem finem conficit, quia breuis propter imperfectionem decurtat. uerum in longa amputari ij, qui à Thrasymacho profecti sunt; sed tamẽ eius naturam non intelligebant. est autem tertius pæan, atque inter illos medius, quos diximus: est enim ut tria, si ad duo conferantur. ex illis verò alter est, ut unum ad unum. alter autem, ut duo ad unum. harum autem proportionũ sesquialtera media est. atque hic est pæan. Reliqui igitur, propter iam prædictas causas relinquendi sunt, & quia in uersum cadunt maximè. pæan autem admittendus; nam ex hoc uno prædictorum omnium uersus nullo modo conficitur. quare maximè latet. nunc igitur uno tantum pæane vtuntur, atque in orationis principio. sed à principio finem differre oportet. Duæ verò sunt pæanis species inter se contrariæ, quarum altera principio conuenit, sicuti etiam vtuntur: atque is est pæan, cuius prima syllaba lõga est, tres

tari oportet, & finem patere non per librariũ aut per paragraphẽ, sed per rhythmum. Ac cõcinnam quidem, & rhyminon expertem elocutionem esse debere, & qui rhythmi cõcinnam efficiant, & quemadmodum Thetidem occudum constituti, dictum est. tres uerò postremæ breues sunt: ut Delogena, siue Lyciam, & Aurico me ò Hecate, nate Iocinnam quidem, & rhyuis. alter autem contrà, cui⁹ tres primæ breues sunt, postrema longa, ut, humum, & aquam, inde Thetidem occuluit horrifera nox. atq; hic benè concludit: breuis enim syllaba, quoniam est imperfecta, mutilatam, ac mancam efficit orationem. itaque sententiam oportet longa syllaba terminari: atque ipsum finem notum esse, non scriptoris opera, neque propter aliquam appositam notam, sed propter numerum. Iam igitur declaratum est, numerosam esse oportere orationem, non autem extra numerum: & qui numeri tales eam faciant, quoque modo sint in ea collocandi.

Argumentum cap. 11.

Ad aliam partem accedit Aristo. quæ pertinet ad orationem dilucidam, & decoram. eaque est elocutio pendens, & conuoluta. Itaque elocutio duplex est, pẽdens, & conuoluta, siue ambitu comprehensa. pendens oratio appellatur, quæ finem non habet: vel quoniam animum quasi suspensum tenet: vel quia nimio desiderio afficit, vel dubium reddit. quapropter est inuenusta, & insuauis. Conuoluta, siue ambitu comprehensa est, quæ periodis constat. periodus latinè dicitur clausula, quæ compositio est, vbi plena sententia est: habet enim per se principium, & finem, magnitudinemq;

medio-

mediocrem: atque hanc ob rem est suauis, & dilucida. Suauis est, quia interminato, ac suspenso contraria est: et quoniam semper aliquid se tenere putat auditor. dilucida est, eò quod sensus in ipsa non incidatur, sed concluditur, facileq; memoriæ mandatur. Cæterum duplex est periodus, siue clausula: altera membris cõstat, altera simplex est. est membrum una particularum, & particula est oratio, quam logici simplicem propositionem vocant: vt, homo ambulat. huiusmodi verò clausula, quæ pluribus constat membris, requirit hæc: vt videlicet sit absoluta, distincta, & spiritum dicentis nõ impediat in toto ambitu: maxima enim est ea clausula, quæ vno spiritu uix explicari potest. Clausula uerò, quæ minus est membri, non est unum membrum: nam membrum est brevis quædam particula, sed est longior. oportet præterea & periodos, & membra neque mutila esse, neque longa: offendit enim & præcipitem rapit auditorem mutilum, & paruum, longum verò deficere cogit.

Elocutio duplex, pendens, & conuoluta. & quid vnaquæq; harum sit, & quid periodus, & quot.

SIGON.

ELocutio verò aut fusa sit, necesse est, & vinculo vna, quales sũt in dithyrambis anabolæ, aut versa, & antiquorum poetarum antistrophis similis.

Ac fusa quidem elocutio prisca est: ἀποδόσει ἀπὸ τῶν ὑφεξῆς ἀπὸ ἀρχῆς καὶ ἀπὸ τέλους. quippe qua olim omnes, nunc vero parum multi utantur. fusam vero appello, quæ nullum per se finem adipiscitur, nisi res, quę dicitur, absoluatur. ea verò propter infinitatem est iniucunda, quia omnes finem aspicere cupiunt. quocirca in flexionibus anhelant, ac deficiant. prius autem non laborant, dum metam prospiciunt. ac fusa quidem elocutio hæc est.

Versa verò est, quæ ambitibus constat. voco autem ambitum orationem habentem principium, & finem ipsam per se, & facilem conspectu magnitudinem eiusmodi uero tum suauis, tum ad percipiendum facilis est: suauis quidem, quia interminato adquiescatur, & quia auditor semper se tenere aliquid arbitratur, eo, quod ipsi semper est aliquid terminati: illud autem

MAIORAG.

ELocutionẽ verò duplicem esse necesse est, vel tractam, ac pendentem, quę copulatione fit vna quales sunt dithyramborum cantiones: vel ambitu comprehensam, & similem veterum poetarum antistrophis.

Sed tracta, ac pẽdens elocutio priscorum est, qua Herodotus Thurius in historia vtitur, atque eo tempore ferè omnes vtebantur, nunc autem perquàm pauci. Voco autem tractam, ac pendentem elocutionem, quæ nullum ex se finẽ habet, nisi res, quæ exponitur, ad finem peruenerit. quæ sanè est iniucunda: quoniam infinitè fertur: omnes em̃ videre finem exoptant. quapropter cursores, cum ad flexiones peruenerunt; vehementer anhelant, & penè deficiũt, cum antea non laborẽt quia metã prospiciunt. Ac tracta quidem, pendensq; oratio talis est.

Ambitu verò comprehensa est, quę periodis constat. periodum voco orationem, quæ principium, & finem ex se se habet, & eam magnitudinem, quæ facile perlustrari possit. Huiusmodi autem oratio suauis est, & facilè per-

autem nihil præsenti re esse, neque aperire, suauitatem non habet, ad percipiendum autem facilis, quia facile teneri memoria potest. hoc verò, quia numerum continet, quæ ambitibus constat, oratio, qui memoria custodiri commodissimè potest. vnde versum facilius omnes recordantur, quàm solutorum, quia numero, quo dimetitur, astricti sunt. cæterum ambitus etiam cum sententia terminetur, oportet, neque, vt iambica Sophoclis, abrumpatur, *Calydon quidem hæc, terra Pelopei soli*; quia contrarium etiam suspicari, quàm si diuidatur, licet, ut in eo, quod dixi mus, Calydona esse Peloponnesi.

3 Ambitus autem vnus quidem mẽbris cõtinetur, alter verò simplex est. ex mẽbris uerò constat elocutio, quę perfecta est, & distincta, & facile comprehendi spiritu

percipi potest. & suauis ideirco est; quia est illi contraria, quæ infinitè fertur: & quia semper auditor aliquid se tenere existimat; cum semper aliquid cõclusum, ac determinatum accipiat: contrà verò nihil præuidere nihilq; absolutum habere, est iucundum. facilè autem percipitur; quia memorie facilè mandari potest. &, hoc accidit; quia numerum habet in periodis, quod omnium maximè aptum est ad recordandum. atque hæc causa est, cur omnes facilius carmina, quàm solutam orationem recordentur: quia numerum habent, qui ea metiatur. Oportet autem in periodo sententiam etiam ipsam finiri, non autem abrumpi: quod fit in illis iambici Sophoclis.

Hæc est quidem Calydon. solum potitus est,
Quo olim Pelops.

nam si periodus diuisa sue-

ritu potest, nõ propter distinctionem, vt commemoratus ambitus, sed tota. Membrum verò illius pars altera est. Simpliccm autem appello vnimembrem.

4 Cęterum tum membra tum ambitus, neq; mutilos, neque longos esse oportet. nam quod pusillũ est, efficit. vt auditor sæpenumero hæreat. etenim cum ad id, quod adhuc est vltra, & ad eius, quem in semetipso continet, termini modum festinans quiescente oratore retrahitur, quodammodo propter repulsionẽ hæreat, necesse est. longa verò efficiunt, vt deficiat, velutiii, qui vltra terminum se conuertunt. quia & isti eos, q secum deambulant, deliquunt. similiter verò & ambitus, qui longi sunt, oratio, & simile aliquid anabolæ fiũt. quare euenit, quod Democritus Chius in Melanippedem est iocatus qui pro antistrophis anabo-

Ll in

fuerit; sensus contrarius elicitur, sicut in prædicto exemplo potest quis suspicari, Calydonem in Peloponeso esse.

Duplex autem est pe 3
riodus; nam altera mẽbris constat, altera simplex est. ex membris constat ea locutio, quæ perfecta est, & distincta as parteis habet, & spiritum dicentis non impedit, non in ipsa diuisione, sicut in prædicta periodo; sed in toto ambitu. membrum verò est altera periodi pars. Simplicem periodum eam appello, quæ ex uno membro constat.

Oportet autem, & 4
membra ipsa, & periodos neque mutilas esse, neque longas: nam quod mutilum est, ac parum, sæpe cogit auditorem offendere, atque hærere: necesse est enim, ut, cum auditor adhuc ultrà tendit animo, & ad mensuram illam termini, quem

nabolas fecerat: *Nempe capiti suo malum fuit ille, qui alteri malum fuit, longa vero anabolei, qui fecit, pessima*; hoc enim in eos etiam, qui longis membris utuntur, dicere conuenit, qui vero nimium breuia mẽbra habent, ambitus non sunt. quò fit, vt auditorem præcipitem agant.

in se ipso concepit; cessante oratore, quasi retro trahatur, & quasi obice quodam impeditus, offendatur. Longæ uerò periodi: faciunt, ut auditor relinquatur: quemadmodum ij, qui spacia conficiunt, & ultra statutum terminum progrediuntur, eos post se relinquunt, qui vnà deambulabant. ita longæ periodi iam in orationem exeunt, & Dithyramborum cantionibus similes fiunt. quare idem hac in re contingit. quod Democritus Chius Melanippidi per io cum obiecit: cum ille pro antistrophis anabolas usurpasset:

Is se ipsum ladit, alium qui lædere quærit;
At carmen longum uati ipsi pessima res est:

hoc enim ipsum etiam in eos aptè dici potest, qui longis membris delectantur: contrà uerò, quæ breuiora, quàm opus sit, habent membra, ne periodi quidem sunt: nam ipsum auditorem præcipitem rapiunt.

Argumentum cap. 12.

Periodus, quæ plura continet membra, altera distincta est, ac libera, & sine aliqua oppositione, vt. sæpiùs admiratus sum eos, qui celebritates congregarunt: & eos, qui gymnica certamina constituerunt. hæc quidem oratio non opposita est; cum eius membra contraria nũ sint. altera opposita. oppositæ verò est clausula, cum in

vtroque eius membro contrarium, ad contrarium refertur: ut. sæpe fit, vt stolidi fœliciter, prudentes verò infœliciter agant. Et nauigauit per terras, pedibus fuit per maria. Et, aut viuos amplifices, aut mortuos derelinquas. Potest etiam clausula opposita esse, cum idem utrisque contrarijs adiungitur: vt, fit sæpe, ut prudentes, & imprudentes fœliciter agant. Et utrisque vtilitatem attulerunt, & his, qui remanserunt: et his, qui secuti sunt. Omnes quidem hæ clausulæ oppositæ sunt suaues, & delectabiles: quoniam contraria maxime nota sunt: & cum inter se conferuntur, fiunt notiora: ac tertiò quia est elencho syllogismo similis: elẽchus enim est contrariorũ collectio. Ex his periodis, quæ nullam tenent oppositionem, vna est, quæ dicitur compar. hæc fit, cum mẽbra sunt aqualia vel in principio, vel in fine. atque in initio nomina semper similia sunt: in fine similes sunt extremæ syllabæ, vel eiusdem nominis casus, vel nomen ipsum: vt, si parentibus est benefaciendum; præceptoribus est benefaciendum. In syllabis. erat in cogitatione maxima, et in spe minima. In dictione. Eo viuo dicebas male, & mortuo scribis male. Contentio, compar, & similiter cadentia aliquando in eandem concurrunt periodum: vt. si amicis est bene faciendum; inimicis est malefaciendum. Reperiũtur quandoque falsæ contentiones, vt illa. Interdũ ego cum illis eram, interdum uerò apud illos. hæc contentio falsa est: quoniam esse apud illos, & esse cum illis idem est.

Periodus, quæ plura continet membra, est duplex, libera, & oppositа. contentio, compar, & similiter cadentia quæ,

SIGON.

5 Elius autem, quæ mẽbris continetur, elocutionis vna quidem distincta est, altera verò opposita: distincta quidem. vt: *Sæpenumero admiratus sum eos, qui conciliabula coegerunt, & gymnicos ludos instituerunt*. oppositа verò, in qua in utroque membro, aut contrarium cum contrario componitur, aut idem è contrariis iũgitur, hoc modo: *Vtrisque autem posuerunt, & qui remanserunt, & qui sequuti sunt; illis enim plura, quam quæ domi essent, adquisierunt, his verò satis eorum, quæ domi essent, reliquerunt*. contraria remanere, sequi: satis. prius: *Quare & pecuniarum indigentibus, & frui nolentibus*. fructus adquisitioni op-

po-

MAIORAG.

6 Elocutio verò, quæ membratim profertur, partim distincta, ac libera est. partim oppositа. distincta, ut illa Isocratis. Sæpius admiratus sum eos, qui celebritates congregarunt: & eos, qui gymnica certamina constituerunt. oppositа verò est illa cum vel in utroque mẽbro contrarium est alteri contrario constitutum, vel idem membrũ e contrarijs constat, vt qui secuti sunt. Nam ijs multò plura, quàm domi possidebant, acquisiuerunt: illis verò, qui domi remanserunt, satis agri, quo se alerent, reliquerunt; hæc enim sunt contraria remanere, & sequi plura, & satis. Item, itaque & pecuniarum egentibus, & frui

ponitur. item: *Contingit sæpe in his, ut & prudentes male agant & imprudentes bene. Statim quidem virorum fortium præmia obtinuerunt, non ita verò multo post maris imperium pepererunt. Terram quidem navigasse, mare verò inambulasse. Hellesponto quidem iuncto, Atho verò perfosso. Et natura cum sint ciues, lege ciuitatis priuari. Alij enim eorum male perierunt, alij verò turpiter seruati sunt. Priuatim quidem barbaris seruis uti, publice verò multos socios seruientes despicere. Aut viuentes habituros, aut mortuos relicturos*. Et quod in Pitholaum, & Lycophronem quidam in iudicio dixit: *Hi cum domi essent, uos uendebant: ad nos profecti uenundati sunt*. hæc enim omnia id, quod diximus, pariunt.

Habet autem eiusmodi dictio suauitatẽ: quia contraria notissima, & inter se comparata notiora existunt, &

frui volentibus: nam acquirere, & frui inter se opponuntur. & illud, Sæpe accidit in eiusmodi rebus, vt prudentes aberrent, & insipientes rectè gerãt. Statim quidem præmia fortium virorum obtinuerunt, sed ita multò post imperium maris acquisiuerunt: Terram quidẽ navigasse, maria verò ambulasse. Hellespontũ quidem iunxit, Athonẽ verò perfodit: &, Qui natura ciues essent, legæ priuati sunt ciuitate: ex eis enim alij malè perierunt: alij turpiter seruati sunt. Priuatè quidem seruis uti barbaris, publicè verò pati sociorum multos seruos esse: uel uiuenteis habere, uel morienteis relinquere. Et quod in Pitholaũ, & Lycophronem quidam in iudicio dixit. Hi, cum domi essent; uos uendebant: postquam ad nos uenerunt; ipsi empti sunt. in his enim omnibus id est, quòd anteà diximꝰ,

quia

quia propè ad syllogis-
mum accedunt. siqui-
dem collectio oppositō
rum elenchus est. ac e-
iusmodi quidem vocat
Oppositio.

7 Cōpar verò, si æqua-
lia membra sint: Simili
ter autem desinens, si
vtrunque membrum si
miles exitus habeat. at
verò aut in principio,
aut in fine habeat, ne-
cesse est: & principium
quidem semper nomi-
na, finis autē extremas
syllabas, aut eiusdem
nominis casus, aut ip-
sum nomen: in princi-
pio quidem ita: ἀργὸν
γὰρ ἔλαβεν, ἀργὸν παρ' αὐ-
τῶ. δωροιτοί τ' ἐπείλοτο
σαρ' ἀρητοί τ' ἐπέεσιν in
extremo verò. ὠθήσαν
αὐτὸν παῖδ' ὸν τετοκέναι,
ἀλλ' αὐτῶ αἴτιον γεγονέ-
ναι, Ἐνπλείσαις δὲ φρον-
τισι, ἢ ἐν ὀλαχίσαις ἐλπί
σι. casus autem eiusdē:
ἄξιος δὲ ζαλῆναι χαλκᾶς,
οὐκ ἄξιος ὢν χαλκᾶ. idem
autem nomen: σὺ δ' αὖ
τὸν ἢ ζῶντα ἔλεγες κα-
κῶς, ἢ νῦν γράφεις κα
κῶς, à syllabam ve-

rò: τί ἂν ἔπαθες δεινὸν,
εἰ ἄνδρ' ἔδες ἀργὸν: Fie-
ri autem potest, vt idē
simul omnia habeat, i-
demque oppositum, &
Compar, & Similiter de
sinens sit. principia ue-
rò ambituum ferme in
Theodectijs numerata
sunt. verum & fallæ op-
positiones existunt, qua
les fecit Epicharmus:
τόκα μὲν ἐν τήνοις ἐγὼν
ἦν, τόκα δὲ παρὰ τήνοις
ἐγώ. Quoniam autem
explicatum de his est,
vnde vrbana demum,
& probata dicta ducan-
tur, aperiamus. Ac ea q
dem fingere, ingenioſi,
aut exercitati hominis
est, tradere verò, artifi-
cij huius. quamobrem
exponamus, ac numere
mus. hinc verò capia-
mus exordium.

6 Iucunda verò est hu-
iusmodi locutio: quo-
niam contraria maxi-
mè nota sunt, & cum
inter se conferuntur;
fiunt etiam notiora:
& quia ratiocinationis
formam præ se fert; e-
lenchus enim nihil a-
liud est, quàm contra-
riorum collectio, atque
hæc quidem exornatio
contentio vocatur.

7 Compar verò dici-
tur, cum æqualia mem-
bra sunt. Assimilatio
vocatur; cum extremæ
partes vtriusque mem
bri similes sunt. Neces-
se est autem hoc vel ini
tio, vel in fine fieri. At-
que initio quidem no-
mina semper similia
sunt: in fine verò simi-
les sunt extremæ sylla-
bæ, vel eiusdem nomi-
Probationes autem ad fidem faciendam] Generi iudiciali, ac deliberatiuo commune est præceptũ, vt ad id probatio applicetur, quod quæritur, aut in iudicio, aut in deliberatione. In iudicijs autem quatuor principaliter fiunt quæstiones. prima est, si factum sit, aut non sit. secunda, si obfuit, aut non. tertia si tãtum sit factum: vel tantum obfuerit, vel non tantum. quarta si iure factum sit, aut iure obfuerit, vel iniuria. harum verò potissimum quæritur ea, quæ est, si iure, vel iniuria. In genere autem deliberatiuo, in quo quæritur, an sit faciendum; multæ quæstiones fiunt. quarum prima est, si faciendum, uel non. deinde, si faciendum, an sit futurum, quod deliberatum est esse faciendum. si sit futurum; vtrum iustum sit, necne. si iustum; an vtile. si verò utile; an tantum. In genere autem demonstratiuo, cum res gestæ, quibus laudamus, credi debeãt: rarò enim demonstrari solent, nisi incredibiles videantur: idcirco probatione rarò utimur, sed gesta amplificamus supponenda. amplificatio enim sic se habet in genere demonstratiuo; vt probatio in iudiciali, & deliberatiuo. simili ratione si uituperauerimus, supponendo uitia, res gestas laudabiles extenuemus. Cæterùm iam demonstratum est oratorem persuadere enthymematibus, exemplis, amplificationibus, sententijs, fabulis, siue apologis, oratione affecta, & morata. verum sententiæ ad enthymemata, & fabulæ ad exempla reducuntur. His omnibus utitur orator,

orator, sed in iudiciali genere exemplorum vsus est ratior: in demonstratiuo potissimum utimur amplificationibus, & oratione morata: in genere deliberatiuo exemplis, fabulis moratis, & affectis. & in iudiciali plurimum valet oratio morata, & affecta. verùm in omnibus, ut diximus, hæc omnia accõmodari possunt, aliquibus verò magis, aliquibus minus; nam præcipuè deliberationibus apta sunt exempla, & fabulæ: quoniam, cum omnis deliberatio sit de futuris, à præteritis per exempla de ipsis dicere est necesse. Iudiciali maximè competunt enthymemata, & sententiæ enthymematicæ: iudicia enim sunt de iam factis, quæ demonstrationem idcirco habent, quoniam & necessitatem habent: præterita enim necessitatem habent ad facta esse. In demonstratiuo magis amplificatione utimur. at verò per exteriores laudes fit oratio amplior. exteriores verò laudes sunt nobilitas, patria, educatio, & id generis. In iudiciali verò habemus plura præcepta, quorum primum est, ut enthymematis alij probationum modi permisceantur, veluti sententiæ, orationes moratæ, uel affectæ, & cum narratione misceantur. idq; fiat, ne aliud enthymema alij officiat. Secundum est, ut enthymematum numerus sit non infinitus, sed finitus. tertium quòd non enthymematibus res omnes sunt confirmandæ, ut ij efficiunt philosophi, qui syllogismos adhibent ad ea, quæ notiora sunt, ac certiora, quàm ea, quæ sumunt, hoc est, propositiones. itaque enthymemata, quæ redarguunt in probatione, magis assumenda sunt, quàm ostensiua, si haberi possint. elencha enim enthymematæ, quæ redarguunt, magis desiderantur: quoniam sunt ad hominem: nam quæ arguunt, acrius probant. in Mathematicis quidem ostensiuas magis optamus rationes; eo quòd faciunt scire. rationes verò ad hominem vincere faciunt. & idcirco magis Rhetoricis, & Dialecticis competunt.

Quar-

Quartum præceptum est, quòd cum animos mouere velis; ne enthymemate vtaris: nam alterum excutietur ab altero, vel inane, & frustra dictum erit argumentum. Quintum, ne moratam orationem enthymematibus misceamus. Sextum est, quòd sententijs utendum sit & in narratione, & in confirmatione: nam ad mores exprimendos valent.

Est autem difficilius in deliberatiuo, quàm in iudiciali genere versari] *quia de futuro est deliberatio, iudicium verò de præterito. deinde leges iudiciali supponuntur, veluti principia enthymematum, initium afferunt. unde inueniendi facultas habetur. postea iudicialis orator non habet multas commorationes: solum enim in aduersarium tendit: per accidens autem aliquando digreditur aut de se ipso, aut in mouendis affectibus.*

Argumentum cap. 19.

Nunc ad confutationem Arist. transit, ea verò pertinet ad enthymemata, & ad mores. & primo dicit enthymemata, quæ confutant magis excellere, quàm ea, quæ confirmant: propterea quòd tanquàm contraria inter se collata euadunt apertiora. Soluuntur, siue confutantur argumenta duplici via. altera est, si resistamus, atque occurramus, hoc est, ostendimus ea non esse consectaria, neque firmiter concluſa; sed falsa. altera fit contrà argumentando. i. cum nos alia argumenta multò firmiora in medium afferimus. de qua re in lib. 2. copiosius est tractatum. Ordo autem sit, vt qui priore loco dicit, is causam suam primò argumentis confirmet: deinde ea confutet, quæ contrà aduersarius dicere posset: quæ si multa essent; prius illa sunt refutanda, quàm nostra confirmanda. Qui verò secundo loco dicit, is prius confutare debet argumenta obiecta, præ-

præsertim si fidem faciant, uel omnia, uel firmiora, uel præstantiora, uel ea, quæ facilè refelli possunt. deinde confirmet causam. Quòd verò ad mores confutandos attinet, quoniam uitium est se laudare, uel alios ui superare; aliũ fingere oportet, qui hæc faciat, & enthymemata in sententias mutare: siquidem, ut antea dictum est, moratæ orationi non conueniunt.

Confutatio quid, & quot modis fit facienda.

SIGON.

EX enthymematibus autem quæ refellendi uim habent, uehementius probãtur, quã quæ monstrandi: quia quæ refellunt, syllogismo concluſa esse, apertius est, siquidem contraria inter se collata sunt notiora.

¶ Quę verò contra aduersarium dicuntur, diuersi alicui generis nõ sunt, sed inter fides numerantur. quod est alia obiectione, alia syllogismo, dissoluere. In consultatione autem, & in iudicio, qui priore loco dicit fides: suas prius exponere, post autem contrariis occurre gando

MAIORAG.

EX argumentis verò, quæ vim habent refellendi, magis excellunt, quàm quæ confirmant: quæ enim refutationem continẽt, maiore ui concluſa esse platius est, siquidem contraria inter se collata sunt euidentiora;

nam quæ contra aduersarium dicuntur, non diuersam habent speciem, sed sunt è probationum numero; partim enim resistendo, atque occurrendo soluũtur, partim contrà argumentando. Oportet autem eum, qui vel in deliberatione, vel in iudicio prior dicit, causæ soluendo, atque eſ firma-

gando debet ; quod si firmare : deinde illis, aduersa causa multiplex fit, ante cõtrarijs. quæ cõtrà dici possunt occurrere, & ea dissolut fecit Callistratus in uere, atque extenuare. Messenaica concione. sed tamen, si multa iis enim, quæ dicturi erant, sublatis tum ita ip sunt, quæ in contrariã partem dici possunt ; se dixit. qui uerò poste prius erunt illa refutãriore loco dicit, prius da, quemadmodum secontra aduersarij oracit Callistratus in contionem dicere soluendo, & syllogismum opcione Messanica; prius enim ea refutauit, quæ ponendo debet, & macontrà dici poterant, ximè si approbata sint, deinde sua confirmaut enim hominem, qui uit. Quòd siquis secun in crimen ante uocado loco dicat; prius ea, tus sit, animus non reci quæ obiecta sunt ab ad pit, sic neque orationẽ, uersario, refutare desi aduersarius bene di- bet uel dissoluendo, vel xisse putetur. oportet contrà argumentando: igitur locum futuræ o- & præcipuè si illa fidẽ rationi in auditore pafeciſse visa fuerint: sirare. fiet autem, si remo cut. n. animus eum ho ueris. itaque aut con- minem nõ recipit, qui tra omnia, aut quæ ma multis criminibus insi xima, aut quæ approba mulatus fuerit; eodem ta sunt, aut facile redar modo neque orationẽ, gui pugnando possunt, si aduersarius uerè dixisse visus fuerit. Oporcomparãda: *Duabus pri tet autem auditori ani mũ adiutor ero. ego enim* mum ad futuram ora*Iunonem*, in his, quod tionẽ præparare. quod infulsissimum est, pri- facilè fiet, si contraria mum attigit. Ac de fide refutaueris. quare cum quidem hæc. uel omnia reprehende

¶Ad

¶Ad mores autem. quoniam nonnulla de semetipso dicere inuidiam, aut loquacitatem, aut obtrectationem habet, de alio uero aut conuitium, aut rusticitatem. Alterum dicentem inducere debemus. quod Isocrates facit in Philippo, & in Antidosi, & quo modo Archilochus. Ac de conquippe qui patrem de filia dicentem in Iambo facit: *Rerum inspera ta nulla est, nec iureiurando negari potest*, & Charonem fabrum in Iambo, cuius principium est. *Non mihi Gygæ opes.* & ut Sophocles Aemone de Antigona apud patrem, perinde ac si alij loquerentur. Iam uero enthymemata etiã immutare, & interdũ in sententias transferre conuenit, hoc pacto. *Prudentes pactiones facere oportet, cum prospera fortuna utuntur, sic enim optima cõditione fuerint.* enthymematice uero: *Si enim cũ pactiones commodis-*

riis aduersariorum argumenta, uel ea, quę maximè firma sunt, vel q̃ excellunt, vel quæ facilè refelli possunt; tunc rationes tuas confirmare debes.

Primò refellã, quæ deis obiecta sunt.

Iunonem ego: in his enim id primum attigit, quod erat infirmissimum. Ac de confirmationibus quidem hæc dicta sunt.

Quòd ad mores attinet, quoniam de seipso prædicare, vel inuidiosum est, vel prolixũ, vel habet qui contradicant, & de altero dicere, vel conuicium, vel rusticitatem ostendit, opus est aliquem, qui hoc faciat, cõformare. quod Isocrates facit in oratione, quam ad Philippum misit, & in ea, quæ, antidosis dicitur quo modo vituperat etiam Archilocus; nam in iambicis suis patrem de filia sic loquentem inducit.

Nil prorsus est, quod non

modisſimas ſunt, ac optimam conditionem aſſerũt tum paciſci oportet, profecto tum, cum proſpera eſt fortuna, paciſci oportet.

Nil curo opes Gygis.

quemadmodum etiam Sophocles Aemonem inducit, cum patre pro Antigona loquentem, tanquam ea dicerent alij. Quin interdum licebit argumenta commutare, atque ex eis ſententias facere, vt. Sunt autem à prudentibus cum hoſtibus fœdera ferienda, cum fortunam habẽt proſperam: ſic. n. maximè poterunt eſſe ſuperiores. argumentando verò ſic proferetur. Si fœdera cum hoſtibus ferire oportet, quo tempore ſunt vtiliſſima, & cum meliores conditiones eſſe ſolent; tunc maximè ferienda ſunt, quando fortuna eſt proſpera.

non fiat pecunia.
Aut, quod futurum nõ queat iurari
Et Charonẽ fabrũ induxit in eis iãbicis, quorum principium eſt.

EXPLANATIONES.

Oportet autem eum, qui vel in deliberatione, vel in iudicio] *Confutatio eſt argumentorum, vel calumniarum, quas aduerſarius intulit, vel inferre potuit, redargutio. de hac inquit Ariſt. cum iam ad aduerſarij locos aggredimur; non in alia parte, ſed in facienda fide verſamur adhuc, & alios obiciendo, alios argumentando diſſoluimus. quæ verba nobis indicant confutationis locum poſt narrationem eſſe: deinde cõfutationem, & ſolutionem eorum, quæ aduerſarius dixit idem eſſe. præter hæc ordinem dat, dum ait. ſunt & in deliberatione, & in iudicio noſtra argumenta primum collocanda, deinde argumenta, & calumniæ aduerſariorum cum contemptione quadam confutanda.*

da. verùm, ſi multiplex, & varia ſit aduerſariorum oratio; primum cõfutabimus, deinde noſtra ponemus. hæc quidem ſunt ſeruanda, cum defenſor primus dicat. quando autem ſecundus; primum ei confutãdum eſt ſoluendo, ac contrà arguendo, atque eò magis, ſi aduerſarius perſuaſiſſe uideatur: nam quemadmodũ improbum hominem animus contemnit; ſic orationem negliget quoque, ſi bene dixiſſe aduerſarius videatur. quare auditor vel omnium, vel plurium, vel grauiſſimorum, vel ſaltem confutatu facilium infirmatione præparatus aurem noſtris dabit, credibiliora q; probabit. Præterea, cum primus defenſor dicit; confutatio ſemper cum confirmatione eſt ordinanda. at, ſi defendens ſecundus ſit; confutatio copulata ſit cum exordio: nam inſinuata intentione, defenſor diſſoluere debet, poſtea narrationem aggredi.

Argumentum cap. 20.

Hæc pars ad confirmationem, & ad confutationẽ confert: nam interrogat, & qui confirmat, & qui confutat. Hoc caput tres habet partes. prima eſt, quot ſint interrogandi opportunitates: ſecunda quomodo ſit interrogationi oratoriæ reſpondendum: tertia de ridiculis. tempora, verò ſiue opportunitates interrogandi quatuor ſcribit Ariſt. prima eſt, cum alteram partem aduerſarius dixerit, deinde ex interrogatione ſequitur abſurdum. ſecunda cum altera pars eſt perſpicua, altera facilè conceditur ab interrogato. tertia cũ aduerſarius videtur ſibi contraria dicere, uel abhorrentia ab opinione communi. quarta cum non habet quod reſpondeat niſi captioſè, ac fallaciter. aliter fuga interrogationes ob auditoris ignorantiam, & argumẽta contrahe. Deinde Ariſt. accedit, ad alteram partem, quæ eſt, quomodo ſit interrogationi oratoriæ reſponden-

spondendum. quod est [cum autem ad ambigua] etenim respondendum est aut ad ambigua distinguendo, & longa oratione: aut ad ea, quæ uidentur contraria, soluendo: aut ad conclusionem causam adiungere: nam post conclusionem nihil interrogare oportet, neq; conclusionem ipsam, nisi tam sit clara, vt non possit negari. Præterea de ridiculis, quoniam hic locus poscere uidebatur, in lib. de arte Poetica scripsit: quorum duo desiderantur. vbi de ridiculis agebat, ait ridiculæ faceta & vrbana honesto homini conuenire: sed scurrilia minimè, dissimulationes verò magis: nam dissimulator dum sibi detrahit, vt alios extollat; id facit, vt ipse oblectetur, & ex aliorum stultitia capiat uoluptatem: scurra uerò, vt alterum oblectet, & alijs risum moueat. quod sordidum est, atque illiberale.

De occasione interrogandi.

SIGON.

DE interrogatiõe uerò opportunũ est, eam adhibere, in primis quidem cum unũ asseruerit, usque adeo ut altero præterea interrogato, cõsequatur absurdum, ut Pericles Lamponem de initiis sacrorum Sospitæ scisciatus est. Cui cum ille diceret non posse, qui non initiatus esset, audire, rogauit, an ipse nosset? aiente illo. at quo modo, cum non sit initiatus.

MAIORAG.

QVòd ad interrogationem attinet, maximè opportunum est ea uti, cum alteram partem aduersarius ipse dixerit, vt deinde ex interrogatione sequatur id, quod absurdum est; vt Pericles Lamponem interrogauit de imitatione sacrorum deæ Salutaris: &, cum ille dixisset nefas esse illa audire, nisi quis esset initiatus; petiuit num

nũ ipse ea sciret: quod cũ affirmasset. Et quõ, inquit, cum minimè sis initiatus?

¶ Secundo loco, cum unum quidem pateat, alterum uero interroganti dubium non sit, quin concessurus sit. cũ enim unam propositionem percontatus fuerit, quod patet, interrogare non conuenit, sed conclusionem inferre. ut Socrates, cum Melitꝰ negaret, ipsum deos esse putare, dixit, num dæmonium aliquid assereret? assentiente autem illo, rogauit; non ne dæmones aut deorum filij, aut diuinum aliquid sunt? aiente illo. est igitur, inquit, qui deorum filios esse putat, deos autem nequaquam.

¶ Præterea, quando futurum est, ut aut contraria, aut incredibilia eum dicere tendat.

¶ Quarto autem loco, quando non licet, nisi sophistica responsione dissoluere. nam si ita responderit, esse, & non esse, aut hęc quidem,

Secũdo opportunum est interrogare; cum alterum planum est, alterum non est dubium, quin is, qui interrogat, sit concessurus. cum autem vnam propositionem interrogaueris; non debes iterum id interrogare, quod perspicuum est, sed concludere, quemadmodum Socrates, cum Melitus diceret, eum non putare Deos eẽ, petiuit ab eo, num existimaret dæmonium aliquid eẽ. quod cum ille fateretur; dixit. Dæmones vel Deorum filij sunt, vel aliqd in se diuinum habent. quod postquam ille affirmasset. Fieri, ne potest, inquit, vt aliquis putet Deorum filios esse, ipsos autem Deos esse non putet?

Tertio debes interrogare; cum ostẽdere vis, ipsum aduersarium sibi ipsi contraria dice-

dem, illa verò non, aut aliqua ex parte quidē, ex aliqua verò non, cō turbantur, vt hæsitantes. Neque verò aliter tentare oportet nam si deat nisi fallaciter, & instituerit, victus esse existimatur. neq; enim multa interrogare propter auditoris infirmitatem licet. quocirca enthymemata, quàm maximè contrahere conuenit.

5 ¶ Respondere autem oportet ad ambigua quidem, oratione distinguendo, & non concisè.

6 Ad ea verò, quæ contraria existimantur, statim cum responsione solutionem afferendo priusquàm, quod reliquum est interroget, aut syllogismo concludat. neque enim quando in re ratio cōstat, prospicere difficile est. verum tam hoc, quàm solutiones nobis intelligentur ex topicis.

7 Et ei, qui concludit, si conclusionem interrogando cōfecerit, causam afferre. ut Sophocles rogatus a Pisandro an idem ipse, quod alij præconsultores de qua dringentis uiris constituendis censuisset, assensus est. quid verò? non ne hęc tibi nefaria esse uidebantur? assensus est. non ne igitur hæc tu nefaria commisisti? sane inquit. nō enim meliora alia suppetebant. Et Laco cum rationem de ephoratu in iudicio redderet, rogatus, an ipse alios iure periisse existimaret, assensus est. ille vero, non ne hæc tu cum illis decreuisti? & ille assensus est. non ne igitur iure & tu, inquit, peribis? minime uero, inquit: illi enim pecuniis acceptis hęc commiserunt, ego uero nequaquam, sed ex sententia.

8 Quocirca neque post conclusionem, neq; cōclusionem interrogare debemus, nisi multum veritatis supersit.

9 ¶ De ridiculis autē, quoniam vsum quendam

re, vel quæ sint ab opinione communi aliena.

4 Quartò cum nihil habet, quod respondeat nisi fallaciter, & captiose: nam, si ita responderit. Est sanè, & Non est: uel partim quidem est, partim non; uel. Ex aliqua parte est, ex aliqua non; perturbantur auditores, ac dubitant. Aliter autem interrogatione uti non debes: nam si tibi occurrerit aduersarius; superatus esse uideberis. Neque enim multa licet interrogare, propter auditoris infirmitatem. quare etiā argumenta quàm maxime fieri potest, contrahenda sunt.

5 Cum autem ad ambigua respōdendum est; tunc distinguere opus est, & longa uti oratione, non autem concisa.

6 Ad ea uerò, quæ contraria uidentur, statim in responsione solutio adhibenda est prius, quàm quod reliquum est, interroget aduersarius, & concludat: neque enim difficile est uidere, quanam in parte sit ratio: sed ex Topicis cum hoc intelligi potest, tum etiam, quæ solutiones adhibendæ sunt.

7 Verùm qui concludit, si ex interrogatione concludit, causam debet adiungere: ut Sophocles interrogatus a Pisandro, num ipse sententia sua, sicut alij publici consilij auctores, dominatum Quadringentorum confirmasset, ita respondit. Quid? ait ille, non ne res improbat ibi illa uidebatur? Ita, inquit. Ergo tu sponte rem improbam confirmasti? Certè, inquit, neque enim erant alia meliora. sic etiam Lacon, cum magistratus sui rationem redderet. Ephorus enim fuerat interrogatus, an eius socij, & collegæ iustè condemnati uiderentur; respondit,

dam in cõtentionibus, habere uidẽtur. & Gorgias aduersariorum seria risu, risumque seria risu, risumque seriis discutiendum esse, præcepit, & recte præcepit, quam multa ridiculorum genera sint, in præceptis Poeticæ dictum est. quorum unũ quidem libero homini conuenit, alterum uero secus. id igitur, quod sibi aptum est, sumat. est autem iocus scurrilitate liberalior. ille enim sui causa ridiculum fingit, scurra vero alterius.

uideri. Quid? non ne tu eadem censuisti? Censui, inquit. Ergo etiam tu iustè condemnari debes. Minimè, ait ille: nam collegæ pecunia corrupti illa censuerunt: ego uerò non pecunia; sed quia ita sentiebam.

Itaque post conclusionem nihil interrogare oportet, neq; etiam ipsam conclusionem, nisi cum adeò vera, & certa est causa, ut labefactari non possit. 8

De ridiculis uerò, quoniam usum aliquẽ in forensibus causis habere uidentur, & Gorgias dixit, res serias aduersariorum risu discutere debere, contraque risum rebus seriis, satis dictum est in ijs, quę de arte Poetica sunt a nobis tradita: nam ibi, quot ridiculorum species sint, ostendimus. Sunt enim ridicula, quæ libero, atque ingenuo homini conueniant: sunt etiam quæ non conueniant. itaque uidendum est, ut apta sibi quisque sumat. Dissimulatio uerò magis ingenuum decet, quàm scurrilitas: nam dissimulator propriæ uoluptatis gratia ridiculis utitur: scurra uerò, ut alterum oblectet. 9

EXPLANATIONES.

Quòd ad interrogationem attinet] *Quatuor sunt tempora, quibus occasio offertur interrogandi. primum est, quando defensor duarum propositionum alteram concessit, alteram concedere cogetur per interrogationem. & id conficitur enthymema, quod tecmirium Aristot. & Cicero argumentum insolubile appellat. secundum, cum altera propositionum manifesta sit, alteram scimus aduersarios esse concessuros. unde, omissa manifesta, interrogabimus de alia. Tertium, cum contraria, uel præter opinionem dicere aduersarium sumus demonstraturi. hac optima interrogandi occasio est. Quartum, cum defensor non possit soluere, nisi modo cauillatorio.*

Cum autem ad ambigua respondendum est] *Quo facto tete opponas in genere docet Arist. in Topicis: sed huic parti oratoriæ duo dat præcepta, quorum primum est. si ea, quæ accusator, uel defensor interrogat, sint ambigua; non statim soluenda sunt aut interimendo, aut concedendo. sed prius distinguere opus est, & longa uti oratione, non autem concisa. Ad ea uerò, quę contraria uidentur, & falsa; statim in responsione inferenda est solutio interimendo, priusquam aduersarius aliud interroget, aut ratiocinetur: ne illa indiscussa permaneant. secundum præceptum est. esto, quòd defensor concedat aliquid non concedendum, & aduersarius contra eum concludendo, conclusione faciat interrogationem; tunc defensor causam afferat, ob quam conclusionem concessit: nam sic uidetur quodam modo oppositionem soluere: ut. Sophocles interrogatus, an sibi quoque ut alijs uisum fuit quadringentorum dominatum confirmasse. ita respondit. quid? ait ille, nonne res improba tibi illa*

uidebatur? ita inquit. tu igitur hanc improbam esse confirmasti? certè, inquit, neque enim erant alia meliora. uide, quo modo errorem euitauit.

Argumentum cap. 21.

Quarta orationis pars est epilogus, siue peroratio quæ constat ex quatuor partibus, ex benevolentia auditoris, ex amplificatione, ex animorum commotione, & ex enumeratione. prius auditor benevolus fiat, deinde amplificatione, uel imminutione uteris, tertiò animos commone, ac demum enumerando repete breuiter, quæ antea copiosè disputata fuerunt. habet autem repetitio principium, medium, & finem.

Epilogus quid, quando, quomodo, & quot ex partibus constet.

SIGON.

PEroratio uerò quatuor in rebus consumitur, tum ut auditorem erga se bene, erga aduersarium male constituat, tum ut amplificet, ac deprimat, tum ut in affectus auditorē impellat, tum demum, ut memoriam renouet.

Etenim ita comparatum natura est, ut postquàm semetipsum uerum, aduersarium falsum esse ostenderit, tum & laudet, & uituperet, & expoliat. duorum autem alterum spectare oportet, aut se his bonum esse, aut simpliciter, illum uerò his malum esse, aut simpliciter. unde verò tales constituere debeat, expositi loci sunt, ex quibus bonos, malosque conformare conueniat.

Postquam uerò ostensum hoc fuerit, natura fert, ut augeat, aut extenuet. etenim facta constent, oportet, si dicturus est, quanta sint. siquidem corpora ex ijs, quæ ante inerant, ad augentur. unde autem augere, ac extenuare conueniat, loci supra monstrati sunt.

Vbi verò hæc & qualia, & quanta sint, patent. post hęc sequitur, ut auditorem in affectus impellat. hoc est ad misericordiam, & indignationem, & iram, & odium, & inuidiam, & contentionem. quo-

MAIORAG.

1 IAm verò peroratio quatuor ex partibus constat: primum ex ea, quæ efficit, ut auditor nobis bene uelit, aduersarij malè: deinde ex amplificatione, & diminutione, tum ex animorum commotione, ut afficiatur auditor, postremò ex enumeratione.

2 Fit enim hoc naturæ quodam ordine: ut, postquam orator ostenderit,

derit, se uera dicere, aduersarium autem falsa, tunc laudet, & uituperet, & causam ut-geat, atque expoliat. Alterum autem ex duobus considerare oportet: uel, ut ostendat, se bonum ipsis auditoribus fuisse, uel generaliter bonum: aduersarium uerò uel ipsis auditoribus malum, uel absolutè malum. Sed alibi sunt à nobis iam expositi loci, unde bonos, aut malos conformare homines possimus.

3 Postquàm autem hoc demonstratum fuerit; tunc ordo postulat, ut uel augeamus, uel imminuamus: opus est enim, ut res sint concessæ prius, quàm de earum magnitudine disputari possit: nam etiam corporum auctio, atque incrementum fit ex eis, quæ iam prius aderant. Sed unde uel amplificatio, uel imminutio ducatur, iam supra loci sunt expositi.

rum etiam traditi loci sunt.

5 Quamobrem reliquum est, ut quæ ante dicta sunt, in memoriam redigat. hoc autem ita facere conuenit, uti præcipiunt in proœmijs, non rectè admonentes. iubēt enim ut quo facile perdiscantur, semel, atque iterum dicat. uerum ibi quidem exponenda res est ne id lateat, de quo est iudicandum, hic uero, ex quibus est demonstrata, summatim. Principium autem ab eo sit, ea se, quæ pollicitus fuerat, persoluisse. quamobrem & quæ, & ex quibus aperiendum. ducitur autem ab aduersa collatione aduersarij. conferre uero oportet, aut quęcunque de eadem re ambo dixerunt. idque aut è regione. *Atque hic quidem hæc de uelhæc, ego uero hæc, & ex his;* aut à dissimulatione, ut: *Hic enim hæc dixit, ego uerò hæc.* item, *Quid feciſſet, ſi hæc oſten-*

diſſet,

Postea uerò, cum 4
iam perspicuum est, quę, & quanta sint ea, quæ tractantur; permiscere motus animorum opus est. Sunt autem hi potissimum; misericordia, indignatio, ira, odium, inuidia, æmulatio, simultas: qui quidem unde sumantur, antea declaratum est.

Itaque reliquum est 5
enumerare, quæ sparsim antea dicta sunt. Hoc autem commodè fit, si id seruetur, quod in proœmijs quidam debere seruari non rectè iubent: aiunt enim eadem sæpius in proœmio repeti debere, ut facilius percipiantur. Sed ibi rem tantum exponere opus est; ut ne lateat id, de quo futurum est iudicium: hic verò summatim ea repetere oportet, quæ demonstrata sunt. Initium autem enumerationis illud erit; cum dicet orator, ea se præstitisse: quæ pollicitus fuerat. itaque repetens

opor-

diſſet, non autem hæc? oportet, quæ sunt exposita, & quare. sed ex ad uersariorum cōtentione dicuntur ea: ut cum ea conferuntur, quæ de eadem re ambo dixerunt, uel quæ non ex aduerso, neque de eadem re: ut. Iste quidem de hac re sic diserat, ego uerò hæc, atque hac de causa. Vel per ironiam, ut. Iste quidem hæc commemorauit: ego uero hęc. &. Quidnam feciſſet, si hæc probasset, non autem illa? uel per interrogationem: ut. Quid a me non exquisitè probatū est? uel. Iste quid confirmauit. uel igitur hoc modo per collationem, uel ordine naturæ non immutato, sicuti res antea dictæ sunt, hoc modo; ut si prius ea repetas, quæ ipse probasti: deinde si uolueris, etiam seorsum quæ dixit aduersarius. In peroratione conuenit illud dicendi genus, quod diſſolutum uocatur; ut peroratio, non autem oratio sit. Dixi, audiuiſtis, rem tenetis, iudicate.

FINIS.

EXPLANATIONES.

Iam uerò peroratio] *Epilogus est orationis pars postrema, quam perorationem latini uocant: fortè quoniam huic parti maximè affectus animi opportuni sunt. Rhetores epilogum in tres dividunt partes, in enumerationem scilicet, amplificationem, & commiserationem. per enumerationem fit rerum repetitio, per amplificationem concitantur animi auditorum, per commiserationem ad misericordiam flectuntur. sed perorationem ex quatuor constare affirmat Aristot. ex his, scilicet, quæ efficiunt, ut bene de nobis, & malè de aduersariis auditor sentiat: ex his, quæ amplificant, aut extenuant: ex his, à quibus afficitur auditor: & ex his, quibus in memoriam reducitur, siue ex enumeratione. bene de te sentiet, ac malè de aduersario; cum te ueracem, aduersarium uerò mendacem ostenderis. amplificatio, aut extenuatio fieri minimè potest, nisi prius quæ facta sunt, pateant. non potest autem quantitas ipsorum patere, nisi ipsa prius pateant. Commouetur porrò auditor ad iram, inuidiam, & id generis, cum iam qualia, ac quanta sint, patefactum est. Prædicta demum in memoriam reducantur. quod fit, ut ea, quibus demonstratum est, per capita repetantur. habet autem repetitio principium, medium, & finem. principium uerò est, ut orator dicat: Persolui iam, quæ pollicitus eram, uel quæ dicenda erant, uel de quo est dicendum. deinde repetat omnia, sed repetitio fieri potest, & fit, aut per collationem, aut per ironiam, aut per interrogationem. per collationem, conferendo sua cum his, quæ ab aduersario dicta sunt. & id dupliciter: uel quia de eodem ambo, uel quia non opposita dixerunt: ut, hic quidem dixit hæc de hoc: ego uerò de hoc dixi hæc, & propter hæc. per ironiam,*

niam, uel ironicè dicendo, quòd hæc quidem dixit, & hæc: ego uerò hæc, atque hæc semper ironicè loquendo. & addi potest ad ironiam hoc. quid nunc faceretis; si hæc, atque hæc demonstrasset, & non illa? atque hæc semper ironicè dicat. Per interrogationem, dicendo, & interrogando quid à me non demonstratum est, & quid ab aduersario. quasi dicat, nihil à me prætermissum; & ab ipso nihil conclusum. atque hæc de medio repetitionis. de fine autem dicit Aristot. quòd ipsi maximè conueniat dictio dissoluta, & per articulos, ut dixi, audistis, habetis, indicate.

FINIS.

ARISTOTELIS RHETORICA AD ALEXANDRVM,

FRANCISCO PHILELPHO Interprete.

ARIST. ALEXAND. S.

Eloquentiæ laudes.

VM tuis literis factus certior, nonnullos sæpe ad nos misisse, qui vt ciuilium causarum præcepta ad te perscriberem, à me peterent. Ego verò haud negligentia quidem vlla in hoc vsque tempus rem distuli, sed vt quærerem ita diligenter de his ad te scribere, vt alius certe nemo, qui hisce in rebus elaborasset, diligentius vnquam scripserit. Hæc igitur recte mihi fuerat sententia. Nam,

Nam, quemadmodum vestium decore, atque magnificentia cæteris hominibus præstare maxime studes; ita etiam dicendi inuentionem, ac vim eam, vt accipias nitendum est: quæ pulcherrima sit, apprimeque præclarissima: longe enim pulchrius est, ac regale magis animo esse bene constituto, quam habitum corporis vestibus ornatum pulchris intueri: Absurdum enim est, eũ qui rerum gestarum gloria cæteris antecellat, videre humillimis quibuspiam in dicendo cedere: præsertim cum non sis nescius eos, qui in populari principatu versentur, res omnes ad populum: qui verò sub vnius imperij ductu constituti sint ad rationem, orationemque referre. Quemadmodũ liberas ciuitates communis lex, quæ ad honestissimam aliquem finem ducat, dirigere consueuerit; eodem modo, & oratio tua queat eos, quos imperio tenes, ad id agere, qđ conducibile sit, & vtile: etenim lex (vt ita dixerim) oratio quædam est, quæ communi ciuitatis consensu definita iubet, quo pacto vnũquodque agendum sit. Accedit ad rem, quod neque tibi obscurum existimo, solere nos laudib. eos perinde, atque honestos, & fortes prosequi, qui & ratione vtuntur, & omnia ea duce agere pergunt: qui verò absque ratione, & oratione quicquam faciunt tanquam atroces, immanesque odimus. Qua quidem re factum est, vt & malos eorum vitium ostendentes male affecerimus & bonos eorum virtutem declarantes quasi beatos, admirandos, imitandosque voluerimus. Sicque & quo futuras calamitates euitaremus, bonisque institutis frueremur, adinuenimus. Proinde & imminentes difficultates effugimus, & absentes vtilitates comparauimus: Nam veluti

vita,

vita, quæ nulli mœrori subiacet, eligẽda; ita prudens est oratio diligenda. Neque id te prætereat oportebit, quòd hominum plurimis alijs quidem lex ipsa, alijs verò tua tum uita, tum oratio exẽplo datur. Vt cunctis igitur tum Græcis, tum Barbaris antecellas, omni tibi studio annitendum est: quo ijs, qui versantur in his exemplis (ita horum imitatio est per virtutis elementa) pulchre effingant, vt haud sibi deteriora consulant, sed eius se participes fieri, & cupiant, & exoptent. Rerum est prætereà humanarum augustissimũ, consultatione uti. quare nec in superuacaneis, vulgaribusque rebus studium tibi rerendum est sed pro uirili potius parte elaborandum, vt ipsam belle consultandi artem & perdiscas, & teneas. Quis enim sanæ mentis dubitarit, si quis in consulto quid egerit; amentiæ quidem: sin autem ratione duce; sapientiæ signum esse? Inuenti etiam licet eos omnes, qui optima inter Græcos republica vtuntur, oratione prius, quam rebus conuenire, itemque apud eos, qui inter Barbaros dignitate præstant orationem rebus anteire: quippe qui probe norint eam, quæ ratione, orationeque perspectio vtilitatis cognitioque fit, esse quandam salutis arcem, & eiusmodi certè arcem, quæ non manufacta, verum & inexpugnabilis quidem sit, in primisque secura opinanda. Sed vereor hac de re pluribus ad te scribere, ne fortassis ostentare meipsum videar, hisce præsertim in rebus quæ probatione non indigent, sed planè patet, & in promptu sunt omnibus. Quamobrem hæc omnia missa faciens, illa dixerim solum, de quibus in omnem vitam dicendum est, hoc vnum esse, quo cæteris animalibus præstamus, præclarum quoddam ab immortali

Deo

Deo adepti videamur. Nam siquidem & cupiditate, & ira, & alijs huiusmodi affectionibus vtuntur etiam reliqua quæque animalia oratione autem homo duntaxat, absurdum profectò maximè omnium cedat, si qua vna re bestijs antecellimus, eam bene viuendi ducem præ negligentia relinquerimus. Proinde te iampridem tua spõte incitatum etiam atque etiam hortor, vt dicendi philosophiam omni studio complectare: nam veluti corpus bona valetudine; ita & animus disciplina, eruditioneque seruatur: huius enim ductu haudquaquam tibi in rebus gerendis aberrare contigerit. quin potius omnia (vt ita dicam) quæ tibi iam parta sunt bona, plane tuebere. Quod si præterea oculis videre iucũdum est: animi luminibus cernere, penitusque perspicere, admirabile certe plurimum. Rursus autem quemadmodum imperator sui est seruator exercitus; ita etiam eloquentia, quæ sapientiæ coniuncta sit, humanæ est vitæ gubernatrix. Sed hæc omnia atque his similia operæpretium puto, vt missa hoc tempore faciamus. Monuisti autem tuis literis, ne quis omnino mortalium hunc librum accipiat. quippe qui non sis nescius, sicuti parentes, quos ex se genuerint, magis quàm ijs quibus suppositi sunt, partus amare solent: eodemque modo ij præclarum aliquid ex se inuenerint, maiore ad id studio afficiuntur quam quibus eo vti contigerit. Non secus, enim pro inuentis, atque pro liberis emori perliberitentur. enimverò ij quos Parios vocant Sophistæ, quoniam nihil ipsi pro inerti quadam negligentia pariunt, ne diligunt quidem, sed acceptis pecunijs ab se dimittunt. Hanc igitur ob rem te vehementer moneo, & exhortor, ita hæc dicendi

di præcepta serues, atque tueare, vt cum, & ipsa adolescunt, nullius ...ibus violentur, sed honeste tecum, decoreque vna viuãt: & cum in adultam ætatem euaserint; immortalem gloriam nanciscantur. Adsumpsimus autem (sicuti nobis Nicanor expoluit) si quid hisce de rebus apud cæteros artis scriptores expolitum, elimatumque inuenimus. Impendens autem operam etiam hisce duobus libris; quorum alter meus est, eas continens artes, quas ad Theodectẽ scripseram, alter autem est Coracis. Reliqua verò omnia, quæ siue ad ciuilia præcepta, siue ad iudicialia pertinent, separatim hoc in libro scripta sunt. quapropter ex hisce ad te commentarijs ad ea consequenda abunde tibi adiumenta suppetent. Vale.

SVMMA LIBRI I.

De tribus causarum generibus. Probationibus omnibus. Elocutione, ac Orationis partibus, tum in vniuersum, tum sigillatim in vnoquoque causarum genere.

De genere deliberatiuo. Cap. I.

TRia sunt genera ciuilium causarũ: deliberatiuum, demonstratiuum, iudiciale. Horũ autem species sunt septem, suasio, dissuasio: laus, vituperatio: accusatio, defensio: & quæstio aut ipsa secundum sese, aut ad aliud. species igitur, in quibus omnis versatur oratio, hæ sunt numero. His autem vtimur, & in consultatione ciuili,

ciuili, & apud iudices, & circa alicuius certæ personæ dictionem: de quibus quidem omnib. ita poterimus aptè dicere, si sigillatim vniuscuiusque speciei vim, & vsum, & exercitationem numero comprehenderimus. Et primum quidem de suasionibus, dissuasionibusque est dicẽdum: ipsarum enim vsus in demonstratiuo, deliberatiuoque genere locum in primis habet. Vt igitur summatim dixerim, suasio est ad aliquid eligendum, aut dicendum, agendumve exhortatio. Dissuasio verò, ne quid eligatur, aut dicatur, agatur ve, dehortatio. His autem ita definitis, suasor ostẽdat, oportet hæc ad quæ exhortatur, iusta, & legitima, & vtilia, & honesta, & iucũda, & facilia factu esse. quod si minus id poterit; demonstrandum erit cum ad laboriosa, & grauia quædam exhortatur, hæc factu, & possibilia esse & quàm necessaria. dissuasor autem ex contrarijs dehortari oportet, vt neque iustum, neque legitimum, neque vtile, neque honestum, neq; iucundum, neque factu possibile hoc sit, vel saltem & laboriosissimum id esse, & minimè necessarium. Omnes autem actiones harum vtrisque sunt causarum participes. quare dubitandum non est, quin oratio harum alteram contineat. Quæ igitur suadentes, dissuadentesque desiderare conueniat, hæc sunt. Definire autem iam aggrediar vnumquodque horum quid sit: demonstrabiturque, vnde ea nobis in dicendo suppeditemus.

Iustum igitur est hominum plurimorum non scripta consuetudo, honesta, turpiaque determinans: id verò est honorare parentes, amicis benefacere, & beneficijs gratiam referre. hæc eñ & his similia non iubent scriptæ leges homini-

bus faciunda, sed consuetudine non scripta, & communi quadam lege legitimum fit. iusta igitur hæc sunt. Lex autem est communis ciuitatis consensus, qui scriptis præceperit, quo vnumquodque agendum sit.

Vtile vero est præsentium bonorum conseruatio, aut absentium comparatio, aut malorum stantium propulsatio, aut futurorum incommodorum inhibitio. Hoc autem diuidas, oportet, priuatis quidem hominibus in corpus, & animam, & res extrarias. corpori enim est vtile robur, formæ dignitas, bona valetudo: animo verò fortitudo, sapientia, iustitia. extraria verò sunt amici pecuniæ, possessiones. his autem cõtraria inutilia sunt. Ciuitati autem utilia talia quædam sunt, concordia, vires ad bellum, pecuniæ, & prouentuum copiæ, sociorum virtus, atque multitudo, ac summatim reliqua his similia vtilia esse ducimus: quæ verò his contraria sunt inutilia.

Honesta verò sunt ex quibus splẽdor aliquis, atque illustris honos in eos, qui aliquid gesserint, emanaturus sit. Iucunda autem, quæ afficiunt gaudio. Facilia verò sunt, quæ breui tempore, & minimo labore, impensaque absoluuntur. Possibilia autem, quæcunque fieri natura possunt. Necessaria verò, quę vt fiant, arbitrij nostri non est, sed tãquam ex diuina quadam, aut humana necessitate omnino fiunt. Iusta igitur, & legitima, & vtilia, & honesta, & iucunda, & facilia, & possibilia, & necessaria hæc sunt. De his autem dicere abundè poterimus, & ex antedictis, & his similibus, & ipsis contrarijs, & ab ijs, quæ iudicata sunt, aut à Dijs immortalibus, aut à claris hominibus, aut à iudicibus, aut ab aduer-

aduersarijs nostris. Cuiusmodi igitur iustum est, declarauimus.

Simile autem iusto est huiusmodi. nam quemadmodum iustum existimamus obtemperare parentibus; itidem conuenit filios parentum res gestas imitari: & veluti beneficijs benefacere iustum est, ita & in ijs, a quibus mali nihil suscepimus, iusto simile est non nocere. Hoc igitur modo simile iusto captiendum est. Ex contrarijs autem opus est exemplum ipsum perspicuũ faciamus. Nam veluti iustum est in eos animaduertere, qui aliquid perperam patrauerint, ita ijs, qui nos beneficio fouerint, referre gratiam decet. Id autem iustum, quod ab aliquibus claris viris iudicatum fuerit, sic erit accipiendum. verum neque nos soli odio hostes insequimur, maloque afficimus: sed & Athenienses, & Lacedæmonij iustum esse iudicãt inimicos multare. iustum igitur hoc modo crebra exercitatione accipies. Legitimum verò quale etiam ipsum sit, antea nobis definitum est. Oportet antea vbi vsui sit, vt is qui sententiam dicit, legem etiam adsumat; deinde simile legi scriptę, esset verò huiusmodi. Nam sicuti legunlator maximis animaduersionibus fures plectẽdos voluit; ita, & seductores maximopere sunt multandi, etenim hi furantur eius, quem deceperint hominis mentem. & veluti legũlator hæredes eos statuit, qui genere proximi ijs essent, qui sine filijs interissent, eodem modo & huius pecuniarum, rerum quæ liberti me nunc dominum fieri decet, nam cum ijs, qui ipsum liberarint, hac luce orbatis, proximus ipse sum cognitione, iustus certe sum, qui illius res omnes dominio teneã. Legitimo ergo simile adsumitur hoc modo Cõ-

rarium verò sic. Siquidem lex prohibet publica priuatim distribuere; perspicuum est eos, qui illa distribuunt, iniuria omnes afficere à legunlatore iudicatos: nam si eos leges ornari iubent, qui honestè rebus communibus, iustęque præfuissent; nequaquam obscurum est, quin & publicarum rerum dissipatores multa dignos existiment. ex contrarijs igitur ita legitimum clarum fit. Ex iudicatis autem hoc modo. Neque ipse solum præsente legem harum causam rerũ à legunlatore positam dico, sed etiam antea ipsi iudices authore Lysitida æque atque nunc à me dicitur, sententiam de hac re protulere. Legitimum igitur hoc modo tractantes multipliciter demonstrabimus.

Vtile autem quale sit antea definiuimus. Assumendum est autem in dicendo etiam si quid ex vtile inciderit: eodemque modo tractandum quemadmodum iniusto, legitimoque tradidimus; & sic crebris in locis ostendendum. Esset autem vtili simile huiusmodi. Sicuti namque in bello cõducit eos, qui plurima valent animi magnitudine, primos in acie ordinare; eodem modo in rebus pu. permagnæ vtilitati est prudentissimos multitudini, iustissimosque præesse, & quemadmodum hominibus in bona valetudine cauere, ne in aduersam incidant, vtile est, ita et pacatis vrbibus, concordiaque vtentibus conducibile est sese ab omni seditione custodiant. Similia ergo vtili hoc modo crebro tractãda sunt. Ex contrarijs autem vtile sic perspicuum fit. Nã, si conducit eos ciues, qui æqui, & boni sunt, honoribus prosequi, ita punire improbos, vtilitatis plurimum adsert: & siquidem inutile est nos solos aduersus Thebanos bellum gerere, vtile erit,

erit, vt Lacedæmonios socios nobis adsciscamus; itaque aduersum illos belligeremus. Ex contrarijs igitur sic vtile clarum efficies. Vtile verò à clatis viris iudicatũ hoc pacto adsumes. Nam & Lacedæmonij, vbi Athenienses bellos superassent, vsui sibi fore existimarunt, ne eorũ vrbem in prædam verterent: & Athenienses rursum cum possent Spartam funditus euertere, conducere sibi arbitrati sunt, si Lacedæmonij superessent. Et iustum quidem, & legitimum, & vtile sic tibi tractandum est. Honestum verò, & facile, & iucundum, & possibile, & necessarium quomodo & hæc superiora te tractare conueniet, & de his quidem, & hisce dicere commode poterimus.

EXPLANATIONES.

Tria sunt genera ciuilium causarum] *in primo lib. Rhet. ad Theod. disserit Aristot. tantummodo tria esse causarum ciuilium genera: quoniam tria sunt genera auditorum, quos necesse est, aut spectatores esse, aut senatores, aut iudices. iudex est præteritorum, & hæc ad iudiciale genus pertinent: senator futurorum, & ea ad deliberatiuum: spectator præsentium, quæ ad demonstratiuum: nam de præteritis lis fit, de futuris consilium habetur, & præsentia demonstrantur.*

Horum autem species sunt septem, suasio, dissuasio: laus, vituperatio: accusatio, defensio: & quæstio] *In primo lib. & loco citato sex tantum numerat, dum ait. Deliberationis duæ sunt partes: altera suasio, altera dissuasio: iudicij accusatio, & defensio: demonstratini, siue exornationis laus, & vituperatio. de quæstione verò ne verbum quidem facit.*

sed, ut ipse subdit, quemadmodum finis proprium respicit genus, ut honestum, & turpe demonstrationum; & alia duo, veluti qui deliberat aliquem laudat, dum asserit eum, vtilitate propria neglecta, honestum aliquid effecisse: sic quæstio præcipua generis iudicialis pars videtur: cum omnis argumentatio huiusce generis propria sit: attamen ad singula genera referri potest.

Suasor ostendat, oportet hæc, ad quæ exhortatur, iusta, & legitima, & vtilia, & honesta, & iucunda, & facilia factu] *Cuique generi finis est unus, qui est locus vniuersalis, at que genericus probationum, quæ ad genus illud attinent exempli gratia finis generis deliberatiui est utilitas, & damnum: siquidem consulẽdum sit, ut utilitatem eligamus, damnum uerò fugiamus. si quis igitur dicat, Mouendum est bellum: ex eo enim utilitatem capiemus, uel damnum saltem uitabimus. Vtilitas, & damnum est probatio quæ nos ad bellum gerendum suadet. ea quoque est locus, siue elementum, & genus, à quo species utilitatis, coniunctaq, sumamus. species uerò utilitatis plures recensetAristo. in lib. primo ad Theodec. & quæ utiliora sint, & quæ utilitati annexa sint: nam aliquod utile est honestum, uel iustum, uel legitimum, uel iucundum, uel facile, uel possibile, uel necessarium. finis uerò utilitatis est fœlicitas, & idcirco ab unoquoque horum sumere licet propositiones huic generi idoneas. Nec existimes uelim, quanquam plurimæ sunt, probationes tantum ab his colligi. infinitæ enim ferè à personis, & à rebus, quæ circunstant probationes accipimus, quemadmodum aliàs dicemus. Præterea illud sciendum est loca generica, quæ explicauit Aristot. hoc est, iustum, honestum, & alia non propria esse generis deliberatiui: sed annexa utilitati, quemadmodum etiam præter honestum cætera sunt demonstratiuo*

no coniuncta, & minimè propria.

De his autem dicere abundè poterimus & ex antedictis, & his similibus] *Cum propositiones, siue probationes inuenire uolueris; primum loca inspice generica, uelut i utile. deinde species, ut quæ utilia sint, & quot. in his enim existunt species. postea quæ sint similia utilitati, quæq, contraria. præterea hæc auctoritate, iudicio, sententia, arbitrio, uoluntate, deorum immortalium, aut clarissimorum hominũ, aut iudicum, aliorumq, sunt comprobanda. sit igitur ordo in probationibus eligendis is, ut primum consideremus propositum, de quo oratio habenda est, atque ideamus in quo causarum genere collocetur. Esto propositum. Mouendum est Turcis bellum. id sub genus deliberatiuum, ut paulò post dicet Aristo. cadit. hoc cognito, finem huius generis respice, & is est utilitas, & eius contrarium. hæc est generica ratio, siue fides, siue probatio propositi. quapropter tale effice enthymema. Mouendum est Turcis bellum: quoniam utile erit. deinde species utilitatis consideta, siue ea, quæ utilia sunt, de quibus antea egit Arist. & in libro primo ad Theod. copiosè. atque his comproba utilitatẽ, & dices. Nam præsentia bona conseruabimus, absentia comparabimus, dignitatemque tuebimur. postea quæ, & quot bona, & huiusmodi alia sint explicabimus: etenim utile reperitur & in persona, & in his, quæ sunt extra personam. præterea contraria utilitati considera, ex quibus tales accipies probationes. Instantia mala propulsabimus, futuraque incommoda uitabimus. postea quæ, & quot mala instent, recitabimus. eaque docet Aristot. in libro primo Rhetor. ad Theod. ea nanque sunt bono opposita. igitur ab oppositis sumas, addesque similia. omniaque, si opus fuerit, corroborabis testimonio clarissimorum uirorum, sententijs, atque alijs. dices quidem à maioribus nostris*

stris id gestum fuisse, à pluribus regibus, à Romanis, ab Athenien. à Lacedæmo. Præter hæc quæ cum utilitate coniuncta, atque annexa sunt, singula eodem ordine, quo utilitatem, explica: nempè quòd honestum sit bellum, iustum, iucundum, facile, possibile, & necessarium: nam honesti species explanabis, atque aliorum, de quibus diffusè disseruit Aristot. in libro primo Rhetor. ad Theodect. diceisque exempli gratia ex hoc bello splendorem, ac summum honorem fore, ut eō sequantur, & maiorem gloriam augeant, & præsentem defendant dignitatem. deinde à contrarijs, argues, dum ais. Ignominiam, turpitudinemque hanc, & illam delebant, & præsentem uindicabunt. turpitudines, ac uituperationes ex eisdem per contraria locis accipies, a quibus honesta. Adde postea similitudines, & testimonia, atque hoc pacto agendum est de singulis coniunctis, & annexis: etenim plurimis abundabis argumentationibus.

Quæ sint consutanda.

RVrsus autem definiemus quantum, & quale, & quid, tum insciuria, tum in concione cō sultabimns: nam si horum singula plane tenuerimus; res ipsæ pro vnaquaque nobis consultatione verba suppeditabunt. Communes autem species, quas diu antè nouerimus, facile in vnāquamque causam inducere poterimus. quapropter ea sunt nobis diuidenda, de quibus vulgo consultant omnes. Vt summatim ergo dixerimus, ex de quibus orationem habemus, propositiones septem sunt numero: necesse enim est nos & consultare, & orare tum in senatu, tum apud populum, aut de sacrificijs, aut de legibus, aut de apparatu ciuili, aut de societatibus, ac fœderibus

deribus aduersus alias vrbes, aut de bellis, aut de pace, aut de pecuniarum prouentibus. hæ igitur propositiones sunt, de quibus omnis est nobis & cōsultatio, & oratio. Harum autem vnamquamque diuidamus, consideremusque quibus modis orationem in his vtendum fuerit.

De sacrificijs autem abunde dicere necesse est. Aut enim dicimus præsenti in statu ea seruāda esse, aut vt magnificentius, aut vt in his humilius quodammodo agendum sit. Cum igitur dixerimus in præsenti statu ea seruanda esse, causas inueniemus, ex iusto quidem dicentes, iniustum apud omnes esse, præter consuetudines patrias quicquam agere quodque omnia vaticinia hominibus iubent patrio more sacrificia esse facienda: & quòd eorum, qui vrbes primo condiderunt, & templa dijs immortalibus erexere, diuini cultus maximè sunt, diuque obseruandi. Ex vtili autem dicemus, quòd ad rei pecuniariæ impensam, aut priuatim, aut publice conducet, vbi pro patrio more sacrificijs sit indultum: & quòd ad ciuium audentiam ea res confert non mediocriter, quippe quòd grauioris armaturæ peditibus, equitibusque, ac velitibus ludos celebrantibus ciues ea ambitione delectati audentiores fient. Ab honesto autem dicemus, si hoc modo celebritates pulchras spectari contigerit. A iucunditate verò, si & varietas quædam circa Deorum sacrificia ad spectandum accesserit. A possibili autem, si in eiusmodi ludis nihil fiat neque parum, neque nimis. Cum igitur in rebus diu constitutis consultatio nobis habetur, cum hæc tractamus; operæpretium est de antedictis, aut de horum similibus consideremus, & ea pro rei natura edoceamus. Cum verò consultemus,

vt ad splendidiorem quendam apparatum sacrificia traducantur, ex sunt causæ nobis adferendæ, quibus merito consuetudines patrias moueremur, dictitantes, addere præsentibus quicquam, id haud esse soluere, sed augere potius res antea constitutas, ac firmatas: deinde quòd & consentaneum sit Deos immortales beneuolentiores in eos esse, a quibus magis uenerentur. Item quod neque maiores ipsi eundem semper modum in sacrificijs obseruabant, sed pro tempore, proque secundis rebus & priuatim, & publicè Deorum cultum legibus sanciebant, postea uerò quòd veluti in cæteris rebus omnibus consueuimus, ita & respublicas, atque priuatas domos administramus. Dicas enim opus est, siqua his ita constitutis vtilitas ciuitati, aut splendor, aut voluptas futura est, quę qui dem omnia ita tractabis, veluti in superioribus dictum est. Cum ad humilius exhortamur, primum quidem temporibus est accommodanda oratio, dicendumque quibus in rebus deterius nunc habeant, quam antea habuissent. deinde verò quòd ne consentaneum quidem sit Deos sacrificantiũ sumptibus, sed pietate potius gaudere. item quòd eos, qui supra uires quicquam faciunt, & Dij & homines quam stultissimos iudicant demum verò, quòd nec in hominum arbitris publici sumptus modo, verum & in secũdis, aduersisque rebus existunt. Has igitur causas & harum similes in sacrificiorum propositionibus habebimus. Vt autem, & quæ ad optimũ sacrificium pertinent, sciamus, & exponere, & sancire hoc etiam diximus. Est enim id vnum omnium quidem optimum sacrificium, quod aduersus Deos pie, ac diuinè, ad sumptus verò mode-

moderate, ad bellum autem utiliter, ad spectacula verò splendide habuerit. Aduersus autem Deos habebit pie, si patriæ consuetudines, institutaque non soluantur: moderate verò ad sumptus, si non quæcunque ad pompam missa fuerint, consumantur. Ad bellum autem vtiliter, si equites, & milites vna composite ludos agant, ad spectacula verò splendide; si & auro, & ijs huiusmodi rebus quæ haud consumuntur, magnifice quis vtitur. Quæ igitur aduersus Deos seruanda sunt, perpulchre ex his constituemus. Ex ijs verò, quæ antea dixerimus, planè scire poterimus quibus modis oratio de vno quoque sacrificandi genere haberi possit.

De legibus autem deque constitutione ciuili rursus eodem modo tractemus. Et enim leges sunt, ut summatim dixerim, ciuitatis publici consensus, qui scripturis terminant, atque imperant quid unumquodque agendum sit. Eę uero leges colendę sunt, quibus magistratus parui quidem, ac multi ex sortitione, id quod sedi tione uacat, maxime autem ex totius multitudinis suffragijs in popularibus principatibus designẽtur, ita, enim & ipse populus, quoniam in ipsos sit eos donare honoribus, quos uoluerit haud quaquam accipientibus inuidebit, & clariores magis, magisque probitati studebunt, utpote qui intelligant usui, sibi futurum apud ciues se probari. Quæ igitur circa comitia in populari dominatu sanciri oportebat, hæc sunt. Quæ uero ad reliquam administrationem pertinent, sigillatim exponere operosum admodum fuerit. Verum, ut breuiter dixerim, id obseruari oportet, ut multitudini leges impedimento sint, ne locupletum rei insidientur: diuites autem in

ducant,

ducant, ut ultro ad publica ministeria munificentissimi sint. Hoc autem assequi poterunt si locupletes pro ea, quam in publicum munificentiam exhibent, statutis quibusdam honoribus, ab ipsis legibus donentur, siqúe & agricolas pauperibus, & nauium gubernatores vectoribus antepœnant: sic enim & locupletes non inuiti reipub inseruient, & plebes non calumnię, sed ministerijs studebunt. Opus est præterea conditis legibus seueritatem inesse, qua neque ęgrum ad egestatem redigere, neque mori entium substantias publicare fas sit: & magnos ijs cruciatus inscribere, qui hæc obseruare neglexerint. Decet autem aliquem ijs honestum sepulturæ locum ante urbem dari, qui pro patria bellando perissent, & eorum filios ad pubertatem usque publicis alimentis enutriri. huiusce modi igitur leges in populari principatu ferendæ sunt. In oligarchijs uerò quæ paucorum dominatu administrantur, magistratus æque fiunt in omnes illius ordinis uiros distribuendi legibus. Horum autem plurimi quidem ex sortitione, maximi uerò magistratus occulto suffragio, & iureiurando, & magna cum diligentia, atque studio decernendi sunt: in eos autem qui ulla in ciues uti contumelia perrexerint, maximæ sunt pœnę constituendæ. plebs nanque non ita ægre patitur, quòd magistratibus caret, quam grauiter, & molestę fert, quòd afficitur contumelia. Ciuium autem controuersias perbreui dissoluere, neque in tempus trahere conuenit. Neque vulgus in vrbem ex agro est congregandum: nam ex huiusmodi conuentibus plebes turbantur, paucorumque principatus rescinduntur. Vt paucis igitur dixerim, dicunt in popularibus

laribus principatibus leges cohibere plebem, ne locupletiorum bonis inhient, insidienturque: in paucorum vero principatibus auertere illos, qui rempubli. gerunt, & ab imbecillorum contumelijs, & a calumnijs, insimulationibusque in ciues. Quæ igitur & in legibus, & in omni constitutione ciuili desideranda obseruandaque sunt, ex his cognoscent. Is autem orator, qui quicquam lege suadere uoluerit, hanc ostendat oportet æqualem esse ciuibus, & reliquis legibus consentaneam, ciuitatique conducibilem ad quietem, & concordiam maximè, uel ad ciuium probitatem, aut ad publica tributa, aut ad ipsius reipub. gloriam, aut ad vrbis potentiam, aut ad aliud huiusmodi aliquid uiui cedere. Aduersarius uerò primum considerabit, an minus lex illa communis sit omnibus, deinde an reliquis legibus non consentiat, sed aduersetur potius quodammodo: præterea an ad horum, quæ ante dicta sunt, conductura sit nihil, sed contrà nocitura potius. De legibus igitur, deque constitutione ciuili ex his, & contendendo, & orando nobis facilius aditus fiet.

De socijs autem, deque aduersus alias urbes fœderibus dicere incipiemus. Fœdera igitur, atque eorum ordines necesse est publicis conuentionibus fiant'. socij uero pro ea temporum sunt conditione faciundi, cum aliqui suis uiribus infirmi sunt, aut bellum aliquod uideatur impendere, aut eo est cum aliquibus ineunda societas, quod bello quosdam a se defecturos putent. Hæ igitur sunt causæ, hisque consimiles, quibus plures nobis adscimus socios. Necesse est autem cum ineundam societatem persuadere volueris, eam maxime tempestiuam

ostendas, declaresque eo socios apprime iustitiam colere, & bene antea rempublicam affecisse, esseque potentissimos, & in proximo residere. quòd si minus hæc omnia potueris; quæ subierunt, oratione complectere. Cum autem societatem dissuaseris; primum ostendas oportet haud nunc eam facere opus esse: deinde quòd neque hi iusti sunt, postea verò quòd & male nos prius affecerint: sin id minus poterimus; dicemus eos à nobis porro habitare, neque facultatem his esse: quo nobis opportune adsint auxilio. Ex his igitur, hisq; similibus circa faciundas, aut non faciundas societates, & dissuadedi, suadendique vsum facile cognoscemus.

Rursus autem, & pacis, & belli faciundi maxima nobis argumenta capiantur. Causæ itaque bellandi aduersus aliquos sunt huiusmodi. Par autem est de ijs tempestiue nunc vltionem capiamus, qui nos antea iniuria lacessiuerunt: vt nunc iniuria prouocati pro nobis ipsis, aut pro cognatis, aut pro ijs qui benefici erga nos fuerint, aut quo auxilio simus iniuste affectis socijs, aut publica pro utilitate aut ad gloriam, aut ad opes, aut ad uires, aut ad aliud quippiam huiusmodi bellum suscipiamus. Cum igitur ad bellum voluerimus audientes exhortari: debemus ex his causis quamplurimas dicendo complecti, ac demum demonstrare eorum plurima, quibus bellantes superiores fiant, ipsis auditoribus ad esse. Superiores etenim omnes fiunt, aut Deorum beneuolentia, quam bonam fortunam appellauerimus, aut corporum multitudine, atque robore, aut pecuniarum affluentia, atque imperatoris prudentia, aut virtute sociorum, aut opportunitate locorum. Ex his igitur, & simi-

& similibus quæ maxime rei congruant, bellum sumi oportere exhortabimur, aduersariorum partes deprimendo, nostras autem augendo, atque amplificando. quod, si futurum bellum impedire studuerimus; primum ex causæ inueniendæ sunt, quibus demonstretur aut omnino nullam, aut paruas, humilesque molestias afferri, quibus ad bellum rapiamur. Deinde quod bellum minime conducit: eritque percurrendum quæ omnibus bello soleant accidere calamitates. Ad hoc item ostendendum, quæ victoriam solent in bellando efficere, ea hostibus magis adesse. hæc autem sunt, quæ paulo ante commemorauimus. Futurum itaque bellum ex ijs rebus dissuademus. Quod si ab instanti bello quiescendum esse cohortabimur, si quidem consultores superiores fuerint; hoc ipsum primum dicendum erit, decere eos, qui mente valent, haud operiri quo ad casum eant, sed cum uincunt, pacem faciundam ijs esse. deinde quoniam ea belli natura sit, vt plerosque ex eis, qui secunda in eo fortuna primum vsi sunt ad postremum perdant: pacis verò contra, vt victos seruet, & victoribus rerum bello adeptatum fructum adferat. exponendum etiam erit eas, quę in bello cum multæ, tum variæ mutationes fieri solent. Qui ergo superiores in bello fuerint, ex huiusmodi rationibus ad pacem exhortabimur: eos autem quibus aduersæ in bello res extiterint; tum ex ipsis casibus exhortabimur: tum verò à quibus iniuriam ante susceperint, suis calamitatibus admoniti irritare eos ne pergant: tum ex ijs periculis, quæ antea quam pacem voluissent, perpessi fuerint: tum denique quòd satius partem aliquam suarum fortunarum potioribus ipsis cedere.

dere quam bello periculose decernere. quò ipsi vna cum sua re pereant. Summatim autem id sciamus oportet, tũ solere omnes homines bellum inuicem soluere, cum aut iusta hostes rogare arbitrentur, aut cum aduersus socios vlla tuerit exorta contentio, aut bello defatigati sint, aut aduersarios timuerint, aut ipsi inter sese diffideãt. Quamobrem quę ex his omnibus, atque horum similibus commodatissima in rẽ fuerint colligens, quam facillime & de bello poteris, & de pace differre.

Reliquum est, vt de pecunijs comparãdis iam loquamur. Primum igitur considerandum erit, si quid ex vrbis possessionibus neglectum est, qđ neque redditum afferat, neque Dijs immortalibus dedicatum sit: veluti sunt quidam publici loci iam neglecti, ex quibus aliquis prouentus, vbi ij priuatis hominibus, aut uenditi, aut mercede exculti fuerint, ciuitati fiat: huiusmodi namque census omnium maxime cõmunis est, semper. Quod si nihil sit huiusmodi, necesse erit pro singulorum copijs tributa inferantur: vt pauperib. quidem indictum sit corpora, locupletib. autem pecuniam, opificibus vero arma præstent aduersum pericula. Summatim autem oportet eũ, qui de huiusmodi prouentibus narret, dicere eos æquales ciuibus, & diuturnos, ac magnos esse: hostibus autem secus. Propositiones igitur, de quibus in deliberatiuo verba faciemus, & harum partes, de quibus orationem, & suadendo, & dissuadendo constituemus, ex antedictis cognoscemus. Rursus autem propositiones de laudatiua, vituperatiuaque specie deinceps dicere aggrediemur.

EX-

EXPLANATIONES.

Rursus aurem definiemus, quantum, & quale, & quid] *Diximus antea plurima assumi loca, & rationes ab utilitate, & ab his, quæ vtilitati ad iuncta sunt: atque enthymematum formas duci à speciebus vtilitatis, ab adiunctis vtilitati. & à speciebus adiunctorum, & à contrarijs, & à similibus, & ab auctoritate. si igitur à specie; & à genere, à differentia, à forma, à materia, siue à re, in qua utilitas existit, à toto, à partibus, ab indiuiduis, à coniugatis percipiuntur rationes. Nunc hoc loco explicat Arist. in quot, & quibus rebus utilitas reperiatur non priuata, sed publica. atque quot sint, de singulis consultare, ac deliberare contingit tum in senatu, tum apud populum. eas verò asserit septem esse, circa quas genus deliberatiuum versatur sacrificia, scilicet, leges, apparatum ciuilem, societates, ac fœdera aduersus alias urbes, bellum, pacem, & pecuniarum prouentus. hæc sunt proposita uniuersalia, de quibus est nobis, & consultatio, & oratio. In lib. autem 1. Rhet. ad Theod. ea quinque numero esse affirmat, de quibus, deliberantes sententia in concione dicunt, hoc est, de rectigalibus. de bello, & pace, de custodia regionis, de ijs, quæ importantur, & exportantur, ac de ferendis legibus. deinde, si quis de horum aliquo bene consulturus sit, quot & qualia singula sint, nosse oportet. ea quidem exponit Arist. Nec dicendum est eum a seipso dissentire; cum modò quinq;, modò septem esse generis deliberatiui proposita, siue subiecta scribat. nam & multò plura sunt, sed maxima quinque, uel sex. Sumpto igitur horum aliquo proposito, ad confirmandum eligas, quæ antea sunt descripta, eaque sunt, utile. honestum, iustum, legitimum, iucundum, facile, possibile, & necessarium;*

farium: atque singulorum definitionem, genus, species, differentias, totum, partes, formas, materias, individua, coniugata, atque propria accidentia animaduertas: deinde causas cuiusque efficientes, fines actus, antecedentia, comitantia, ac consequentia, nomen rei, locum tempus, & cætera circunstantia: postea comparata, ueluti similia, exempla, imagines: præterea opposita, ut contraria, relatiua, priuatiua, enuntiatiua, siue affirmatiua, & negatiua: demumque pronuntiata, in quibus comprendimus leges, quæstiones, testes, pacta, iusiurandum. Sunt autem pronuntiata omnia aut diuina, aut humana. diuina sunt quæcunque Dei, uel numinis uoce perferuntur: ut quæ per quietem, & quæ locis, sacris, aut uiris flagrantiore diuinorum amore afflatis, aut postremorum etiam scelerum nonnunquam obnoxijs territamenta solent reddi: & quæ item diuinarum rerum ministri, sacerdotes, uatesq; uelut, interpretes, & cælestium arcanorum conscij prædicant. Humana sunt, quorum prima est a nobis origo. hæc uel in scriptis sunt posita, ut chirographa, instrumenta, epistolæ, libri: uel in oratione, eaque uel libera, ut laudationes, res iudicatæ, dicta testium, pacta, conuenta: & doctorum, clarorum uirorum, magnorum que sententiæ, rumor, & fama populi, uel in oratione expressa: aut religione, ut iurata: aut tormentis, ut quæsita. Hæc particularia loca accepimus ex libro 2. Rhetor. ad Theod. ubi de locis enthymematum agitur.

Degenere demonstratiuo. Cap. III.

LAudatiua igitur species (vt compendio vtar) est & voluntatem, & rerum gestarum, & verborum illustrium amplificatio, & eorum, quæ absint accommodatio: vituperatiua autem contrà

trà illustrum horum extenuatio, obscurorum verò exaggeratio. Et digna quidē laude ea sunt, quæ iusta, quæ legitima, quæ utilia, quæ honesta, quæ iucunda, quæ facilia facta sunt; quæ qui dē omnia cuiusmodi sunt, & quo pacto ijs abundæ vtamur, in superioribus dictum est.

Oportet autem eum, qui laudat, oratione ostē dat in hoc, seu homine, seu in rebus huius aliquid inesse, quid aut ipse gesserit. aut per ipsum manarit, aut ex hoc contigerit, aut huiusmodi gratia factum fuerit, aut quod sine hoc patratū non sit. Eodem verò modo & vituperator ostendat oportet horum cōtraria inesse in illo, quem vituperatum velit. Quod ex hoc contigerit, hoc modo. Ex studiosa corporis exercitatione victoriæ contingunt, & ex otio in ægrotationem inciditur. item ex philosophiæ studio homines circa prudentiam sunt acriores; & ex negligentia sunt rerum necessariarum indigentes. Quod huiusmodi gratia factum fuerit, hoc modo: Vt à cuibus coronentur, permultos labores, permulta que pericula mortales perferunt, & vt ijs, quos diligunt. gratificentur, aliud curant nihil. Quod autem sine hoc patratum non sit, hoc modo. Neque sine nautis nauilium pugnarū victoriæ; neque sine potu ebrietates fiunt. Hæc autem, atque ijs similia perinde vt superiora percurrēs & laudare, & vituperare abunde poteris. Amplificationes verò, extenuationesque ac talia simul quoque hoc modo tractabis. Primum quidem ostendes (veluti modo docebamus) ab hoc multa, vel bona effecta esse. Vnus igitur amplificandi modus hic est. Secundus autem modus, est, cum iudicatum aliquid transfers, si quid laudes: bonum: sin autem vituperes; malum, deinde con-

feras oportet quod abs te dictum sit, & ad inuicem compares, ex tuis maxima, ex aduersarij verò dictis minima enarrando, & hoc modo magnum illud iudicatum ostendas. Tertius modus est, vt ad illud, quod abs te dictum est, minimũ quid ex ijs, quæ sub eandem speciem cadunt, compares; sic enim quod abs te dicitur, maius apparebit; veluti mediocri statura homines maiores apparent, cum ad minores comparantur. Amplificare autem poteris hoc modo. Si magnum sit hoc bonum iudicatum, magnum appareat, malum necesse est, vbi contrarium huic aliquid narraueris. Eodem verò modo si magnum malum existimatur, vbi huic contrarium dixeris, magnum bonum apparebit. Amplificabis autem, & hoc pacto vel bona, vel mala, si eum gradatim ostenderis, quòd præmeditatus iamdiu fuerit, quod de industria multa gerere aggressus sit, quod per multum tempus gessetit. quib. cum nemo alius, quod post hos post quos alius nemo, quod sponte, quod ex sententia, quod si omnes pariter, atque hic fecerimus, profecto bone, beateque, aut cõtra male, miserèque vixerimus. Oportet autem, & consequenti continuatione, vti, & rem alteram tanquam in alteram properando amplificare, hoc modo. Cuius verò amici curæ sunt hunc recte consentaneum est suos etiam colere parentes: qui autem suos parentes colit, hic profecto volet etiam patriæ benefacere. Summatim autem si multarum, siue bonarum, siue malarum rerum eum causam ostenderis, ex magnæ videantur, necesse est. Considerandum est etiam qualis res ipsa videbitur, eã suis partibus diuidendo, sigillatimque narrando, quæque maior visa fuerit, eam hoc modo explicare conueniet. Amplificando igitur vbi hoc pacto tractaueris, & plurimas facies, & maximas.

Extrema bis autem in dicẽdo, & bona, & mala, si contrario modo tractaueris, sicuti in magnis dixeramus, & tum maxime, cum nullius enim rei authorem demonstratis, vel si id minus quod minimarum, & paruissimarum. Quomodo igitur & laudando, & vituperando amplificabimus, atque extenuabimus quæcunque voluerimus, scire ex ijs poterimus. Amplificationum autem causæ in alijs quoque speciebus vtiles sunt: sed plurima ipsarum vis in laudationibus, vituperationibusque consistit, de quibus quidem ex antè dictis planè adiumenta nobis suppeditabimus.

EXPLANATIONES.

Laudatiua igitur species] *Nunc ad secundum causarum genus accedit Arist. quod est genus demonstratiuum. Illud igitur, quod tribuitur in alicuius cuiæ personæ laudem, vel vituperationem, genus causa demonstratiuum appellatur. personam autem voco nõ corpus hominis solum; sed animum, & facultates vtriusque, nempè prudentiam, iustitiam, fortitudinem, temperantiam: robur, pulchritudinem, formam, sanitatem, & huiusmodi: sic sexum, ætatem, cognationẽ, nationem, patriam, consuetudinem viuendi, præceptores, bona fortunæ, filios, studia, dicta, facta, orationes, nomen, & id generis: nam omnes, ac singulæ hæ partes sunt personæ, quæ laudari, aut vituperariq; possũt. Laudantur etiam res inanimatæ, quemadmodum hæ, quæ vel ad personam referuntur, vel ipsam imitantur. hæc igitur sunt, quæ laudantur, ac vituperantur.*

Causas verò, quæ efficiunt rem laude dignam, aut
ndignam, narrat Arist. dum inquit. Digna laude ea
sunt, quæ iusta, quæ legitima, quæ utilia, quæ honesta,
quæ iucunda, quæ factu facilia. Cum igitur aliquem
laudare volueris, aut res ipsius gestas celebrare; hon-
estum hominem, iustum, iucundum esse: atque eius fa
cta legitima, vtilia, factu facilia, possibilia, ac tãdem
necessaria egisse demonstra.

At quonam pacto id oratione consequi possis, quin
que præcipit loca Arist. generica, à quibus particula-
ria duces, cum ait. Oportet eum, qui laudat, oratione
ostendat in hoc seu homine, seu in rebus huius aliquid
inesse, quod aut ipse gesserit, aut per ipsum manarit,
aut ex hoc contigerit, aut huiusmodi gratia factũ fue-
rit, aut quod sine hoc patratum non sit. Nam primus
locus sunt res ipsius gestæ, secundus quæ harum causa
facta sunt, tertius quæ ab his contigerunt, quartus est
finis, cuius gratia sunt facta quam plurima, quintus
sunt causæ, sine quibus effici minimè potuerunt. hæc
quoque comperies & in lib. primo, & in secũdo Rhet.
ad Theod.

Finis autem generis demonstratiui sunt virtus, &
vitium: siue honestas, & turpitudo; qui enim lau-
dant, & vituperant, hos sibi proponunt scopos. iusta,
legitima, utilia, & alia sunt finibus adiuncta. qua-
propter, si quempiam laudare, aut vituperare volue-
ris; primum tibi sit virtus, aut vitium, quod in ipsius
persona hæret, aut extra. In persona verò considera-
tur actiones, quæ à tota persona, vel à partibus proue
niunt: quoniam laus in actionibus consistit. Et, quia
boni viri est proprium in rebus gerendis delectum ad
hibere; danda est opera, vt ostendas eum, quem lau-
das, delectu adhibito, res suas gessisse: ad quod proba
dum utile erit ostendere sæpius illum rectè fecisse. ita
que illa etiam, quæ casu, fortuitoque contingunt, tan-

quam

quam consilio, & ratione facta sint, laudare debes:
nam, si multa, & similia prolata fuerint; ea virtu-
tis, & consilij signum esse uidebuntur: laus enim est
oratio, quæ virtutis magnitudinem explicat. quare
res eius gestas, quem laudas, ita tractare oportet, qua
si à uirtute profectæ sint. qua de re ij sunt laudandi,
qui iam præclarè aliquid gesserunt. actiones enim &
opera sunt habitus animi signa. & certè illum quo-
que laudabis, qui nihil adhuc laude dignum gesserit; si
certum habeas eum talem futurum. Quæ verò extrin
secus assumuntur, ad fidem faciendam valent; vt no-
bilitas, atque educatio: credibile est enim è bonis pa-
rẽtibus bonos nasci filios, & eum, qui bene fuerit edu
catus, bonum futurum. Verùm de virtute, & hone-
sto: ac contrà de vitio, & turpi lege in libro primo
Rhet. ad Theod. etenim plurima sunt ibi laudis, &
vituperationis loca, quæ omnia ad quinque generica
reducet.

Copia igitur locorum inuenta, audi Aristo. præce-
ptum in lib. primo citato scriptum, & illud est. Cum
omnes qui laudant, & vituperant: qui suadent, &
dissuadent: qui accusant, & defendunt, non solũ præ-
dicta demonstrare conentur; sed etiam rem uel mag-
nam, vel paruam esse, vel bonam, vel malam, vel ho-
nestam, vel turpem, vel æquam, uel iniquam, aut per
se consideratam, aut aliarum comparatione; perspi-
cuum est eos etiam oportere de magnitudine, & paru-
itate rerum, & de maiori, & minori propositiones
habere, atq; illas & generatim, & sigillatim: ut quod
maius bonum, aut minus: quod maius peccatũ, aut me
ritum, & de alijs eodem modo. hæc Aristo. quæ nobis
indicant in omni causarum genere, sed præsertim in
demonstratiuo, postquam delectum propositionum ha
buerimus, earum scilicet propositionum, siue probatio
num, siue mediorum magnitudinem, & parnitatem

inuestigandam oportere, ac praterea maius, atque minus bonum, hoc est, amplificationem, atque extenuationem perquirendam esse. quod autem hoc sentiat Aristo. confirmat in lib. secundo Rhetor. ubi de his agit, quæ cuiq; causarum generi annexa sint, cum ait. Necesse est, ut in omni dicendi genere quæratur, quid fieri, aut non fieri possit: & hi quidē demonstrare conentur aliquid futurum, illi verò factum esse. Quinetiam de magnitudine rei differere commune est omnium generum? omnes enim & amplificare, & imminuere solent, & suadentes, & dissuadentes: & laudantes, & uituperantes: & accusantes, & defendentes. Et subdit. Ex locis autem eibus amplificatio demonstratiui generis est maximè propria. Itaq; palàm fit honesto, & turpi, quæ sunt generis demonstratiui fines annexum esse magnum, & parvum, quo ea amplificamus, uel extenuamus, quæ honestè, uel turpiter acta sunt. Quot verò loca, & quæ tribuat magnum, & parvum: aut maius, & minus honestum, & turpe, explicauimus in lib. 2. Rheto. ubi scribit Arist. de locis fini demonstratiuis generis annexis.

Cum igitur amplificatio maximè generi competat demonstratiuo; illud animaduertendum est eum, qui laudat, uel uituperat, non probare: nam res ipsæ, per quas laudamus, credi debent, varoq; demonstrari solent, nisi fortè essent incredibiles. & propterea aut loca, & elementa laudum proferimus: aut quòd honestè, uel uiriliter gesserit, maxima ex parte amplificamus. Locus quidem primus est honestum; si laudamus: & turpe, si uituperamus. at uirtus est honestum, bonum, & laudabile: uitium autem contrà. Est autem uirtus uis quædam productiua, atque conseruatiua rerum bonarum. partes verò ipsius sunt prudentia, iustitia, fortitudo, modestia, magnificentia, magnanimitas, liberalitas, mansuetudo, sapientia. hæ quidem

quidem omnes honestæ sunt, & quæ has indicant & quæ ab his proficiscuntur. manifestum igitur fit honesta, ac laudabilia esse, quæ aut uirtutum effectiua, aut à uirtutibus proficiscuntur, aut uirtutum indicia sunt. sic & corporis commoda, & incommoda, ut diximus antea, laudamus.

Sed quoniam sæpe accidit, ut duo laudabilia, aut uituperabilia inter se comparantur; hinc magis, & minus laudabile, aut uituperabile oritur, atq; alterum altero laudabilius esse uiginti colligitur elementis, siue locis, quorum propositio prima est. Ea magis sunt laudabilia, quorum honor est, quàm quorum pecunia. secundus locus est ab eligibilibus, & prop. est. Quæcunque eligibilium non sui gratia quispiam gerit, sed alijs utilitati sunt, laudabiliora sunt. Tertius à benefactoribus, & prop. est. laudabilius est, quod benefactoribus fit, quàm his, qui aut malè fecerunt, aut non benefecerunt. Quartus ab his, quæ sunt simpliciter bona & non sibi. & prop est. Quæcunque simpliciter bona sunt, laudabiliora sunt his, quæ bona sunt secundum quid, ut sibi, uel hoc in loco, uel hoc tempore, uel hoc pacto. Quintus à patria, & prop. est. laudabiliora sunt quæcunque quis pro patria facit sua contemnens, quàm quæ facit pro seipso. Sextus ab his, quæ natura bona sunt, & propositio est. Quæ natura bona sunt laudabiliora sunt his, quæ aut ui, aut accidente, aut arte bona sunt. Septimus à mortuis, & prop. est. Laudabiliora sunt ea, quæ mortuum consequuntur, quàm uiuum. Octauus ab his, quæ laudis gratia fiunt, & prop. est. quæcunque opera laudis gratia fiunt, magis laudabilia sunt, quàm quę lucri gratia. Nonus ab oppositis hoc modo. Opposita eorum, quibus aut dicentes, aut facientes, aut dicturi, aut facturi erubescimus sunt ualde laudabilia: nam contraria eorum, quæ sunt magis nerecunda, magis sunt pulchra,

& lau-

& laudabilia. Decimus ab his, de quibus trepidant, quamquam non timent, & propos. est. Ea, de quibus trepidant, etsi non timent, laudabiliora sunt: nam in his bonis maximè afficiuntur, quæ ad gloriam ducunt. Undecimus à virtutibus natura excellentibus, & prop. est. Virtutes, ac opera eorum, quæ natura excellunt, laudabiliores sunt. Duodecimus ab his, quibus alij magis fruuntur, quàm nos, & prop. est. quibus alij magis fruuntur, quàm nos, laudabiliora sunt. & ob hanc causam iustum, & iniustitia laudantur magis: quoniam multi fruuntur magis. Decimus tertius ab eo, quòd est inimicos ulcisci, cuius prop. est. Inimicos ulcisci laudabilius est, quàm reconciliari: nam malum pro malo reddere iustum est. Decimus quartus a memorabilibus, & prop. est. quæ magis ad honorem vitæ functi fiunt, magis laudabilia sunt. Decimus quintus à supernacaneis, & prop. est quæ supernacanea sunt, ac præter vitæ necessitatem, magis sunt laudabilia, quàm quæ sunt pro vitæ necessitate: ob excellentiam enim illa fiunt. Decimus sextus ab his, quæ soli insunt. & prop. est. quæ solis insunt, laudabiliora sunt, quàm quæ multis: hæc enim memoratu digniora sunt. Decimus septimus, à non frugiferis. huius prop. est. non frugifera prædia, & in universum omne minus frugiferum laudabilius: quoniam id magis est liberum. Decimus octauus à singulorum propriis, & propo. est. quæ sunt singulis propria. laudabiliora sunt, quam quæ omnibus communia. Decimus nonus ab indicijs, cuius prop. est. quæcunque indicia eorum sunt, quæ apud eos, quibus cum vitis laudantur, laudabiliora sunt, veluti apud Laconas comam nutrire est laudabile: libertatis enim id apud eos indicium est. Vigesimus a carentibus artium mechanicarum, & prop. est. nulla vti arte mechanica laudabilius est: nam liberum est non uiuere ad alium. Hæc de

de locis maioris laudis. his verò contraria a teipso percipias.

At verò quoniam nobis quandoque desunt uera laudum loca; ui coacti propositiones ab his sumimus, quæ sunt honestis propinqua. atque loca huiusmodi sunt octo. Primus ducitur ab his, quæ deficiunt: attamen medijs propinquæ videntur: veluti, si eum, qui timidus est, ac stolidus, bonum, ac frugi appellemus. Secundus a concomitantibus, quæ quamquam uitia sunt; semper tamen ad optimum ducenda sunt: veluti, quoniam magnificentiam comitari solet iracundia, & furor; idcirco iracundum, & furiosum tanquam magnificum, uel magnanimum laudabimus: etenim iracundia & furor est apparens quædam magnanimitas. Tertius ab excedentibus: nam qui medium excedunt, quasi uirtute præditi uidentur, vt ferox fortis est laudandus, & prodigus liberalis; si enim prodigus in quælibet re consumit diuitias; quantò magis in amicos. Quartus ab his, quæ apud gentes laudabilia habentur, vt Athenienses apud Athen. laudare non est difficile: quia apud eos quæ sunt laudabilia, sunt iure honesta. sed apud quosdam aliqua sunt laudabilia, quæ turpitudinem habent. Quintus ab his, quæ accipiuntur, vt conuenientia: utputa si quis honoris causa dignum aliquod inchoatum opus, imperfectum relinquet, id pro honesto accipi debet: nam honoris accessio ad honestatem pertinere uidetur. Sextus ab his, quæ etiam si minimè sint conuenientia, ad melius tamen, & honestius sunt reducenda, quemadmodum si quis secunda utatur fortuna, & nonnunquam sit moderatus, quamquam id raro accidat; tamen laudari debet ut moderatus. Septimus ab his, quæ casu, uel fortuna facta sunt, veluti consilio, ac prudentia facta. Octauus ab his, quæ sunt externa, ut parentes, præceptores q; : uerisimile namque est bonum esse ex bonis: laude igi-

tur

tur dignus est, qui bonis ortus est parentibus, bonisq; præceptoribus educatus.

Amplificationes verò, extenuationesq;, ac talia simul] Amplificatio, ut scribit Aristo. in lib. secundo Rhet. & diminutio sunt argumentationes ad aliquid ostendendum, quod sit magnum, aut parvum, quemadmodum etiam, quòd sit bonum, aut malum: quod iustum, aut iniustum, & in cæteris eodem modo, hæc autem omnia sunt, in quibus syllogismi, atque enthymemata versantur. quòd si nullum est locus enthymematis; neque amplificatio, aut diminutio erit locus. quare ex his verbis facile perspicitur amplificationem in genere demonstrativo idem præstare, quod in iudiciali enthymema: atque primum circa magnum, ac parvum, deinde circa bonum, ac malum, & alios fines versari. Cæterum magnum, & parvum, bonum, & malum & huius. alia consistunt, aut in persona, aut in re. in persona quidem; cum nomen amplifices, naturam, modum vivendi, & cæteras partes. In re verò, cum singulas res enumeres, singulasq;, quæ rem circunstant, explices: aut dividas, aut repetas, aut describas. atque hoc loco mirè confert ordo, qui desideratur per divisionem rerum, & actionum naturalem, aut compositionem. Amplificationis autem species hoc tempore quatuor, ac fortasse plures recensebit Aristo. verum tot sunt, quot argumentorum genera. attamen, si rem, aut personam respexerimus; octo in lib. Rhetor. ad Theodect. comperiemus. prima autem species à persona desumitur: amplificamus enim si solus, aut cum paucis: nam qui aliquid præclarè gessit, si id solus, aut cum paucis gessit, maiori laude est dignus. Secunda, si eo gessit modo, quo maximè fieri potuit: minima namque res nonnunquam maximam se præfert, si eo facta est modo, quo maximè potuit. Tertia, si primus fecit: nilis enim abie-

ctaq; res magnum quid videtur; cum primò fit. postquam verò factum est; aliquando leviter ab alijs fit: omnia profecto hæc laudabiliora sunt. hanc ob rem verum inventores maiori quidem laude digni censentur ijs, qui res inventas exornant, amplificantque. Quarta à tempore, atq; occasione ducitur. tempore, si quid eximij, præclarique ab adolescenti gestum fuerit; is maiori laude dignus habebitur. Ab occasione vero, quoniam qui per occasionem aliquid effecerit, quamquam parvum quid; tamen, cum pro occasione actum sit; maximam consequitur laudem: nam, quia id insperatò, sed tempestivè evenit, arduum videtur. Quinta, si sæpius magnum, aut bonum perficit, magnum gessisse videtur. Sexta, si non à fortuna, sed à seipso id proficiscatur: etenim prudentia factum esse videtur. Septima sit, cum amplificando laudamus, si ea inventa sunt ab aliquo, quibus ad virtutes accendimur, & quibus honoramur. & propterea sculptores maximè celebrandi sunt: nam, vt nobis erigantur statuæ; virtuti maximè inservimus. Octava, si primus omnium laudatus sit.

Sed, quoniam aliquando loca ex ipso invenire, quem laudamus, est nobis difficile; idcirco præcipit Aristo. ut hunc laudandum alijs compares, ac præsertim clarissimis viris, si id fieri possit. sin minus; comparandus est alijs: nullus enim adeo parva effecit, quin alius minora egerit. hæc de amplificatione. de extenuatione verò si tractare velis, à contrario assumas.

De

De genere iudiciali.

RVrsum autem simili modo accusandi, defendique speciem, quæ circa iudicialem versatur causam, quibusque rebus constat, & quomodo ijs vti conueniat diuidamus. Accusatio quidem est (vt breuiter dixerim) iniuriarum delictorumque expositio. Defensio autem est delictorum, & iniuriarum, quę vel in accusationem, vel in suspitionem venerint, dissolutio. Cum vtraque uero species hanc vim habeat: ac cusatori quidem dicendum, est quandoquidem improbitatis aduersarios criminetur, eorum facinora, & iniusta & iniqua esse, ac ciuium multitudini pernicioſa: cum vero stultitiæ crimine tur, quod & ipsi agenti inutilia ea sunt, & turpia, & iniucunda, & quæ perfici nullo pacto queant, hæ, & iis similes aduersus improbos, vanosque argumentationes sunt. Est præterea, & hoc accusatori obseruandum, versus cuiusmodi crimina supplicia sunt à legibus constituta, & circa quæ ipsi iudices, mulctas definiũt. Cum lex itaque pœnam definierit, hoc est duntaxat accusatori considerandum, vt demonstret facinus patratum esse. cum iudices autem crimen admissum sciunt crimina illa quæque, aduersariorumque delicta augeri conuenit, ac maximè quidem demonstrari sponte illum, & de industria, non forte quadam, sed dedita vehementer opera iniuriam intulisse. quod, si minus hoc fieri abs te potuerit, putasque potius ab aduersario demonstratum iri. se modo quodam deliquisse, aut quod hęc agere probe meditate sibi, minus prospere succesſerit; debes veniæ apud audi-

auditores aditum intercludere, inquiens nequaquam aduersarios decere, vt post gestum negotium se imprudenter errauisse dicant, sed ante potius vereri, quam gerant. Deinde quod quamvis ille imprudenter gesserit, aut ei aduerse succesſerit, oportet ipsum tam ob casus, atque imprudentiam longe multari magis, quam qui horum neutrum perpetrasset. Præterea quod etiã legumlator eos, qui imprudenter deliquissent, non pœnę immunes, sed iudicio obnoxios fecit, ne omnibus errando noceant. Dicendum est etiam, quod si talia respondẽtem admiserint nonnullos sunt habituri ad iniuriam quam promptissimos. nacti nanque occasionem, quæcunque voluerint, efficiẽt. si verò aberrauerint, rem in fortunam reijcientes, supplicio se liberabunt. Accusatori igitur ex huiusmodi rebus veniæ locus auferendus est, sicuti antea dictum est Multorum malorum causæ, aduersariorum facinora per ex aggerationes: demonstranda sunt. Species igitur accusandi perficitur ex his partibus.

Defendendi autem species tribus præceptis constat. Aut, enim defensori ostendendum est se nihil eorum, quorum accusatur patrauisse, aut si cogatur fateri, enitendum est, vt gestum à se negotium, & legitimum, & iustum, & honestum, & publicæ utilitati vsui esse ostendat, si hoc autem ostendere nequiuerit, aut in imprudentiam, aut in fortunam gesta negotia conferens, & iacturas ab his profectas, quam minimas ostẽdens; vt sibi ignoscatur operam dabit. Iniuriam autem, & prudentiam, & casum ita definias, quod ex meditatione mali fit quippiã, id iniuriam ponere inquiens oportere pœnas maxi-

maximas in huiusmodi rebus capere, quod verò per ignorantiam detrimenti, quid agitur imprudentiam esse, dicendum est. quod autem nõ sponte, sed aliena potius vi, aut fortuna quadam nihil eorum, quæ rectis consilijs administrata sunt, perficit, casum esse ponendum est. dicitoque iniuriam inferre, malorum esse hominum proprium, imprudenter verò delinquere, & circa rem gerendam aduersam fortunam pati, non esse sibi priuatim modo, sed commune & ipsorum iudicum, & aliorum quorumque hominum. Coactus autem ex huiusmodi causis quid fateri, ut tibi ignoscatur præcabere, & vt per imprudentiam, casumque delinquere tibi cum auditoribus ipsis commune esse ostendas, studebis. Oportet autem defensorem vndique intueri quibus in criminibus leges supplicia iussere. Iudices verò ipsi pecuniis puniunt. Et cum lex supplicia iusserit, demonstrandum erit aut omnino nihil patrauisse, aut legitime, iusteque fecisse. cum iudices verò constituti fuerint punitiones æstimatores rursus eodem modo haud dicẽdum est, quòd hęc non egerit, sed elaborandum est potius, & ostendat se paruo detrimento aduersarium affecisse, & inuitũ deliquisse. Ex his igitur, atque similibus accusando, defendendoque verba suepeditabimus, reliquum est, vt iam quæstioni speciem pertractemus.

EXPLANATIONES.

Rursum autem simili modo accusandi, defendendique speciem] *Tertium causarum genus est est iudiciale, cuius partes sunt due, accusatio, nidelicet,*

cet, & defensio: qui enim in iudicio versantur horum alterum facere oportet, & de rebus iam factis semper hic quidem accusat, ille autem defendit. vnde iudicio præteritum tempus est proposi um. Finis verò huius generis est iustum, & iniustum. huic antecedit quæstio, vtrum aliquid factum sit, aut non factum. a fine igitur, & ab eo, quod factum, aut non factum est, ducuntur loca, & probationes, tum quæ accusanti idonea sunt, tum quæ defendẽti utilia. atque hæ sunt causæ propriæ: non propriæ, sed communes, cum ab utili, honesto, facili, possibili, iucundo sumantur.

At verò si loca à facto, uel non facto inuestiges, ut tibi copiam probationum suppeditent, hæc tibi sunt considerandæ, quòd quęcunque homines agunt, necesse est eos septem causis agere, fortuna, scilicet ui, natura, consuetudine, ratione, cupiditate, & ira. quæ verò per seipsos agunt bona sunt, aut apparentia bona: iucunda, uel apparentia iucunda. Fortuna verò sunt quæcunque ita fiunt, ut, cum eorum causa sit indeterminabilis, nec huius gratia, nec sæpe, ut plurimum, nec ordine fiunt. Natura autem sunt, quæ causam habent ordinatam in seipsis: cum aut semper, aut plerunque fiant. Vi porrò fiunt, quæcunque coactè, & nulla cupiditate, nullaq; ratione fiunt. Consuetudine verò aliquid faciunt ii, qui id sæpe efficere consueuerunt. Ratione quidem fiunt, quæ cum sint ex bonis, conferreq; uideantur, uel ut finis, uel ut ad finẽ propter bonum fiunt, & utile: nam quanquam intemperantes bona, atque vtilia agunt: tamen ea non propter vtilitatem, nec bonitatem faciunt, sed ob uoluptatem. Ira uerò, quæ fiunt, quibus ulciscimur. differt. n. ultio à pœna, etenim pœna eius, qui patitur gratia fit ut, aut fiat melior, aut puniatur: ultio autem eius, qui facit, vt animus expleatur. Cupiditate autem aguntur, quæcunque uidentur iucunda. uerum consue-

tudo, & ea, in quibus assueti sumus, iucunda sunt: cum voluptate enim agunt, qui assueti sunt. sed non omnia, quæ natura fiunt, iucunda sunt: assuescimus enim quandoque contra naturalem dispositionem. Sed, quoniam homo dum agit, aut à seipso agit, aut alia causa promotus, quæcunque per se efficit, ea aut consuetudine, aut cupiditate, aut ratione, aut ira, facit. & omnia hæc, aut bona sunt, aut bona uidentur, vel iucunda: siquidem malorum reiectio, & minoris mali assumptio deinde doloris abiectio, & minoris doloris assumptio in bonorum, vel iucundorum numero collocantur: sunt enim quodammodo eligibilia. hæ quidem sunt causæ, quæ hominem ad bene, maleve agendum inducunt: finis verò est iustum, bonum, vel iucundum uerum, aut apparens, & quæ sub hoc boni genus cadunt, veluti honestum, vtile, possibile, facile factu, & necessarium: nam quæcunque fiunt, alicuius horum gratia aguntur. Sed, quemadmodum duplex est finis, vltimus scilicet, & is, qui inter ultimum finem, & agens interponitur primum; sic interactiones, quæ ad iudiciale attinent genus, aliæ respiciunt vltimum finem, & nuncupantur iustæ, aliæ finem, qui ad ultimum facit, atque vel honestæ, vel utiles, vel iucundæ, & huiusmodi aliæ dicuntur. Iusta verò efficit, dicitq;, qui tum leges naturæ seruat, tum proprias: iniusta autem, qui contra utrasque leges peccat: sic honesta, sic utilia, sic cætera iusto adiuncta, de quibus in lib. primo Rheto. ad Theodra bunde locuti fuimus. Ab his igitur probationes ducendæ sunt artificiosæ, quæ huic conducant generi: expertes verò artis sunt quinque, leges, testimonia, tabulæ, quæstiones, & iusiurandum.

Verum, cum quæuis causa iudicialis accusatorem requirat, & defensorem, accusator primum consideret, an factum constet, quod si constet; ab

iniustitiæ locis desumat probationes. loca quidem iniustitiæ sunt loci iniustitiæ oppositæ. unde ab iusto ducuntur. quid autem sit iustum, & quæ iusta dicantur, copiose Aristot. in primo huius libri capite egit: itidemq; in libro primo Rheto. ad Theod. Si verò factum minime constet, habes in libro secundo Rhetor. decem loca, à quibus factum comprobes. Itaque, si constet factum, inquit Aristo. Accusatori dicendum, quando quidem improbitatis aduersarios crimine tenet, eorum facinora, & iniusta, & iniqua esse, ac ciuium multitudini perniciosa.] sed horum causa efficiens est cupiditas, & non ratio: quoniam quæ ratione perciti agimus, bona sunt. finalis uero causa est apparens bonum. Deinde subdit. Cum verò stultitiæ crimenetur, quòd & ipsi agenti inutilia ea sunt, & turpia, & iniucunda, & quæ perfici nullo modo queant] Et hæc alia ex causis prædictis efficientibus, quæ est rationi oppositæ: nam, sicut ea, quæ à nobis ratione, ac prudentia ducti fiunt, sunt bona per se, itidemq; honesta, vtilia, iucunda, ac facilia; sic contrà quæ stultè, imprudenter facimus, his contrario modo opponuntur. his igitur argumentis tum propriis, tum communibus vtetur accusator. postea ea corroborabit artificiosa fide: sic enim inquit Aristote. Est præterea accusatori obseruandum aduersus cuiusmodi crimina supplicia sunt à legibus constituta, & circa quæ iudices multas definiunt] d. ximus ante ea probationes artificiosas quinque esse: easq;, ad ueritatem extorquendam, si factum constet: aut ad pœnam dandam, si palam sit, in medium accusator proferet: tumq; amplificatione utetur: nam dicit Aristot. Cum iudices crimen admissum sciant; crimina illa quæque, aduersariorumq; delicta augeri conuenit, ac maximè quidem demonstrari sponte illum, & de industria, non forte quadam, sed dedita vehementer opera iniu-

riam intuliſſe. [*A quibus locis amplificationes ducamus, ea ſatis in ſuperiori docuimus capite, ſed omnium potiſſimum eum comprobat locum Ariſto. hoc tempore, qui non à fortuna, ſed à ſeipſo eſt. Præterea addit. Debes ueniæ apud auditores aditum interclu-*dere] *pluribus argumentis, amplificationibus q, ut etur accuſator, ſi dubitabit, ne reo ignoſcant iudices, dummodo cum deliquiſſe in pendenter, & fortunæ cauſa probet. horum autem unum erit Ante potius uerendum eſt, ante quam delictum committatur. ſecundum, Imprudentes longè magis mulctandi ſunt, quam qui horum neutrum perpetraſſet. tertium, legum latores eos qui imprudenter, deliquerunt, iudicio obnoxios fecerunt. quartum, ſi huic ignoſcent, euadunt alij ad iniuriam quam promptiſſimi. ac demum multorum malorum cauſæ aduerſariorum facinora per exaggerationes demonſtranda ſunt: nam plurimæ ſunt cauſæ recenſendæ, atque explicandæ.*

Defendendi autem ſpecies tribus præceptis conſtat] *primum præceptum eſt, vt defenſor oſtendat ſe nihil eorum, quorum accuſatur, commiſiſſe. loca uerò, ex quibus facile percipere poſſit, probationes factum negantes, ſcribuntur decem in libr. ſecundo Rhetor. vbi diſſerit Ariſt. quæ, & quot ſint loca finigeneris iudicialis annexa. Verum, ſi cogatur reus fateri ſe deliquiſſe; ſecundum aggrediatur præceptum, idque eſt. Emitendum eſt, ut geſtum à ſe negotium, & legitimum, & iuſtum, & honeſtum, & Reipublicæ uſui eſſe oſtendat*] *quid uerò ſit iuſtum, quid legitimum, quæ, & quot ſingulæ hæ partes, copioſæ antea. Ariſt. explicauit; cum de genere deliberatiuo tractaſſet. ibi enim quot loca præbeant, ac propoſitiones tradidimus. Attamen ſi negotium geſtum, defenſor nec iuſtum, nec legitimum, nec honeſtum oſtendere minimè potuerit; ad tertium præceptum confugiat, quod eſt.*

Aut

Aut in imprudentiam, aut in fortunam geſta negotia conferens, & iacturas ab his profectas quam minimas oſtendens, vt ſibi ignoſcatur operam dabit.] *Veniam petet reus, quod eſt tertium præceptum, &, quemadmodum accuſator amplificatione vſus fuit; ſic defenſor extenuabit delictum. atque loca habebit ab imprudentia, à fortuna, à legibus, quæ cum ſupplicia iuſſerint; tamen nihil paſſus eſt. hæc pars profectò ad confutationem pertinet. itaque, ſicuti diximus in libro ſecundo Rhetori. ubi docet Ariſtot. duobus modis argumentationes diſſolui vel contrà argumentando, vel reprehendendo, confutationes quatuor ducuntur genericis locis, aut ab ipſa re, aut à ſimili, aut à contrario, aut à rebus iudicatis, de quibus in ſuperioribus libris ſatis diſputatum eſt. hæc porrò quatuor inſunt in probabili, exemplo, indicio, & ſigno; ideirco hæc quatuor ſunt confutanda.*

De Quæſtione. cap. V.

VTigitur ſummatim dixerim, quomodo eſt voluntatum vel rerum, verborum ve adinuicem, aut ad aliam diſſentientem vitam demonſtratio. Oportet autem quærentem quærere, ſicubi aut verbum eius, quem quæret, aut actiones, aut voluntates inter ſe diſcrepant, præceptum vero hoc ſit. Conſiderandum erit in præterito tempore, ſi cui quis antea amicus cum eſſet, rurſum inimicus, & iterum huic ipſi amicus effectus fuerit, aut aliud quid contrarium, aut quod petulantiam, & flagitium ferat, geſſerit, geſturusue ſit, ſi quando ipſi detur occaſio, quod ante actis rebus eius contrarium ſit. indentidem quoque intuere, ſi quid dicendo con

trarium nunc ijs dicit quę prius ab eo dicta fuerint: aut si quid iis quæ dicuntur, aut quæ antea dicta sunt, contrarium dixerit. Eodemque modo si quid dicere voluit ijs contrarium, quę ab ipso ante dicta sunt, aut velit opportunitate oblatam identidem verò assumendæ sunt etiam ad alia præclara studia eius, qui quærit uitæ contrarietates. Quærendi ergo speciem si hoc pacto tractaris nullum relinques quæstionis modum. Harum autem omnium specierum, quas superius partiti sumus, oportet etiam diuisim qualibet pro commodo uti, & unà ipsarum proprietates cõmiscere: hæ nanque differentias habent maximas enimuero communis earum est adiuicem usus, & idem quod & hominum species patiuntur: hi nanque partim similes sunt, partim uerò dissimiles, tum aspectibus, tum etiam sensibus. Sic aut determinatis speciebus, rursum quibus indigent, communiter enumerabimus, & quomodo his uti conueniant, quæremus.

Quæ communia sunt in omnibus generibus. Cap. 6.

PRimum igitur, & iustum, & legitimum, & utile, & honestum, & iucundum, reliquaque deinceps, quemadmodum ab initio sum partitus, speciebus omnibus sunt communia, ueruntamen insuadendo maxime his utimur. Secundo autem loco amplificationes extenuationesque præ cæteris omnibus utiles sunt. harum uerò usus in laudem, ac uituperationem maxime cadunt. Demum autem probationes sunt, quibus etsi circa omnes causarum partes utendum est, in accusationibus tamen defensionibusque quam utilissimæ sunt: his nanque pluri-

plurimæ controuersiæ indigent. Sunt præterea & præoccupationes, & postulata, & iterationes, & orationis prolixitas, & prolixitatis modus, & breuitas, & interpretatio. hæc enim & his similia speciebus omnibus sunt communia. Quoniam igitur de iustis, & legitimis, ac de his similibus prius determinauimus, & eorum usum enarrauimus, & de amplificationibus quoq; extenuationibusque diximus iam de alijs declarabimus.

EXPLANATIONES.

Primum igitur, & iustum, & legitimum, &c.] *hæc profecto sunt cuique generi communia loca: tamen deliberatiuo maximè competunt. Deinde amplificationes, & extenuationes omnibus utiles sunt: omnes enim, ut inquit Arist. in libro secundo Rheto. ubi de his, quæ cuique generi causarum annexa sunt, disserit, & amplificare, & imminuere solent, & suadentes, & dissuadentes: & laudantes, & uituperantes: & accusantes, & defendentes, & subdit. Ex locis autem communibus amplificatio demonstratiui generis est maximè propria. Postea quamquam probationibus in singulis generibus utimur: tamen iudiciali, & in eodem li. asserit Aristo. per opportunæ sunt.*

De probationibus. Cap. VII.

VTigitur à probationibus primum incipiamus duo sunt earum genera: fiunt enim aliæ quidem ex ipsis uerbis, & negotijs, & hominibus, alia uero appositæ sunt ijs quæque dicuntur, & quæ geruntur, nam icota, & exempla, & coniecturæ, & commentationes, & sententiæ, & signa, & argumenta, & probationes ex ipsis

verbis, & hominibus, & negotijs sunt appositæ autem probationes, testes iuramenta, & quæstiones existunt. Opus est autem harum vnamquamque probationum intelligere qualis sit, & vnde idonea in ea verba abūdè nobis suppetēt, & quod demum ex inuicem differunt. Eos igitur quod probabilem propositionem dicimus, illud est, quod cum dixeris auditoribus, in mentibus eius exempla tenent. Dico autem, veluti si quis inquiat velle patriam magnā esse, & necessarios rebus secundis vti, aduersis, aūt inimicos, atque his similia summatim probabilia videantur. Quilibet, enim auditorum qui huiusmodi desiderijs teneantur, ipse sibi de hisce, deque similibus rebus conscius est. quamobrem hoc nobis in dicendo semper suadendum est, si rei, de qua loquimur cōscios auditores perceperimus: hisce, enim rebus par est credere eos maximè. Vis ergo probabilis est huiusmodi, ipsum verò in tres distribuemus species. una quidē est, quæ eas perturbationes accusando, aut defendendo verbis comprehendit, quibus hoīes natura afficiuntur: veluti si quē aliqui floccipenderint, aut timuerint, aut eandem rem sæpissimæ fecerint, aut iterū voluptate, uel dolore, uel libidine affecti fuerint, aut cupiditate vacarint, aut diuitijs abundarint, aut aliam hmōi perturbationē siue animis, siue corporibus, siue aliquo illorum sensuum, quibus homines afficiuntur, passim fuerint. hæc nanque, & his similia, quę communes sunt humani ingenij perturbationes, auditorib. nota sunt. Quę igitur secundum naturam homi nibus fieri consueuere, quæq; dicendo comprehendenda dicimus, sunt huiusmodi. Altera verò probabilis pars est mos, quem pro cōsuetudine

singuli

singuli faciamus. Tertia verò species lucrū est; nam sæpe lucrandi gratia naturę uim adferentes, consulto mores inducimus. His autē ita determinatis in suadendo quidem, ac dissuadendo demonstrare pro quæstitis oportet, ut hoc negocium, ad quod ipsi exhortamur, uel cui aduersamur, ita sit sicuti à nobis dicitur, uel ut ea, quę huic negotio similia sunt, hoc modo fiant, quos nos diximus, aut plurima, aut omnia. Cōtra res igitur hoc pacto probabile est capiendum. Contra homines uerò in accusationibus quidem, si potuerit. demonstrabis aduersarium hoc idem negotium sępe antea patrauisse. sin id minus poteris huic similia demonstratio. ostendere autem elaborat quod hæc facere cōducibile ei fuerat, hominum autem plurimi quoniam ipsi utile omnibus rebus anteponunt, itidem etiā alios omnia genere huius genera facilè putāt. si quidem igitur ab ipsis aduersarijs probabile capere potueris; ita illud inducito. sin id minus quiueris; à similibus tibi, quæ homines consueuere, inferenda sunt. Dico autem, ut huiusmodi: iuuenis est, quem accusas, quæ ij, qui id ętatis sunt, agunt hęc ipsum feciſſe dicito. Nam pro similitudine etiam, quę aduersus hunc ducuntur, facillimè credentur. Eodemque modo si eius socios tales ostenderis, qualem hunc esse dicis: etenim ob eam, quæ huic cum illis consuetudo est, uidebitur ijsdem rebus indulgere, quibus amici solent. Itaque probabile accusatoribus hoc pacto, tractandum est. Defenso res autem maximè ostendant; oportet, ut minime prorsus omnium quidquam antea earū rerum, quarum insimulantur, neque ipsi, neque amicorum aliquis, neq; ipsorum similium quis

unquam

vnquam egerit, vtque nihil in ijs vtilitatis conse
qui potuisset. Quòd, si liquidum sit hoc idem te
antea patrauisse; causam in ætatem reijcies, &
aliquam huiusmodi aliam afferes causam, qua
tunc non absurdè errarueris. Dic autem, nec ea
tempestate, dum hæc gesseras; conduxisse tibi,
nec etiam nunc conducere potuisse. Sin autem
nihil huiusmodi abs te patratum sit: sed ex tuis
amicis aliqui talia quædam fecerint; dicendum
est, haudquaquam iustum esse te ab illis calum-
nia affici: eritque demonstrandum, eorum so-
cios, qui tibi consuetudine iuncti sint, & mode-
ratos, & honestos esse: sic, enim in similationem
ambiguam reddes. Quod, si similium aliquos de
monstrarint eadem patrauisse; absurdum esse
inquiens, si, propterea quod alij quidam deli-
quisse appareant, creditum ea, vt te eorum ali-
quid quibus in iudicium arcesseris, factitasse.
Siquidē igitur inficiatus fueris haud ea fecisse,
quorum accusaris, sic te per probabilia respon-
dere oportet: ita nanque accusationis verisimili
tudinem infirmabis Si verò fateri compellaris;
ex multorum cōsuetudine similitudinem nego-
tijs tuis vindica, quam maxime inquiens, vt plu-
rimi, vel potius omnes, & hoc, & similia agant,
sicuti etiam abs te factitatum sit. Quod, si hoc
demonstrati nequeat, confugiendum est ad ca-
sum, & ad imprudentiam, & vt tibi ignoscatur
enitendum, omnesque hominum perturbatio-
nes, quibus ratione, deficimur, complectendæ:
hæ autem sunt amor, ira, vinolentia, ambitio, &
ijs similia. Itaque ijs præceptis probabile pul-
cherrime tractabimus.

EX-

EXPLANATIONES.

Vt igitur à probationibus primū incipiamus] *probationum duo sunt genera: aliæ nanque, ut dicit Aristot. in libro primo Rhetor. expertes artis, aliæ uerò artificiosæ sunt. artificiosæ in ipsa re inharent, & nostra reperiuntur industria. atque harum tres sunt species: nam aliæ in uita, ac moribus oratoris positæ sunt, aliæ in promouendo, atque afficiendo, prout opus fuerit, auditore: aliæ denique in ipsa oratione; eum aut probatur aliquid, aut probari uidetur. A re quidem, cuius imago est oratio, tria in genere sumuntur loca, ut legitur in eodem libro primo Rhetor. ubi Aristo. exponit quænam uerisimilia sint, atque signa, eaq; sunt tecmirium icos, & signum. Cæterum artificiosarum probationum duplex est genus: alterum causam, siue rem, de qua agitur, respicit: atque harum loca ea sunt, quæ diximus. alterum extra causam uersatur: & id ad efficiendos iudices pertinet. Hanc profectò collegimus diuisionem ex lib. primo & secundo Rhetor. ad Theod. sed in hoc capite ea describitur diuisio. Probationum duo sunt genera: aliæ sumuntur a negotijs, & ab hominibus, & a uerbis: aliæ ducuntur ab his, quæ negotijs, & uerbis appositæ sunt. A negotijs autem, & hominibus, & uerbis assumitur icota, exempla, coniecturæ, commentationes, sententiæ, signa, & argumenta: quorum quid unumquodque sit, propriis definietur locis. Appositæ uerò his, quæ quæruntur, & dicuntur, hoc est, negotijs, & uerbis, probationes sunt testes, iuramenta, & quæstiones, de quibus etiam postea dicemus. Negotia sueres, ut nobis Rhetoricas exhibeant probationes, sint probabiles. probabiles autem nuncupantur hæ, quæ hoc fiant modo, quo nos dicimus, aut plurimæ, aut omnes: aut tales uideā*

tur

tur plurimis, ac præsertim viris clarissimis. At probabilis uis in tres diuiditur species: prima quarum animi perturbationes, atque corporis amplectitur. secunda est mos, quem singuli pro consuetudine facimus, tertia est lucrum, atque hinc icota, siue probabiles ducuntur propositiones.

De exemplis. Cap. VIII.

EXempla aũt sunt res his, quæ factæ sunt, similes, & his, de quibus nunc loquimur, contratiç. Is verò utẽdum est, cum qđ ipse affirmas, vbi minus uerisimile sit, id re perspicuum facturũ dicas: nã si minus fidei per probabilem præstetur, ubi didicerint rem aliam ei similem, de qua loqueris, ita habuisse, ut à te dicitur, magis crediderint uerbis tuis. Sunt aũt exemplorũ duo genera: res nanque partim rõne, partim præter rõnem fiunt. Quæ uerò ratione fiunt facile credũtur: quæ autem præter rationem, non creduntur. Dico autem, sicuti si quis ait diuites esse pauperibus iustiores, adducitq́ue iustas aliquas virorum diuitum actiones; huiusce modi exempla secundum rationem uidentur esse plurimi; enim putant diuites pauperibus iustiores. Quod si quis rursus enuntiet diuitum quosdam ob pecunias iniuriam intulisse, eo usus exemplo, quod præter rationem sit, plane efficiat, quo locupletibus fidei minus adhibeatur. Identidem etiam, si quis earum rerum exemplum afferat, quæ rationi similes sunt. Quoniam Lacedæmonij quandoque, aut Athenienses freti essẽt magna sociorum manu, hostes expugnauere; & sic auditorib. suadet socios multos esse faciendos. Huiusmodi ergo exempla secũdum rationem sunt,

sunt, omnes enim existimant in bellis multitudinem non parum momenti ad uictoriam ferre. Si quis autem ostendere uoluerit non hanc esse uiuendi causam; earum rerum utatur exemplis, quæ præter rationem factæ fuerint, inquiens, vt Athenarum exules cum quinquaginta primum uiris duntaxat, & tribu assumpta etiam aduersus eos, qui admodum plures in vrbe fuerant, quamquam Lacædemonijs socijs utebantur bello in vrbem rediere. Thebani autem Lacedæmonijs, atque omnibus prope Peloponnesis in Boœtiam impetum facientibus, hi soli ad Leuctra commisso prælio, Lacedæmoniorum uires perfregere. Dionuero Syracusanus cum militibus tribus millibus Syracusas nauigans. Dionysium longe maiore ui fretum debellauit. Itidem autem & Corinthij cum in Syracusanorum auxilium nouem triremibus issent, Carthaginẽses, qui centum, & quinquaginta nauibus in Syracusanorum portus applicuissent, atque urbem omnem præterea esse haberent, nihilo tamen minus expugnauere. Summatim vero hæc, atque ijs similia, quæ præter rationem sint gesta, eam in consultatione improbare conueuere, quæ pro ratione sunt. Exemplorum igitur natura huiusmodi. Iis vero vtroq; modo vtẽdo est: nam, cum res, qua ratione fiunt, dixerimus, ostendemus, vt plurimum hoc pacto negotia perfici. Cum aũt quę præter rationem fiunt, loquimur, afferemus quæcunq; temeritate vidẽter facta, rectissimo fine cõclusa. Cum aduersa autem hæc dixerint, oportet ostendere hæc perinde ac fortunato casu aliquod accidisse: eritq́; dicendum eiusmodi res quam rarissime contigisse: quæ verò à te narrantur, quã sæpissime.

Exemplis

Exemplis igitur ita vti conuenit. Enimuero cum ea, quæ nulla ratione sunt facta in medium attulerimus opus est eorum quamplurima complectamur, dicamusque nihil ea magis, quã hæc fieri consueuisse. Exemplis verò non ex ijs solum, verumetiam ex contrarijs est vtendum; sicuti si ostenderis auarè quosdam vsos socijs; & propterea ipsorum solutam amicitiam & asseras. Nos vero si æqualiter, ac pro commodis erga ipsos rem gesserimus; societatem multum temporis conseruabimus. & iterũ si quos alios, quoniam imparati descendissent in bellum, deuictos, superatosque ostendas, ita dixeris, si instructi bellum aggredi uoluerimus; meliores certe spes victori habuerimus. Multa uero assumes exempla, tum ex præteritis, tum etiam ex instantibus negocijs: plurimæ nanque res partim similes, partim dissimiles inuicem sunt. quã mobrem ob id causæ exemplis abundabimus, & quæ ab alijs dicuntur, haud difficile refellimus. Exemplorum ergo genera, & quo modo ijs vti oporteat, & vnde multa capienda sunt, ex antedictis cognoscere possumus.

EXPLANATIONES.

Exempla autem sunt res his, quæ factæ sunt similes] *si per probationes, quæ à rebus probabilibus sumuntur, minus fidei præstetur; exemplis utare: nam ubi auditores perceperint rem aliam ei similem, de qua loqueris, ita habuisse, quemadmodum dicis, magis tuis uerbis crediderint. Quot uerò sint exemplorum species, quibus conficiantur modis, quando eorum usus sit necessarius, in libris superioribus copiosè disseruimus.*

Sunt

Sunt autem exemplorum duo genera] *hoc est, uti debemus exemplis duobus temporibus, partim. s. cum res, siue probationes, quæ a rebus ducuntur, ratione fiunt, partim præter rationem geruntur.*

De Coniecturis. Cap. IX.

Coniecturæ autem sunt, quæcunque hisce rebus, de quibus omnis habetur dictio, repugnarint, & quibus ipsa sibi oratio aduersatur: auditorum enim plurimi ijs contrarietatibus, quæ dicendo, agendove contingunt, coniectant sani inesse nihil neque in dictis, neque in factis quidem. Multas autem capies coniecturas, intuens siue ipsa, siue aduersarij contradicit oratio, siue res ipsa est dictioni contraria. Coniecturæ igitur huiusmodi sunt, & ita uti ubertim poteris.

EXPLANATIONES.

Coniecturæ autem sunt] *Coniectura autem est illa contrarietas, quæ solummodo circa dictionem, actionemq; uersatur: nam eam non est in nobis assumere, nisi circa res, & uerba repugnantia quædam fuerit.*

De Commentationibus. Cap. X.

Commentationes verò sunt nõ eo modo, quæ orationi, atque negotio aduersantur, sed & alijs rebus omnibus. Assumes autem multas, easque tractabis, quemadmodum in quærendi specie dictum est. Considerabis etiam sicubi ipsa sibi dissentit oratio, aut si gesta negotia iustis, aut legi-

gi, aut utili, aut honesto, aut possibili, aut facili, aut probabili, aut moti dicentis, aut rerum consuetudini aduersatur. huiusmodi igit commentationes sunt contra aduersarios assumendæ. His verò contrariæ pro nobis dicendæ sunt: quippe qui ostendamus & negotia, & uerba nostra iniustis, & ex legib. & inutilibus, & improborum hominum moribus, & summatim ijs, q nequam censentur, maxime aduersari. Oportet autem harum singulas breuiter, & nominibus quam pauciſſimis eloqui. Commentationibus igitur hoc modo copioſiſſime vti, optimeque poterimus.

EXPLANATIONES.

Commentationes verò sunt] *hoc interest inter commentationem & coniecturam, quòd, uti diximus, coniectura circa dictionem, atque actionem contrarietas quædam est: commentatio verò, & circa reliquas species contrarietates excipit. deinde coniectura non licet in nobis assumere, nisi in rebus, & uerbis repugnantia aliqua fuerit: commentatio autem è multis locis trahere possumus. quapropter tum coniecturæ, tum commentationes ex contrarijs constant: sed altera ex rebus, & dictis, altera ex omnibus, quæ repugnantiam habent.*

De sententia. Cap. XI.

Sententia verò (ut summatim dicam) est aduersus res omnes opinionis propriæ declaratio. Sententiarum autem duo genera sunt: alterum quidem credibile, alterum uero incredibile. Cum ergo credibile dixeris; nullæ sunt reddendæ

dæ causæ: nam neque quod dicitur, ignoratur, neque non creditur quidem. Cùm verò incredibile dixeris, causæ paucis sunt dicendæ, vt & dicacitatem, & incredulitatem effugias. Sententiæ autem eæ super afferendæ sunt, quæ sint rebus præsentibus quamconsentaneæ: ne quod dicitur inconcinnũ, violentumve appareat. Eas autem multas faciemus, aut ex propria natura, aut ex superlatione, aut ex similitudine. Sententiæ autem ex propria natura huiusmodi sunt. Nemo mea sententia rerum imperitus grauis imperator esse potest. Altera autem talis est. Prudẽtium virorum certe est ex rerum præteritarum exemplis operam dare, vt inconsulta effugiant errata. Ex propria igitur natura huiusmodi sententias faciemus. Ex superlatione verò tales. Acerbiora mihi vtuntur fures, quam latrones admittere: nam hi clanculum, hi verò palam pecunias eripiunt. Sententias igitur ex superlatione hoc modo multas faciemus. Ex similitudine autem sunt huiusmodi. Qui pecunias auferunt, idem faciunt mea sententia, quod hi solent, qui vrbes produnt; vtrique enim crediti iniuriam credentes afficiunt. Alia verò huiusmodi est. Videntur mihi aduersarij tyrannos planè imitari: nam etiam illi, quarum ipsi rerum iniurias alijs faciunt, pœnas dare indignũ putant: quæ autem alijs crimini dant, vehementissime horum causa illos cruciant. & hi si quidem ipsi aliquid mihi debent, haud reddunt: si quid verò ijs ego debeo, & id & fœmora restitui sibi decere arbitrantur. Sententijs igitur ita tractanda affatim abundabimus.

EXPLANATIONES.

Sententia verò] *In libro secundo Rhetoric. hanc tradit Arist. sententiæ definitionem. Sententia est enuntiatio non quidem singularum rerum, aut hominum, vt qualis sit Iphicrates: verum generis vniuersi neque tamen omnium rerum absolutè, generatimq; : vt, siquis rectum curuo contrarium esse dixerit : sed earum rerum omnium, quæ ad humanas actiones pertinent, & quas in agendo vel expetimus, vel declinamus. Sententiarum autem duo sunt genera, alterum quidem credibile, alterum verò incredibile] sententia autem duplex est, altera cum ratione, altera absque ratione. hæc quidem credibilis est: illa verò incredibilis. sine ratione. Nullus homo liber est. Cum ratione, Nullus homo liber est: quoniam aut pecuniæ, aut fortunæ seruit. Verum, quando sententia probationi adiungitur; enthymema appellatur. Cum verò adeo occultè altera alteri coniungitur, vt sententia tantum videatur; sententia enthymematica nuncupatur: veluti illa est. Ne immortale odium mortali in pectore serues. Hæc quidem sententia vim continet enthymematis: siquidem ea sit, perinde atque si dixisses. Cum mortalis sis; ne immortale odium in pectore serues. Sententiæ autem eæ semper afferendæ sunt, quæ sint rebus præsentibus, quam consentaneæ] sententiarum vsus est, vt hæ rebus nouis, ambiguisque accommodentur. si verò huiusmodi res nouæ, & ambiguæ sint præter opinionem; possumus tunc rõnem, siue probationem adiungere. sed, si plura optas, lege librũ secundum Rhet. loco citato.*

De Signo. Cap. XII.

Signum verò est alterius aliud, non quod vis cuiuluis, neque omnis omne, sed quod aut ante fuerit, aut in ipso negotio, aut post fieri cõsueuerit. Est autem signum, & factum, non facti solum, sed & non facti: identidem verò, & non factum non solum non facti, verum, & facti. Signa verò efficiunt, alia quidem opinionem, alia vero scientiam. Id autem pulcherrimum est, quod scientiam efficit: secundo autem loco quod opinionem maxime verisimilem operatur. Signorum autem copia nobis vbertim erit (vt summatim dicam) ex eorum singulis, quæ dicuntur, quæ gerentur, quæ videntur pro vnoquoque assumendo, tum ex magnitudine, tum ex paruitate, eorum quæ nobis mala, bona ve cõtingunt, item ex testimonijs ex testificatis, ex nostris, ex aduersariorum fautoribus, ex ipsis illis ex prouocationibus, ex temporibus, ex alijs multis. Hinc igitur signorum multitudine abundabimus.

EXPLANATIONES.

Signum verò est alterius aliud,] *Probatio, quæ conclusio probanda est, perquirere oportet. loca verò generatim huic inueniendæ idonea sunt tria. primum quorum est accidens, quod est effectus ad causam; veluti, hæc mulier lac habet; peperit igitur. & hoc est signum alterius, non cuiusque, sed propriæ rei signatæ. vnde quæcunque ex huiusmodi signis conficiuntur enthymemata, necessaria ab oratoribus appellantur. itaque dicuntur Tecmirium, quasi insolubilis conclu-*

ea. secundum est, cum probatio ab aliquo ducuntur accidente, & postea aliud accidens concludatur: sicut, Cacus noctu uagatur; igitur fur est. hoc uerò enthymema fit ex signo, quod Icos dicitur. Tertium est ab accidente, quod in substantia existit, ad accidens in accidente: ueluti, Pittacus est studiosus: igitur studiosus est sapiens. & hoc enthymema appellatur digma, siue signum.

De Argumento. Cap. XIII.

ARgumentum autem est (sic enim Elechon interpretamur) quod aliter habere non potest, atque ipsi dicimus. Assumitur autem ex natura necessarij, vt nos dicimus, aut aduersarius, & ex ijs quæ natura fieri aut possunt, aut non possunt, sicuti aduersari dicunt. Natura igitur necessarium est, sicuti viuos cibis indigere, & ijs similia. Vt verò nos dicimus, necessarium est affectos verberibus ea confiteri, quæ cædentes iusserint. Natura autem fieri non potest puellum argenti tantum furto subripuisse, quantum ferre nequeat, & id ferentem abijsse. Vt autem aduersarius dicat, fieri non poterit, siquidem dixerit quibus temporibus Athenis debiti tabellas non fecisse, ipsi autem possumus auditoribus demonstrare, vt ea tempestate ad aliam quandam vrbem aberamus: Argumenta igitur ex ijs, atque similibus faciemus. Prorsus verò & ex ipsa conditione, & ex negotijs, & ex alijs probationes omnes transegimus. Consideremus etiam quid inuicem ex differunt.

EX-

EXPLANATIONES.

Argumentum autem] *de hoc agit Arist. in libro tertio Rhet. & dicitur Elenchus, fit ex signo illo, quod tecmirium appellatur, quasi insolubile argumentum; eo quòd ex his constet, quæ uera, ac necessaria uidentur. unde ab alijs differt, quòd solum omnem ueritatem iudices edocet: alia verò signa opinionem duntaxat, faciunt apud auditores.*

De probabilis, siue Icoton, atque aliorum supradictorum differentijs. Cap. XIIII.

PRobabile igitur ab exẽplo hoc differt, quòd probabilis ipsi auditores notionem habent: exempla verò ex contrarijs, & ex similibus fieri possunt. coniecturæ autem solum ex dictionib. actionibusq; contrarijs constãt. Verum commẽtatio à coniectura hanc habet differentiam, q̃ coniectura quidem circa dictionem, actionemque contrarietas quædam est: commentatio verò & circa reliquas species contrarietates excipit: aut quod & coniecturam non est in nobis assumere, nisi circa res, & verba repugnantia quædam fuerit, commentatio verò è multis locis trahi dicendo potest. Sententiæ aũt à commẽtationibus differunt, q̃d eæ solum ex cõtrarijs constant: sententias verò, & cum repugnantijs, & simpliciter ipsas secundum sese ostendere possumus. Signa autem à sententijs, & ab omnibus antedictis hanc habent differentiã, quod reliqua quidem omnia opinionem faciũt apud auditores: signorum autem quædam, vt

etiam perspicuè hi cognoscant, efficiunt: item quod ex reliquis nequaquam contigerit, vt ipsi plurima suppeditare possimus: signa verò plurima facile queunt fieri. Item & argumentum à signo hanc habet differentiam, quod signorum quidem aliqua opinionē duntaxat faciunt apud auditores argumentum autem omnem veritatem iudices edocet. Verborum igitur, rerū quæ probationes eiusmodi sunt: & vnde his abundemus, quidque inter se differunt, possumus ex antedictis cognoscere; quæ autem opponuntur eis, sigillatim percurramus.

Opinio ergo dicentis est suam aduersus negocia declarare sententiam. Opus autem est earū se rerum de quibus orationem habuerit, peritū esse ostendat, demonstretq; sibi conducere non mediocriter vt veritatem de his loquatur: aduersarium verò demonstret nullam prorsus de quibus cōtra enuntiet, tenere peritiam, opinionemque identidem ostendat. Sin hoc fieri nequiuerit; dicendum erit solere etiam rerum peritos errare non nunquam. Si hoc autem dici nequeat, dicetur pernicioſum aduersarijs esse de hisce rebus veritatem loqui. Itaque hoc modo dicentis opinionibus vtemur. & nostra asserendo, & aduersarijs contradicendo.

De Testimonio, & Testibus. Cap. XV.

TEstimonium verò est rei cognitæ voluntaria confessio. Necesse autem est, aut verisimile testificatum esse, aut non verisimile, aut ad credendum ambiguum. Eodem quoque modo testem aut probabilem, aut improbabilem, aut ambiguum esse. cum ergo testificatum verisimile

mile fuerit, & testis verax: testimonia epilogis minimè indigent, ni fortasse decoris gratia, vel sententia, vel commentatione, vti paucis voluetis. Cum testis autem suspectus fuerit; demonstrandum erit, vt neque gratia, neque cruciatu, neque lucro aliquo hic mendacij quicquam testificaretur. Docendum est etiam neque conducere quidem mendosum testimonium: nam & vtilitates paruas esse, & argui difficillimum: præsertim cum deprehensum non solum argento, verum & gloriæ, & perfidiæ pœna leges plectendum volunt. De testium igitur fide ita loquemur.

Hi autem, qui testimonio contradicunt, oportet testis moribus detrahant, si improbus fuerit, aut testificatum quærendum esse dicant, si minus probabilitatis habuerit, aut horum vtrique contradicant, & in vnum omnia aduersariorum vitia, flagitiaque congerant. Considerandum est etiam, an testis, ei, cui testimonium dicit, amicus est, aut si secum negotij aliquando est particeps, aut si ei, quem contra testificatur, inimicus est, aut pauper: hi etenim alij gratia, alij cruciatu, alij lucro mendacij suspicioni obnoxij testificando existunt, & falsorum testium legem de his legumlatorem tulisse inquiemus. Proinde absurdum esse dicemus, quibus legumlator non crediderit, iudices, qui secundum leges iudicare iurati sunt, testibus ipsis credant. Hoc igitur modo testium fidem infirmabimus. Poterimus autem & testimonium imprudētibus aduersarijs nostris subducere, hoc pacto: Dic mihi Callicle testimonium. Per Deos immortales nullo modo sum dicturus; nam me prohibente hæc gesta ab

hoc sunt. & ob id inferenda sententia falsus testis falsi testimonij pœnæ non erit obnoxius. Cum igitur testimoniu m subducere nobis conduxerit; sic eo vtemur. quod, si aduersarij tale quid fecerint, demonstrabimus eorum versutiã, & scriptis testimonium dicere iubebimus. Quomodo igitur & testibus, & testimonijs vti conueniat, ex his sciemus.

EXPLANATIONES.

Testimonium verò est rei cognitæ voluntaria confessio] *Nunc aggreditur Arist. propositiones artis expertes, quas quinque esse affirmat in lib. 1. Rhetor, hoc est, leges, testimonia, tabulas, quæstiones, & iusiurandum. Testimonium autem asserit esse rei cognitæ voluntariam confessionem: idq; esse verisimile, aut non verisimile, aut ambiguum: itemq; testem aut probabilem, aut improbabilem, aut ambiguum. Cum testis autem suspectus fuerit] Testes aut antiqui sunt, veluti poetæ, alijq; illustres viri, quorum sententiæ approbantur: aut noui, atque ij aut clari, aut periculi participes: & ij fidem non faciunt: quia mentiri uidẽtur. si uerò noui sint, & non clarisbuius tantum testes sunt, factum, ne sit, an non: & utrum sit, an non: de qualitate autem minimè, veluti si iustum, an iniustum: si utile, an inutile. uerum quia antiqui corrumpi non possunt; omnium maximè fide digni habentur. Cum igitur suspectus sit testis; demonstrandum erit neque alicuius gratia, neque cruciatu, neque lucro quicquam testificatum esse. addendum est quoque iniustum fore, difficillimumq; argui, inutile, atque contra leges. Is autem, qui testimonio contradicunt] de his quoque locutus est in lib. 2. ubi de testibus egit.*

De Quæstione. Cap. XVI.

QVæstio verò est in vita conscij hominis cõfessio. Cum nobis igitur utile fuerit eam vehementem efficere; dicendũ erit, vt priuatim quidem homines de valde necessarijs, ciuitates autem de maximis rebus ex quæstionibus probationes capiunt, quodque certior testibus est quęstio; nam testibus mentiri conducit sæpe: quibus autem quæstiones admotę sint, veritatem loqui plurimum vtilitatis affert: sic, enim cruciatur celerrime liberantur. Cum verò quæstiones improbare volueris; primum quidem dicendum, vt quæstionibus cruciati ijs, à quibus traditi sunt, hostes fiunt, & propterea nonnihil in heros mentientur: deinde quod quærentibus plerunque non vera confitentur, quo maturius doloribus sese existimant. Erit etiam demonstrandum nonnullos liberos homines; quo celerius supplicium effugerent, aduersum semetipsos tormentis affectos ementitos. Quamobrem magis cõsentaneum esse seruos aduersus dominos, quo suum effugiant cruciatũ, emẽtiri quam multos dolores & corporibus, & animis tolerare, quo cæteri nihil mali patiãtur, vbi mentiri ipsi voluerint. Quæstiones igitur ex his, atque horum similibus probabiles, & improbabiles constituemus.

EXPLANATIONES.

Quæstio autem est innita conscij hominis cõfessio] *Innita confessio hominis conscij fit, si tortura, alijsq; cruciatibus afficiatur reus, sine testis, ut*

veritas excutiatur. quæstiones autem sunt testimonia quædam, quæ dentur fidem facere. Cum nobis igitur utile fuerit eam uehementer efficere] Quæstio si pro nostra erunt causa; amplificabimus, asserentes ex testimonijs hæc sola vera esse, quæ ex quæstione extorquentur: nam testibus mentiri licet sæpe: conversa uerò ijs, quibus quæstiones admotæ sint. Cum verò quæstiones improbare nolueris] si uerò quæstiones contra nos prolatæ fuerint; deprimemus, affirmabimusque tormenta cogere homines ad falsa dicenda. his proderit exempla in medium afferre.

De iureiurando. Cap. XVII.

IVsiurandum est cum diuina veneratione dicto probationis expers. Cum igitur augere ipsum voluerimus; ita dicendum erit. Nemo certe peiarare, vellet, cum diuini supplicij metu, tum decoris homines. eritque subdendum latere homines posse. Deos autem non posse. Cum aduersarij verò ad iusiurandum confugerint, si extenuare id voluerimus, demonstrandum erit eorundem esse hominum, vt male agant, & peierare non curent: nam qui facinorosus Deos latere putat, hic neque peierans supplicium se ire sortitum putat. Et iusiurandum quidem eodem modo, quo etiam reliqua antedicta tractauimus, plane dicendo nobis suppetet. Summatim autem omnes probationes quemadmodum proposuimus, iam percurrimus, dedimusque non eam vim solum, quam earum qualibet haberet, verum etiam quid inter se differunt, & quo pacto his vti conueniat, ostendimus. Nunc autem edocebimus de reliquis partibus, quæ & trium specierum, sunt &

in omnem orationem plurimum decoris, & vtilitatis adferunt.

EXPLANATIONES.

Iusiurandum est cum diuina veneratione dicto probationis expers] *Inquit Aristot. in libr. 2. Rhet. Iusiurandi ratio quadripartita est: aut enim dat, & ipse quoque capit iusiurandum: aut dat, & nō capit: aut nō dat, & capit: aut nec dat, nec capit. quo autem modo amplificatio, extenuatioque huic loco opportuna fiat, explicat.*

De præoccupatione. Cap. XVIII.

PRæoccupatio igitur est, qua & auditorum existimationes, & eorum qui contradicturi sunt verba præuenientes, obuias difficultates remouebimus. Auditorum autem existimationes hoc sunt modo præoccupandæ. Admirantur autem aliqui fortasse vestrum, quod ipse iuuenis ita de rebus magnis verba facere aggressus fuerim, & rursum. Nemo sese mihi difficilem obuiam offerat, quod de his sim uobis rebus consultaturus, de quibus alij quidam audacter apud uos eloqui cunctantur. Quæ igitur molestæ auditores laturi sunt, sic præoccupando, causas feras oportet, quibus recte facere consultando videare: vtpote quidem ostres oratorum inopiam, periculorum magnitudinem, aut publicam vtilitatem, aut aliam huiusmodi causam, qua auditorum indignationem soluturus sis. Quod, si nihilominus auditores turbentur, breuiter dicendum est, vel tanquam in sententiæ, vel, vt in commen-

rationis figura, quarem omnium absurdissimum venire quidam tanquam ea hisce de rebus consulturos, quæ optima sint. nunc autem quandoquidem volunt eos audire, qui sententiam dicunt arbitrari pulchre consulere posse: & rursum honestum est. aut ipso assurgêtes sententiam dicere, aut dicentes audire quæcunque ex suffragijs facere ipsi censuerint.

Deliberatiuo igitur in genere sic est, & præoccupationibus vtendum, & tumultibus occurrendum.

In iudiciali autem præoccupationibus vtemur, quemadmodum etiam in prædictis. Occurremus autem tumultibus, si quidem in orationum principijs fiant: hoc modo. Nonne igitur absurdum est legumlatorem quidem iussisse duas orationes aduersariorum cuique reddendas. vos autem iudices ex lege iudicare iureiurando adstringi, deinde ne vnam quidem orationem audire velle, & eam quidem orationem quæ tantum consilij vim habet, vt in ea audienda rectissimè sitis sententiam laturi: vos autem in his adeo negligentes esse, vt, cum neque ipsa dictionum initia pertuleritis; iam omnia accuratissime didicisse existimetis? & alio modo, qui non absurdus est. Legumlatorem quidem in pari sententiarum numero imperare reo victoriam dari: vos autem vsque adeo contra de ijs sentire, vt neque insimulationi reos

respondentes audiatis. & illum quidem ob maius reorum periculum hanc ipsis prærogatiuam, atque priuilegium inferendis sententijs impartiri: vos autem contrà ijs, qui vllo sine periculo accusatum veniunt, neque contentiosos neque pertinaces esse; eos verò qui cum metu, periculoque criminibus respondent clamoribus corripere, atque perterrere? Siquidem igitur in orationum ini ijs turbæ fiant, hoc pacto erit ijs occurrendum. Quod si quid in dictionis progressu dicentem turbauerit, si quidem pauci quidem id agant, erunt hic corripiendi, dicendumque ipsorum profectu esse iustitiæ, vt se se nunc ad audiendum præstent: ne alijs recte iudicandi impedimento sint: cum vero audierint, vt tunc quicquid libuerit faciant. Sin multitudo omnis tumultuetur, non ipsos iudices, sed ipsum re corripias, oportet: nam, si illis molestus fueris; iram in te contrahes: si te uero accusaris, ac dixeris deliquisse: vt veniam consequare facile præstabis. Opus est etiam iudices deprecemur, vt nos dicentes benignè audiant, & quarum rerum claui sententiam sunt laturi, iam perspicuam mentem ponant. Vt ante breuiter complectamur, turbis summatim occurremus vel sententijs, vel commentationibus, ostendemusque perturbantes aut iusto, aut legitimo, aut publico utili, aut honesto repugnare. ex hisce namque maxima fit, ut auditores à tumultibus acquiescant. Quomodo igitur præoccupationibus apud auditores utendum sit, & quo pacto turbis occurrendum ex antedictis cognoscemus. Quæ autem ab aduersarijs ueri similiter dici poterunt, rursum quomodo præuenienda sunt, demonstrabo. Forteque suam defiebit inopiam, cuius non ego quidem, sed huius mos erit causa. Et rursus. Audio ipsum & hoc, illudque dicturum. In superiore ergo oratione, quæ aduersarij dicturi uideantur, sic præoccupando & soluere, & infirmare oportet. etenim tametsi firmissima sunt

quorum

quorum insimulamur, non itidem magna ijs, qui iam antea audierint, videntur. Quod si secundæ in dicendo partes nobis datæ fuerint, & aduersarij, quæ dicturi sumus, præoccuparint; ea rursum contra anticipando, ita a nobis soluẽ da sunt. Hic autem nedum multa de me mentitus apud vos fuerit, sed certo sciens sese a me redargutum iri, meam orationem occupãdo calumniæ dedit, ne ea quam orati sibi præstiteratis, in me audiendo attentione sitis: vel ne ipse ora ionem habeam apud vos ob eam, quam hic de me prius calumniam habuerit. sed plane puto oportere vos meam dictionem ex me ipso potius, quam ex aduersario meo cognoscere: & si hæc ab eo sunt prius dicendo insimulata, quas non mediocres dixerim esse coniecturas, eum nihil nunc sani dictitare. Vtitur autem & Euripides in Philoctete pulcherrime hac specie hoc modo. Dicemus ipsi, licet, & hic nostram putet iam perdidisse dictionem, suggerens iniuriam fecisse. virum ex me meas res disce, sese pandet hic de se loquens. Quem admodum igitur præoccupationibus, & erga iudices, & erga aduersarios sit vtendum, ex his sciemus.

EXPLANATIONES.

Præoccupatio igitur est] *Est præoccupatio eorũ locorum, qu contra tuam dictionem dici possent, reprehensio præoccupans. & quæ dici possent, ea vel ab auditoribus, vel ab aduersarijs dicerentur. Vt igitur obuias difficultates remoueas, primum auditorum existimationes quonam modo præoccupandæ sint, declarat his verbis. Admirantur autem aliqui fortasse vestrum. Deinde quæ aduersarij dicere possent, demonstrat quo pacto præueniamus ibi. Forteque suam deflebit inopiam. Necesse est præterhæc ea extenuare, quæ ab aduersarijs, dicuntur: tua uerò amplificare. præterea oportet, vnum vni, vt conferas; cum tuum. s. maius sit: & plura pluribus, & vnum multis, & multa uni, nostra augendo, aduersariorum autem argumenta deprimendo.*

De Postulatis. Cap. XIX.

POstulata verò in orationibus sunt, quæ ab auditoribus oratores postulant. horum autem alia sunt iusta, alia uerò iniusta. Iustum quidem postulatum est, per quod ijs, quæ loquimur, attentionem præstari, ac benigne audiri petimus. Iniustum verò quo secundum leges nos iuuari, ac nihil præter leges in nos decerni, & casibus ignoscendum postulamus. Si quidem postulatum præter leges fuerit; iniustum, si vero secundum leges fuerit, iustum dicitur. Postulata igitur sunt huiusceмodi, ipsorum autem differentias diuisimus, quo, & iustũ, & iniustum postulatum dignoscentes, non inepte ijs vti possimus, & ne nos aduersarij lateant, cum iniustum quicquam à iudicibus flagitant. Et de ijs quidem, & ex antedictis scire poterimus.

De Iteratione. Cap. XX.

ITeratio autem est breuis admonitio. Ea verò vtendum est, tum circa partium, tum circa totius orationis exitum. Iterabimus autem summatim,

matim, uel ratiocinando, uel interrogando, uel enumerando, uel eligendo. Ipsorum aũt unumquodque quale sit demonstrabo.

Ratiocinari igitur est huiusmodi. Ambigo autem ipse quidem, quid hi fecerint, nisi uos plane antea reliquissent: arguebatur aũt aduersus hanc urbem nostram cum exercitu processisse: nihil uerò eorum unquam, quæ spopondissent, factitarunt. Itaque ratiocinari est huiusmodi.

Enumerare autem tale est. Demonstraui autẽ ipsos, qui priores societatem soluere, qui proprium nos sunt adorti, quo tempore aduersus Lacedæmonios bellum gerebamus, quique maxime studere urbem nostram in prædam uertere. enumerare igitur est huiusmodi.

Ex electione aũt admonere est huiusmodi. Recordari oportet contigisse nobis, ut, postea quã societatẽ cũ ijs iniuimus; nihil unquam mali ab hostib. passi sumus: nam sæpenumero nobis auxilio uenissent: Lacedæmonios, qui nostrum agrum demonstrarent, propulsarunt: multas ẽt pecunias hoc tempore ad nos deferunt. ex electione igitur hoc modo admonebimus.

Ex interrogatione uerò hoc modo. Libenter autem ex istis quærerem, quid uobis pro conuentis haud soluunt. neque enim indigentes se discere audeant quippe qui tantum pecuniarum ex hoc solo quotannis accepissem demonstrentur. Neque dixerint quidem multum æris circa rempub. consumpsisse: prorsus, enim minores impensas, qui reliqui omnes insulani pertulere. ex interrogationibus igitur hoc pacto tractabimus.

Ex ironia uerò, quam tum simulandi, tũ dissimulandi cauillationem uocamus, est, cum aliud

aliud dicimus, & aliud dicere simulamus. Eius autem forma sit huiusmodi, ut in antedictis breuiter commorando persistam. Nequaquam verò dicere oportet, mea sententia, ut hi, qui multa se bona factitasse prædicant, malis plurimis ciuitatem affecerint: nos verò, qui ab ijs ingratitudinis carpimur, & ijs auxilio sæpe fuerimus & iniuriam nemini intulerimus. Cum igitur ali quid simulamus omittere, eo quod breuiter dicimus; hoc pacto admonemus. Res verò contrarijs nominibus appellare ita sit. Hi quidem probi uiri multorum malorum socij extitere, nos autem ignaui plurimorum suimus bonorum authores. Ex ijs igitur breuiter admonentes iterationibus utemur, & circa singularum partium, & circa totius orationis exitum.

EXPLANATIONES.

Iteratio autem est breuis admonitio] *Iteratio omni tempore opportuna est, & itidem cuiq; causarum generi utilis. uerum in accusationibus, & defensionibus maximè competit: itemq, in suasionibus, dissuasionibusque. hanc verò iterationem in orationis partibus postremam constituit Arist. siquidem ea efficiat, ut summatim reminiscaris quæ dicta sint, aut enumerando, aut ratiocinando, aut interrogando, tua quidem quæ optima sunt: aduersariorum autem quæ nequissima.*

De Facetijs, prolixitate orationis, breuitateque, ac earum medio. Cap. XXI.

VNde autem facere dicendum, & pro arbitrio orationis prolixitate utendum sit rur-

fus exponemus. Hic igitur facere dicendi locus est; si quidem commentationes totas, mediasve dixerimus: ita vt quod reliquum est, medium auditores ipsi comprehendant, quo locis, & sententijs vti conuenit. Opus est autem in totâ orationem facetias hasce dispartiamus, verbaque commutemus, neque eadem semper, in eandemque sententiam frequentes afferamus; & hoc pacto nostra comis apparebit oratio.

Qui vero prolixitate vti voluerit, opus est rem diuidat, & quæ qualibet in parte insint, quamque naturam sapiant, edoceat, eorumque vsum omnem tum proprium, tum communem, & ipsas causas enarret. Quod si longiorem quoqs voluerimus orationem efficere, pluribus nominibus circa singula vtendum est eritque singulis in orationis partibus iterandum, & iterationem ipsam paucis absolvendum: in fine verò orationis hæc omnia, de quibus sigillatim dixeras, congestim ponas, ac de rebus omnibus dicas, conuenit. Hoc igitur modo prolixiores redi orationes poterunt.

Qui autem dicendi voluerit breuitate vti, oportet totum negotio vno vocabulo complectatur, & hoc maximè quod in ipsa re breuissimum insit. Opus est etiam paucis vti copulis, plurima verò coniungere: nominibus ita vti, vi vna dictio duabus seruiat rebus: eritque frequens illa iteratio è partibus amonenda, & in orationum duntaxat finibus iterandum. Et hoc quidē mō breues poterimus orationes efficere.

Quod, si mediocritate vti in dicendo volueris; partium maximas diligens, de hisce verba facias oportet. Est etiam medijs vtendum nominibus, quę scilicet, neque longissima, neque brevissima,

uissima, neque multa de aliqua vna re sint, sed mediocria potius. Oportet & epilogos ex intermedijs partibus neque omnino auferri neque vbique rursum inferri: sed quæ maximè auditoribus nota esse volueris, in ijs maximè ad finem iterationibus vti conuenit. Ex hisce igitur quandocunque libuerit prolixitate vti in dicendo quibimus.

Quod, si facetam volueris orationem scribere; permaximè tibi obseruandum est, vt verborum mores hominibus similes queas reddere. Id autem efficies, si qui magni, qui curiosi, qui mediocres sunt mores, consideraris. De ijs igitur poteris hac via cognoscere. De nominum verò compositione iam declarabimus. est enim etiam hoc apprime necessarium.

De nominum compositione. Cap. XXII.

PRimum igitur figuræ nominum sunt tres simplex, composita, & transiata. Eodem etiā modo propositiones sunt: tres vna quidem, quæ in vocalem connexionibus terminat, & à vocali incipit. secunda verò, quę à muta incipiens, in mutam definit. tertia autem, quæ mutas vocalibus iungit. Item ordines sunt quatuor, quorum vno similia nomina aut inuicem collocat, aut dispergit: alius verò, qui eisdem rationibus vtitur, aut inuicem mutat: tertius verò, qui vno multisve nominibus rem appellat. quartus autem ordo est, quo gesta negotia nominamus, aut præterimus. Quo aut pacto pulcherrimę orationis filum texendum sit; nunc edocebimus.

De filo orationis texendo. Cap. XXIII.

PRimum quidem interpretationem ipsam in duas partes distribuere: deinde conuenit di lucidè dicere. In duas verò partes interpretationem distribuimus hisce modis. vno quod ipse potest & hoc, & aliud. secũdo quòd hic quidem haud potest, alius autem potest. tertio quod hic, & hoc, & aliud potest. quarto quod neque ipse, neque alius potest. quinto quod ipse quidem potest, alter verò non potest. sexto quod ipse quidem alterum potest, alius verò non potest alterum. horum autem vnumquodque ex hisce perspicies. Quod etenim ipse potest, & hoc, & aliud, huiusmodi est. Ego autem non harum duntaxat rerum autor vobis extiti, verum & Timotheo qui aduersus vos esset expeditiones ducturus, impedimento fui. Quòd verò hic non potest, alter autem potest, tale est. Ipse quidem non potis est, qui pro vobis legatione fungatur; hic verò, qui Spartiatarum ciuitati amicus est, facillimè apud eos, quæ vultis queat efficere. Quod hic autem potest, & hoc, & aliud est huiusmodi. Non autem in bellis solum hic se robustissimum, & fortissimum præstitit, sed & consilijs ciuiũ cedit nemini. Quod autem neque ipse, neque alius potest, tale est. Neque ipse parua munitus manu hostes queat, neq; alius quisquam ciuium expugnare. Quod vero ille potest, ipse autem nequit, est huiusmodi. Nempe hic corporis valet viribus: ego verò sum corpore imbecillus. Quod autem ipse aliud potest, ille verò non potest aliud, huiusmodi est equidem. Ipse, qui clauo, & gubernaculis

culis præsim valeo, hic autem neque, qui remo utatur, potis est. Figuras igitur interpretandi in duas partes facies, hoc modo omnibus in rebus idem modus seruandus est. Quibus autem rebus dilucida tua reddatur oratio, id rursum est considerandum.

EXPLANATIONES.

Primum quidem interpretationem ipsam in duas partes distribuere] *Quonam pacto texenda sit oratio, explicat, atque exempla sumit à duabus enunciationibus, quarum altera maior sit, altera minor: atque ambæ, aut affirmatiuæ, aut negatiuæ: aut altera affirmatiua, altera negatiua existit. ambæ autem affirmatiuæ sunt, veluti, Ego non harum solum rerum autor extiti: verum & Timotheo, qui aduersus vos esset expeditiones ducturus, impedimento fui. Negatiuæ verò ambæ; vt, Neque ipse parua munitus manu hostes queat, neque alius quisquam ciuium expugnare. Altera negatiua, & altera affirmatiua: vt. Ipse quidem non potis est, qui pro vobis legatione fungatur: hic verò, qui Spartiatarum ciuitati amicus est, facillimè apud eos, quæ vultis queat efficere. Altera affirmatiua, altera negatiua: vt. Hic corporis valet viribus: ego verò sum corpore imbecillus.*

De oratione dilucida. Cap. XXIIII.

PRimum igitur quodcunque dixeris propriis suisq; nominibus appella: & quicquid ambiguum fuerit, euitato. Caueas et oportet, ne vocales deinceps ponas. Aduertendum est præterea, vt quos articulos vocant, opportunè, &c

apta loces. Item consideres opus est, ne confusa sit, neque perturbata nominum compositio. talis enim oratio, & obscura est, & cognitu difficilis. Coniunctionibus verò quascunque ante dixeris, consequentes reddidus copulas. coniunctiones autem coniunctionibus reddere ita fit. Ego quidem ad quid temporis dixeram affui; tu autem, quando te venturum dixeras, non venisti. Item cum eadem coniunctio consequēs sit, tu etenim, & illorum author extitisti, & horum author ipse tu. De coniunctionibus igitur dictum est, ex quibus licet, & reliqua quæque coniectari. Ipsa verò nominum structura, neque confusa, neque perturbata fieri debet. & consusa quidem est huiusmodi; sicuti cum dixeris, Graue est hunc verberibus afficere: nam obscurum esset, qui esset cædēs. quod si ita dixeris, grae est hunc verberibus ab hoc affici; perspicuam redes orationem. structura igitur nominū confundere tale est. Vt autem aduertas, quo pacto articuli ipsi tempestiue, apteque addant, ex hisce tibi liquidum fiet, hic ipse homo hunc ipsum hominem iniuria afficit. nunc enim interiecti articuli dilucidam faciunt dictionem: exempti verò obscuram apud Græcos efficient. Contingit autem, & aliquando contrarium. Quæ igitur in articulis seruari conuenit, huiusmodi sunt. Vocales autem iuxta inuicem ponendæ non sunt, nisi aut alter obscura reddatur oratio, aut replicatio quædam, aliaue segregatio fiat. Ambigua verò fugere, ita quibimus. quædam nomina diuersis seruiunt rebus: sicut ludus, quem ludimus, & ludus schola. oportet autem in huiusmodi nominib. semper id complectamur, quod propriū est significatum, & dilucidè quidem in nominibus,

bus, si hæc fecerimus, loquemur: ex superioribus vero præceptis in duas partes interpretationes distribuemus.

EXPLANATIONES.

Primum igitur quodcunque dixeris proprijs, suisque nominibus appella] *In lib. tertio Rhetor. propria nomina, ac verba appellat Arist. quæ non inusitata, non ficta, nisi raro, pauciſque in locis: quæque non æquiuoca, nec synonima. Inusitata non conueniūt: quia grauiorem orationem reddunt. Non ficta, sed innata: etenim innata uerisimilem eam efficiunt. fictæ dicuntur ea, quæ ex alienis tum locis, tum temporibus originem trahunt. Ambigua autem sunt synonima, & æquiuoca, sed potius æquiuoca. ab his enim oratio fit obscura, atque multiplex. quod verò dictum est de nominibus, & uerbis, idem intelligendum est de enuntiatione, siue una, siue pluribus coniunctis, ac tandem de tota oratione.*

De contentionibus. Cap. XXV.

DE contentionibus aūt, & comparibus. & similiter cadentibus iā dicere aggrediamur: nam & his quoque nobis opus erit. Est igitur cōtentio, quæ contrarium nomen simul, & vim oppositis rebus habet, authorum alterum. Quæ igitur contrarium nomen simul, & vim habet, huiusmodi esse poterit: Non enim iuris est hunc meis rebus vsurpando locupletari, me verò meis priuatum rebus pauperie ita premi. Contentio verò nominibus solis erit huiusmodi. dei enim locuplex, ac felix pauperi, & egeno. Vi autem contentio hæc fit. Ego quidem hunc

aduersa valetudine laborantem curaui: hic autem mihi maximorum author malorum extitit. nam hoc loco non in nominibus, sed in ipsis rebus contrarietas est. Quæ ergo, & vi, & nomine contentio fuerit, ea erit longe pulcherrima: reliquæ verò contentiones duæ sunt.

EXPLANATIONES.

De contentionibus autem, & comparibus] *in libro tertio Rhetoinquit Aristo. Hi cum domi essent; nos vendebant: postquam ad nos venerunt; ipsi empti sunt. Iucunda est huiusmodi locutio: quoniam contraria maximè nota sunt. & cum inter se conferuntur; fiunt etiam notiora: & quia ratiocinationis formam præ se fert. elenchus enim nihil aliud est, quã contrariorum collectio. atque hæc quidem exornatio, contentio vocatur.*

De Compari. Cap. XXVI.

COmpar autem est, quando duę pares enunciantur clausulæ. pares autem esse poterũt multæ etiam paruæ clausulæ paucis magnis, & pares magnitudine paribus numero. Figuram verò habet compar huiusmodi, aut propter pecuniarum inopiam, aut propter belli magnitudinem. hæ nanque clausulæ neque similes, neq; contrariæ; sed tamen inuicem pares sunt.

De similiter cadente. Cap. XXVII.

SImiliter verò cadens est, quod compari quidem maius est: non enim pares solum clausulas, verũ & similes, & similibus efficit verbis.

est

est autem huiusmodi, quantum te docet orationis imitatio, tantum adsit detectationis machinatio. Maximè verò similes fieri oportet exitus dictionum: ijs nanque vel in primis efficitur similiter cadens. Similes autem dictiones sunt ex similibus syllabis, in quibus plurimæ literæ eædem sunt, sicuti militibus nullis valet, & viribus multis caret, quæque verò extra artem posita sunt, ea vltro idipsum demonstrabunt. Sed de his hactenus satis; etenim iustum, & honestum, & vtile reliquaque & ipsa, quæ sunt, tenemus, & vnde his affluamus, ex antedictis plane cognoscimus. Eodem autem modo quæ sint amplificationes, extenuationesq;, & ex quibus hæ locis desumantur, intelligimus: identidem verò & præoccupationes, & postulata ab auditoribus, & iterationes, & facetias, & orationum prolixitates & ipsius interpretationis structurã omnem scimus, quas ob res communem omnium specierum vim, atque differentiam, ipsarumque vsum omnem est ex antedictis tenuerimus, assuefecerimus facile nosmetipsos, qui his omnibus pro artis præceptis exercitati abundemus, & adiumenti ex ipsis plurimum; tum dicendo, tum scribendo consequamur. Igitur præcepta causarũ hoc pacto accuratissimè per partes distribueris. Vt autem pro vnaquaque specie ad humani corporis effigiem verba locari conueniat, & quæ sint circa orationis partes obseruanda, & quomodo hisce partibus sit vtendum, rursum ostendam. De exordijs igitur dictum est prius. ea verò septem speciebus communia sunt, & omnibus in negotijs congruè dici poterunt.

EXPLA-

EXPLANATIONES.

Compar autem est] *In eodem libro tertio Rhetoricorum scribit Aristot. hæc. Compar dicitur, cum æqualia membra sunt. Assimilatio, hoc est, similiter cadentia vocatur; cum extremæ partes vtriusque membri similes sunt. Necesse est autem hoc vel initio, vel in fine fieri. atque initio nomina semper similia sunt; vt, Agrũ enim accepit ægrum ab eo. Placati donis, pacatique ore fuerunt. In fine verò similes sunt extremæ syllabæ, vel eiusdem nominis casus, vel nomen ipsum: vt, Non putarunt hoc ipsum sibi peperisse: sed eius causam fuisse. Et, dignum statua area, non dignus ære.*

De exordijs in deliberatiuo causarum genere. Cap. XXVIII.

EXordium est (vt compendio dixerim) oratio quædam, quę rebus ijs de quibus reliqua futura est dictio summatim expositis auditorum animos ad attentionem idoneę, & quo ad fieri dicendo potest, ad beneuolentiam nobis comparat. hæc enim per exordium præstari conuenit. Quo autem eo vtamur, primum quidem deliberatiuo in genere, & in suadendi specie ostendã. Cum rem igitur auditoribus proponere, ac liquidam facere voluerimus; fieri poterit hoc modo. Surrexi, vt quo pacto Syracusanis bellandum sit consulam. vel hoc modo. Surrexi, vt quid sentiam, dicam; qui non deceat nos Syracusanis auxilium ferre. Hoc igitur modo summatim rem exponemus. Qui verò ad attentio non exhortemur, scire ex hisce poterimus, si nos ipsi animaduerterimus, quibus, & verbis, & reb. ad audiendam sententiam attenti sumus: nẽpe his sumus attenti, cum de magnis, vel terribilibus, vel ad nos pertinẽtibus rebus consultamus, aut cum orantes ipsi demonstraturos se dixerint iusta illa esse, & honesta, & utilia, & facilia, & uera, ad quæ nos gerenda exhortantur, aut cũ nos rogauerint attente audiamus. Quemadmodum igitur ipsi alijs solemus; ita & nos, si quæ ex præmissis commodissima in præsentem rem fuerint delegerimus, eaque auditorib. perspicua reddiderimus, eos nobis attentos faciemus. Ad attentionem igitur ex his auditores exhortamur. Beneuolentiam verò comparabimus; si considerauerimus primum quo in notatio ipsi sint, beneuolone, an infesto, aut neque bono, neque malo. Si beneuoli ergo fuerint de beneuolentia dicere superuacaneum cedat. Verum si omnino id facere voluerimus, oportet paucis cum dissimulatione quadam id fieri, hoc modo. Quãta sit mea in hanc vrbem beneuolentia, vt q̃ sæpenumero suasu meo quæ factu essent vtilia gesseritis, & qua me præterea ad communia commoda præbeo iustitia; quippe qui publicarum magis, q̃ priuatarum mihi rerum habendam rõnem censuerim nequaquã a medici opus existimo: hoc enim uobis perspicuum est, & cognitum verum quod & nunc, si fidem adhibere mihi volueritis; consuletis in rem pulchertime. hac de re, vt vos edoceam, dabo operam. Hoc igitur modo eos, q̃ bono sunt in nos animo, in consultationib. beneuolentiæ admonebimus: si verò auditores, neq; nobis infesti sunt, neque beneuoli, dicendũ est, & iustum esse, & conducibile, eos his ciuibus beneuolos fieri, qui nullum sui dederunt experimentum,

iustum, deinde oportet laude auditores demulcere, quod iustè, & grauiter quæ dicuntur iudicare consueuerint. item & extenuationes afferendæ: sicuti si dicatur. Surrexi non tam vlla dicendi vi, elegantiave confisus, quàm existimans ea à me narrari, quę ad communem vtilitatem, commodumque accedant. Cum igitur auditores neque à nobis alieni, neque benevoli nobis sunt, ex huiusmodi rebus benevolentia captabitur. sin autem calumniæ obnoxij apud auditores fuerint; necesse est aut ipsos in se, aut res, de quibus dicunt, aut ipsam demum orationem calumnias continere. Hæ autem calumniæ aut ex præsenti, aut ex præterito tempore trahuntur. Ex præterito quidem tempore, si quâ improbitatis suspicio de aliquo habeatur, primum in auditores præoccupatione vtendũ est, atque dicendum ita. Neque ipse quidem ignarus sum me apud vos calumnias affectum esse; sed omnem ego de me insimulationem falsam esse demonstrabo. Postea summatim anumerãdo in exordijs dicendum erit, si quid in rem tuã oratione complecti queas, & aut vituperandà iudicia: necesse enim est, siue publice, siue priuatim calumnia de quopiam facta sit, vel esse vel fortè iudicium, vel nolle accusatores iudicium sumere, eritque dicendum, vt iudicatum iniustè fuerit, quodque inimice nobis homines nocuerint, aut si minus hoc verisimile visum fuerit, dicendum erit satis id esse debere, quod minus tunc ex sententia nobis cesserit: iniustũ aurem esse, cum res iudicatæ, iam fuerint; rursum easdem calumniari. Si verò celebre sit iudicium futurum te paratum plane dicito, qui ad insinuationes in hoc ipso pulcherrimo cessu

cessu respondeas, & si quid aduersus rempublicam per iniuriam patrauisse demonstreris, te morte mulctarum iri. Sinautem accusatores minus in causam persistant, eadem oportet vti cõiectura; quoniam falsam de nobis calumniam detulissent, desisti: vt causa. non enim consentaneum videbitur nolle eos iudicium capere, qui veram accusationem detulerint. Vsque verò in calumnias acerrimè est inuehendum, dicendũque quam trux, & communis, & multorum malorum causa. Ostendatur quoque oportet per multos iam ininstè per calumniam periisse. Idem monendum, stultum esse eos, qui de republica consultant, non quæ ab omnibus dicuntur audire, & quod vtile sit animo voluntate, sed aliquorum insinuationibus commoueri. Commonefacias autem, atque pollicearis oportet, ea te, de quibus consulere sis pollicitus, & iusta, & vtilia, & honesta demonstraturum. Eos igitur, quorum ex præterito tempore calumnia delata sit, conuenit hoc pacto insimulationes in consultationibus soluere. Ex præsenti verò tempore orationibus calumniam solet afferre primum quidem ætas ipsa: nam siue omnino iuuenis, siue senior concionator, auditores molestè ferunt: Huic enim nondum incipere, illi verò iam quiescere decorum esse putant. Deinde si crebro orationem habere consueuerit. hic enim importunus videtur esse. Et si nunqnam antea orationem habuerit: nam & hic alicuius priuati commodi gratia præter consuetudinem videtur concionari. Ex præsenti igitur tempore huiusmodi poterunt in illum insimulationes fieri, qui apud concionem grauerit, sed causa de ijs afferatur necesse est,

A iuniore quidem ex consultantium inopia, & ex eo, quod suum esse potissimum videtur, quemadmodum si dixero de ludicro lampadarchiæ, vel de gymnasio, vel de armis, aut de equis, aut de re bellica. horum enim non minima pars adhæret iuueni. Dicendum est autem, quod tametsi nondum iuuenis per ætatem prudens esse potest: verum natura, & diligentia quadam certe potest. Ostendendum est etiam, qui aliquid imprudenter gesserit aduersum casum sibi priuatim dari: assecuto vero communem esse vtilitatem cum reliquis. Iuuenis igitur ex ijs, atq; similibus, argumentabitur. Senior autem argumentabitur, & ab inopia consultantium, & à facultate sua, præter ea, & à magnitudine, & noui tate periculorum, & ab alijs huiusmodi rebus. Crebro autem dictionem habere consuetus, ab experientia argumentabitur, & ab eo, quòd turpe sit, non eum sententiam nunc dicere, qui antea consueuerit. Non autē consuetus argumentabitur, tum à periculorum magnitudine, tum ab eo, quod necesse omnino sit eum, qui ciuitatis est particeps, de ijs, quæ in præsentia aguntur, sententiam dicere. Eas igitur insimulationes, quæ in concionibus circa hominem fiunt, hoc pacto refellere studebimus. Fiunt autē circa rem, cum quis nihil neque ijs, à quibus nulla sumus iniuria lacessiti, neque ijs, qui fortiores, potentioresque sunt, pernoscendum esse consultat, aut pacem turpē fieri persuadet, aut circa Deorum immortalium sacrificia, quam minimos effici sumptos monet, aut huiusmodi quequam narrat. Oportet autem in huiusmodi rebus præoccupatione prius ad auditores vti, quasum causam aut in necessitatem aut in fortunam,

nam, aut in tempora, aut in aliquod commodū referamus, dicamusq; non consultantibus quidem esse, sed rebus potius huiusmodi causam adscribendum. Hoc igitur modo eas, quæ circa rem sunt simulationes à consultantibus remouebimus. Oratio verò ipsa in concionibus solet insimulari, cū aut prolixè, aut nimis priscè, aut minus probabiliter dicatur. Et si quidem longa fuerit, in rerum multitudinem causa est referēda, sin prisca sit, doceatur, oportet nunc ipsam tempestiuam esse. Sin autem minus probabilis, sit pollicearis, oportet eam te veram in dicendi progressu demonstraturum. Consultationes igitur ex ijs rebus principio constituemus.

Quo verò vtamur ordine, animaduerti conuenit. Si quidem nulla prorsus insimulatio sit, neque nobis, neque orationi, neque ipsi rei; à propositione continuo est inchoandum. Attentè autem quę dicuntur, humaneque audire ad postremum exhortabimur. Sin verò aliqua sumus ab illis, qui ante dixerunt, insimulationem præuenti, post anticipatam auditorum opinionem eorum, quorum insimulati fuerimus, & responsiones, & causas breuiter in medium differentes, ita proponemus, & auditores ad attentionem exhortabimur. Exordia quidem in consultationibus hoc modo sunt constituenda.

EXPLANATIONES.

Exordium est] *de proœmij definitione hæc scribit Aristo. in libro tertio Rhet. Proœmium est principium orationis, sicut in poesi prologus, in tibicinis cantus proaulium: nam hæc omnia principia sunt, & quasi via munitio ei, qui pertranire velit. proœmij*

uerò maximè necessarium, ac proprium munus est aperire finem institutæ orationis. quare, si causa perspicua fuerit, aut parua; licebit non uti principio. Proœmia autem sunt demonstrationi generis, deliberationi, & iudicialis. Causa uerò, de qua agitur, aut honesta est, aut turpis. si honesta; exordio utemur, quod proœmium dicitur: si turpis; exordio, quod à Cicero. Insinuatio appellatur. Sic orator, qui dicturus est, aut probus habetur, aut calumniæ obnoxius. si probis moribus præditus sit; exordium ei sit proœmium: si uerò suspectus sit; insinuatio. sed & oratio quandoque suspecta est; & idcirco insinuet: sin minus; proœmium dicat. Si igitur calumniæ obnoxius apud auditores fuerit orator, necesse est, aut ipsum in sese, aut res, de quibus dicit, aut ipsam demum orationem calumnias continere. atque hæ profectò calumniæ, aut ex præsenti tempore trahuntur, aut ex præterito, ex quo si qua improbitatis suspitio de aliquo habeatur; primum in auditores præoccupatione uidum est. quid uerò præoccupatio sit, quotque fiat modis, antea ample tractauit Arist. ex præsenti autem tempore oratori calumniam solet afferre ætas: nam si admodum iuuenis sit aut senex is, qui concionem habet, eum auditores molestè ferunt. itaque Cicero in Oratione pro lege Manilia totam proœmij uim in iuuenili ætate collocat. Si uerò res suspecta fuerit, uti diximus, insinuatione utemur animos auditorum præoccupando. Oratio tandem ipsa aliquando solet insimulari, ac potissimum cum aut prolixè, aut nimis priscè, aut nimis probabiliter dicatur. quare si fuerit prolixa, causa in rerum multitudinem referat orator: si prisca; hoc quidem tempus sic postulare: si nimis probabilis; ueram esse demonstret.

Quomodo autem eo utamur, primum quidē in genere deliberatiuo] Ait Arist. in libro tertio Rhetor. Deliberationum exordia à iudiciali genere sumuntur. natura enim deliberationes nulla habent exordia: quoniam sciunt auditores, de qua re faciendā sint uerba. & res ipsa nullo indiget proemio, nisi propter ipsum oratorem, uel aduersariū, uel si res non tanta existimetur, quantam ipse uult; sed uel maior, uel minor. itaque uel criminari necesse est, uel crimina dissoluere, uel amplificare, uel minuere. horum igitur gratia deliberationes proemio indigent: uel ornatus causa: nam ipsi proemium habuerit; uidetur temerè, subitoq; effutita oratio. Verum proemium magis uidetur iudicialibus orationibus, conuenire, quàm cæteris: etenim huic generi maximè congruit oratio, quæ auditores afficiat. & defendenti magis proemium est opportunum, quàm accusanti, cui epilogus est proprius. defensor autem magis proemio opus habet: quia rarò defendit; nisi calumniæ præcesserint, quamobrem is, qui deliberat, sumit à iudiciali genere exordium, quo uti minimè necesse est, nisi depraua tus sit iudex, aut is sit, qui libenter audiat ea, quæ ad rem nihil faciunt: deinde nisi res, de qua oratio habetur, sit dubia, ac minimè pateat, aut admodum plura contineat, quæ orationis prolixitatem pariant: postea nisi sit iudex suspectus: nā opus fuerit, ut animos auditorum purgatos reddat.

Cum rem igitur auditoribus proponere, ac liquidàm facere uoluerimus] Defensoris munus est uti exordio, quod quidē, tunc efficiet, cū statim auditorum animos sibi idoneos reddet ad audiendum. id uerò fiet, si attentos, dociles, & beneuolos auditores habere potuerit. Ioca autem, quæ hos reddant tales, sunt quatuor generica: orator, scilicet, auditores, causa, & aduersarij. sic Aristotel. explicat in libro tertio Rhet. Ex oratore ipso, atque ex aduersarij ducuntur ea, quæ ad inferendum crimen, & dissoluendum

pertinent. sed, veluti diximus hoc defensoris proprium est, statim criminibus occurrere: accusator verò debet in peroratione criminari. orator autem dociles habere auditores poterit, si eos attentos faciet: nam docilis is est, qui attentè audit audire. studeat quidem orator, vt vir bonus esse videatur: nam talibus viris se præbent attentiores auditores. atque hoc pacto à sua persona attentos, ac dociles reddet. A causa verò si summam causa breuiter exponemus, ac pollicebimur nos de rebus magnis, nouis, inusitatis verba facturos, deq; propryis, ac de iucundis. quare admonere nos oportet de huiusmodi rebus orationem esse. quòd, si eos non attentos esse volumus; dicemus rem esse pusillã, nihil ad eos pertinentem, molestam, atque odiosam. sed attentos facere, vt inquit Aristot. commune est non proemij solum, sed omnium partium orationis: nam alibi magis, quàm initio remittunt auditores animos. Attentos quoque præbent, iusta, honesta, utilia, uera, facilia, necessaria, quæ illis proponet orator dicenda.

Benevolentiam verò comparabimus] primum orator consideret, quo in eum animo ipsi sint auditores, benevolone, an infesto: aut neque bono, neque malo; animi enim auditorum in oratorem quandoque malè affecti sunt, si uir improbus sit, si causa turpis, si modus orandi molestus. si benevoli fuerint; superuacaneum est benevolentiam captare. attamen, si noluerit, paucis, ac dissimulatis uerbis efficere conducit. unde loca quatuor explicata præbent benevolentiam habendi facultatem: siquidem à propria persona orator benevolentiam contrahet, si eius officium sine arrogantia laudabit, aut qualis in rempub. fuerit, aut in patria laudabit, aut qualis in rempub. fuerit, aut in patrentes, aut in amicos: aut in ipsos, qui audiunt, aliquid referet: dummodo hæc omnia ad eam ipsam rem, de qua agitur, sint accommodata. præterea si incommoda proferet, inopiam solitudinem, calamitatemque: &, si orabit, vt his miseris succurrant, atque spem in illis solis repositam esse. Ab aduersariorum verò locis benevolentiam captabit orator; si in odium adducet eos, in inuidiam, atque in contemptionem. loca verò particularia percipies in lib. 1. Rhet. vbi Aristot. de iniuria agit: atque in secundo quoque, in quo de odio, ac de alijs animi affectibus doctissimè disseruit. sed in odium aduersarios trahet orator, si quid eorũ spurcè, superbè, perfidiosè, crudeliter, confidenter, malitiosè, flagitiosèque factum proferet: in inuidiam verò, si uim eorum, potentiam, factionem, diuitias, incontinentiam, nobilitatem, clientelas, hospitium, sodalitatem, affinitates dicet, atque his adiumentis magis, quàm ueritati eos confidere: in contemptionem tandem, si inertiam, ignauiam, desidiam, luxuriamque aduersariorum: ab auditorum persona, si eorum res fortiter, sapienter, magnificè, mansuete, iusteque iudicatus dicet orator: & si, quæ existimatio, quæ iudicij expectatio sit, proferet: à rebus demum ipsis benevolum reddet auditorem, si eius causam laudando extollet, & aduersariorum per contemptionem deprimet.

Fiunt autem circa rem, cum quis nihil &c.] Nunc ad insinuationem accedit, qua tunc utetur orator, cum causam turpem habebit, hoc est, cum ipsa res animum auditoris alienat: aut cum persuasus ab alijs, qui ante dixerunt, esse uidetur: aut cum defessus est audiendo. oportet autem in huiusmodi rebus præoccupatione uti, ac potissimum si causam turpem habebit: & turpitudinis causam aut in necessitatem, aut in fortunam, aut in tempora, aut in aliquod incommodum referet: dicatque non consultantibus quidem esse, sed rebus potius huiusmodi adscribendum. uerum plura de his legas in libris Rheto. Cice.

Causam verò Insinuationem aggrediendæ exponit

Arist. in libro tertio Rhet. cum ait. Qui malam causam habent, nel habere uidentur; proemijs utuntur: nam in quouis loco potius commorari melius est eis, quam in ipsa causa. itaque serui etiam ad interrogata non respondent, sed uerborum ambagibus utuntur, & longis exordijs. Verum, ut docet Cicero, si causa turpitudinem habebit, exordiri poterimus rem, non hominem: aut hominem, non rem spectari oportere: non placere nobis ipsis, quæ facta dicantur ab aduersarijs, & esse indigna aut nefaria, his uerò cum maxime uti debeat orator in insinuatione; ea longè est petenda.

Quo verò utamur ordine animaduerti conuenit] *scribit Arist. in libro tertio Rhet. sunt orationis partes duæ: necesse est enim rem primò, de qua agitur, exponere: deinde illam argumentis confirmare. & subdit. si plures fuerint; tunc erit proemium, propositio, probatio, peroratio. uerum, ut aliàs diximus, proemium, & peroratio non sunt orationis partes uerè: non enim docent, sed tantum in memoriam reducunt. quapropter si nulla insit insimulatio neque nobis, neque orationi, neque ipsi rei; à propositione continuò est inchoandum. si uerò aliqua simus insimulatione præuenti; primum anticipanda est auditorum opinio: deinde responsiones, & alia adiungemus.*

De Narratione in eodem genere.
Cap. XXVIIII.

POstea verò necesse est, aut res gestas à nobis renunciari, refertive aut res præsentes diuidendo exponi, aut quæ futuræ sunt iam prædicti. Cum igitur de legatione sit nobis renuntiandum; omnia, quæ dicta fuerint, dilucide narrare oportet. quo primũ quidem grauitate oratio præ se ferat: hęc enim renunciatio solum erit, nullaque alia orationis figura incidet. Deinde si quidem nobis ex sententia minus res contigerit, non vlla id negligentia nostra, sed alia quadam causa accidisse auditores existiment. Sin verò ex sententia contigerit, non casu aliquo, sed nostra diligentia, & industria id factum opinentur. Hæc autem eo facilius credunt, si quoniam gestioni negotiorum nequaquam interfuerint: nostram in oratione negligentiam, proptitudinemque perspexerint, vtpote qui nihil omittamus, sed unumquodq; quam accuratissime referimus. Cum igitur legationem renuncie mus ijs causis, singula, quæque quo pacto gesta fuerint, renunciari oportet. Cum vero ipsi concionantes aliquid præteritum narramus, siue ęt præsentia exponamus, siue prædicamus futura, necesse est, vt vnumquodq; horum. & breuiter, & dilucide, & non sine probabilitate faciamus. dilucide quidem, vt quæ dicuntur, comprehendi queant. breuiter autem quo quæ dicta fuerint, memoriæ auditores teneãt. Probabiliter uerò, ne ipsi auditores priusquam probationibus, atq; iuris partibus nostram orationẽ confirmauerimus; nostra iã narrationes falsas esse reprobent. Dilucide igitur exponemus, aut à nominibus, aut à negocijs. A negotijs quidem, si nõ ea perturbare exponamus, sed rerum, ac temporũ ordinem seruemus: reliqua verò deinceps collocemus, & si neque eo de quo dicere cœperimus, relicto negotio, in rem aliam transeamus. A negotijs igitur hoc modo dilucide narremus. A nominibus verò, si quàm maxime idoneis rerum nominibus negotia appellemus, & si non ambiguis vtamur neque perturbatè ipsa collocemus, sed vsque cohærentia deinceps

ordinemus. Dilucide igitur exponemus, si hęc diligẽter obseruauerimus. Breuiter verò narrare poterimus, si tũ ex negotijs, tũ ex nobis ea remouerimus, quę non sint dictu necessaria, & ea solum complectemur, siue quibus obscura reddetur oratio. Et breuiter quidem hoc modo exponemus. Probabiliter aũt à nobis narrabitur, si ad ea negotia, quę minus verisimilia uidentur, causas attulerimus, quibus illa non absurde gesta videantur: si qua verò omnino incredibilia contigerint; ea relinquamus, necesse est. Sin aũt necessaria sunt, quę dicantur; ea te scire ostendas, oportet, sed ad confutationis partem, quia cum illa implicata sint dicenda reseruare, orationesque progressui id te uerum demõstraturu polliceri, ea vsus argutia, quod quę prius ab te dicta fuerint, ea prius uera, iustaq; demõstrare, quàm aliud hmõi quicquam uelis. Et hoc q̃dem modo his, quę minus uerisimilia sunt, medebimur. Vt aũt summatim una omnia cõplectamur & renunciando, & exponendo, & prędicendo, ex his omnibus, quę ante diximus dilucidas, breues & probabiles narrationes faciemus.

EXPLANATIONES.

Postea verò necesse est, aut res gestas à nobis renuntiari] *Quamuis Cicero dicat narrationem esse rerum gestarum, aut perinde vt gestarum expositio, Arist. tamẽ asserit, aut res gestas à nobis renuntiari: aut res præsentes diuidendo exponi, aut quæ futuræ sunt, iam prædici, hoc est, narrationem esse expositionem rerum præteritarum, aut præsentium, aut futurarum. Verum differt: quoniam, si de rebus gestis narratio, fiat; appellatur renũtiatio, siue relatio: si de præsen-*

præsentibus; dicitur expositio: si de futuris; prædictio. Hæ quidem res aut uerè gestæ sunt, aut non. Si verò non; eo tamen narrandæ sunt modo, ac ordine, quo si uerè gestæ essent. Ficta narratio nuncupatur fabula: atque ea est, quæ neque ueras, neque verisimiles continet res, ut hæ, quæ tragedijs traditæ sunt. Si autem uerè gesta sit res; dicitur historia, quæ res continet gestas, sed ab ætatis nostræ memoria remotas. Ficta quoque res dicitur, quæ fieri potuit, veluti argumenta comœdiarum. Atque hæc ad rem pertinent: nam narrationis non omnis, sed quæ historica existit, duo sunt genera: unum, quod in negotijs: alterum, quod in personis, positum est. atque hæc habent sermonis festiuitatem ex animorum, dissimilitudinem, misericordiam, rerum uarietates, grauitatem, lenitatem, spem, metum, suspitionem, dissimulationem, desiderium, fortunæ commutationem, insperatum incommodum, subitam lætitiam, iucundumq; rerum exitum.

Cum igitur de legatione nobis sit renuntiandum] *Narratio autem maximè propria est generis demonstratiui, & iudicialis: deliberatiui verò aquinocè: scribit enim Arist. in lib. tertio Rhet. Multis in locis narrare opus est, & aliquando non est in principio narrandum. In deliberatione narratio locum non habet: quoniam de rebus futuris nemo narrat. sed, si ulla narratio fuerit; de præteritis erit: ut in memoriam ea reducentes, de futuris melius consulent. sed ea, quæ præterita sunt, vel vituperant, vel laudant, itaque tunc deliberantis munus non exequuntur. Et propterea aduertendum est narrationem esse tantum tum generis demonstratiui, tum iudicialis: deliberatiui autem esse propositionem. Est enim propositio, vt aliàs diximus, An bellum cum finitimis sit gerendum. Cæterum hoc deliberatiui generis proprium est*

exordium, si fiat, à propositione minime diuisum esse: eadem enim sunt: si quidem propositio finem, cuius gratia oratio habetur, insinuet.

Vnumquodque horum, & breuiter, & dilucidè, & non sine probabilitate faciamus] *In libro autem tertio Rheto. ubi de narratione Arist. disserit, inquit. Ridiculè autem faciunt ij, qui dicunt narationem breuem esse oportere, atqui quòd quidam pistori panem subigenti percunctantiq;, durum ne, an mellè subigeret. quid? bene, inquit, omnino subigere non licet. neque enim prolixa uti narratione oportet, neque prolixo exordio, neque probationibus. sed neque hac in parte rectè se habet breuiter, concisèq; narrare. uerum quod medium est, seruare decet, hoc est dicere, quæ satis sint ad rem explanandam, uel quæ in opinionem inducant, rem esse factam, uel eum læsisse, uel iniustè fecisse, uel cætera eius generis, quæcunq; nonerit. Ait autem Cicero in Rhetor. lib. Tres conuenit res habere narrationem: ut breuis, ut dilucida, ut uerisimilis sit. Deinde quonam pacto breuis fiat, docet, cùm ait. Rem breuiter narrare septem modis poterimus: primum si inde incipiemus narrare, unde necesse erit: deinde si non ab ultimo initio repetere uolemus: tertiò si summatim, non particulatim narrabimus: quartò si non ad extremum, sed usque eo, quò opus erit, persequemur: quintò si transitionibus multis utemur: sextò si non deerrabimus, ab eo, quod cæperimus exponere: septimò si exitus rerum ita exponemus, ut antequoque quæ facta sint sciri possint; tametsi nos recitauerimus. Rem porrò dilucide narrabimus, si ut quidque primum gestum erit, ita primum exponemus, & rerum, ac temporum ordinem conseruabimus, ut gestæ res erunt: aut ut potuisse geri uicebuntur. hic erit considerandum, ne quid perturbate, nec contorte, nec ambigue, nec none dicamus: nec in aliam rem trãseamus:*

mus: nec ab ultimo repetamus: nec lõge prosequamur: nec quid quod ad rem pertineat, prætereamus: & si persequemur ea, quæ de breuitate præceptæ sunt: nã quo breuior, eò dilucedior, & cognitu facilior narratio fiet. Probabilis, siue uerisimilis narratio erit, si ut mos, ut opinio, ut natura postulat, dicemus: si spatia temporum, personarum dignitates, consiliorum rationes, locorum opportunitates conseruabuntur: ne refelli possit, aut temporis parum fuisse, aut causam nullam, aut locum idoneum non fuisse, aut homines ipsos facere, aut pati non potuisse. In hunc uerò locum referuntur tria præcepta quæ Aristoteles tradit in li. tertio Rheto. narrationi congrua esse. horum primum est. inserere narrationi debes, quæ probitatem tuam significent: ut, Ego quidem nunquam admonere destiti, quæ iusta sentiebam, ne filios deserevet. secundum præceptum est moratam oportere esse narrationem quod facile fit, si quid mores efficiat, intellexerimus. atque illud primò, qua mente factum sit, ostendere, mores indicat: nã qualis esse mens ostenditur, tales etiam mores habentur. mens autem à fine, quem sibi constituit, uel bona, uel malà dicitur. atque hac de causa mathematicæ locutiones non habent mores: quoniam mentem, ac delectum nullum habent: nam actionis fine carent: at verò Socratici sermones habent mores; quoniam de rebus eis sunt, quæ alicuius gratia fiunt. sed ea quoque morata dicuntur, quæ cuiusque mores consequuntur: ut, Hæc dicebat, & eodem tempore discedebat. tertium præceptum est, quod debent in narratione poni, quæ mouere animum possint: ut, si narrentur ea, quæ commotiones sequuntur, aut quæ nota sunt his, qui audiunt: & quæ priuatim, uel sibi, uel aduersario propria sunt: ut, Ille discedens ad me frequenter oculos conuertebat.

De

De ordine Narrationum. Cap. 30.

Eas autem tripliciter ordinabimus: nam si quidem ea, de quibus dicimus, pauca sint auditoribus cognita; exordio narrationem coniungemus, ne pars hæc separatim posita breuis admodum fiat. Cum uero negotio & permulta, & incognita sint; ad vnumquodq; coniunctas narrationes faciemus, easque iustas, & vtiles, & honestas ostendemus: quo non modo in narrandis rebus occupati simplicem, & non uarietate quadam insignem orationem faciamus, verum & auditorum animos capiamus. sin autem negotia mediocria, & minime nota sint; opus est vel renunciationem, vel expositionem, vel præiectionem in exordio & vno & eodē quasi corpore collocemus. Hoc autem faciemus, si à rerū initio ad extremum usq; narrando prosequamur, & nihil aliud complectamur; sed ipsa negotia expedite declaremus. Quemadmodum igitur in exordio narrationes ordinandæ sunt, ita scire poterimus.

EXPLANATIONES.

Eas autem tripliciter ordinabimus] *quonam pacto disponendæ sint narrationes docet. His similia sunt præcepta narrationis ordinandæ ea, quæ Cicero in lib. secundo Rheto. tradit.*

De confirmatione. Cap. 21.

DEinceps autem confirmatio sequatur, necesse est, per quā prænarrata negotia ex probationibus

tionibus & iustis, & vtilibus, sicuti nos demōstraturos polliciti sumus, cōfirmabimus. Cū igitur coniunctas narrationes facere oportet, probationes in consultationibus quàm cōmodissimè dicuntur à rerū consuetudine, ab exemplo, à cō memoratione, & ab ea, quæ de oratore sit apud oēs opinione. Vtendum est etiam & si qua ex alijs probationū partibus inciderit. eæ verò sic sunt collocandæ. Primum quidē dicētis opinio. sin id minus poterimus; rerum consuetudines ordinabimus, demonstrabimusque & hæc, quæ dicimus, vel & his similia hoc modo fieri cōsueuisse. deinde verò exēpla adferemus, & si qua est cū his, quę à nobis dicuntur, similitudinē adducemus. ea aūt exempla capiamus, oportet, quæ tum rei congruant, tum ipsis auditoribus uel loco, vel tempore sint proxima. si autē secus sint; debemus ex aliis, quæ maxima, & notissima sūt accipere. post hęc verò sententijs vtendum est. Oportet autem eas partes, quibus probabilia, & exempla tractata fuerint, in fine commentationibus, & sententijs terminemus. Et probationes quidem hoc modo, & negotiorum confirmationem adducemus. Si uero narratis rebus continuo sit fides adhibita: probationes ipsas relinquemus, & à iusti, & legitimi, & vtilis, & honesti, & iucundi, & facilis, & possibilis, & necessarij partibus antedicta negocia confirmabimus. Et si quidem iustum inest, id primum collocabimus & per hoc, perq; huic simile, & per contrarium, & per iudicatum iustum enarrabimus, & similia his iustis, de quibus loqueris, exēpla sunt afferenda. habebis autem permulta exempla tū ex his, quę priuatim apud singulos iusta existimantur, tum etiam ex his, quę in ipsa urbe ubi

oratio-

orationē habes, tum demum ex his, quæ in alijs vrbibus iusta duci solent. Cum vero hæc omnia hoc modo percurrentes narrauerimus, in ipsiusque iusti fine sententias, commentationesq; moderatas, & sibi inuicem dissimiles attulerimus, si quidem ea pars longa sit, eiusque memi nisse voluerimus: paucis iterabimus. sin autem mediocris sit, commemorreturque tūc vbi eam finierimus, aliam quoque partem adiungemus. est autem id huiusmodi. Quod iustum quidem est auxilium nos ferre Syracusanis: satis ex ijs, quę dicta sunt, demonstratum existimo, quod autem etiam id nobis conducturum sit, enitar edocere. Et, cum rursus eodem modo, vt de iusto factitaras, utile percurreris, & eius extremā partem, vel breuiter iterando, vel finiendo absol ueris; itidem aliam partem, quæcunque tibi in manu fuerit, adiunge. Hoc igitur modo aliam alij partem addere, & orationem contexere, opus est. Cum hęc uerò omnia prosecutus fueris, quibus ea, quæ persuades, confirmare queas, oportet in his de omnibus summatim cum commentationibus, & sententijs, coloribusque demonstres non ea efficere, & iniustum, & pernicioſum, & turpe, & triste admodum fore: contrà uerò summatim addendum est, & iustum, & vtile, & honestum, voluutuosumq; futurum: si hæc, ad quæ eos exhortaris, effecerint: Vbi verò iam satis, abundeque sententiarum grauitate vsus fueris, quæ persuades, conclusiones terminabis, & hoc quidem modo, quæ proposita fuerint confirmabimus. Post hanc autem partem de præoccupatione dicere aggrediemur.

De

EXPLANATIONES.

Deinceps autem confirmatio sequatur] *Primum igitur proemij locus erit, secundus narrationis, tertius confirmationis, quæ est nostrorum argumentorum expositio cum asseueratione: aut ea est, per quam argumentando nostræ causæ fidem, & auctoritatem, & firmamentum adiungit oratio.*

Probationes in consultationibus quam commodissimæ ducuntur à rerum consuetudine, ab exemplo, à commentatione, & ab ea, quæ de oratore sit apud omnes opinio.] *Argumenta, quæ confirmando profertis, qui in genere deliberatiuo dicit, sumi debent, ut ipse explicat, à quatuor genericis locis, hoc est, à consuetudine, ab exemplo, à commemoratione, & ab opinione, quæ de oratore habetur apud omnes. Consuetudo est locus, qui probabiles præbet rationes, de hac verò in superioribus libris egimus. sed aduertendum est præceptum esse commune, tum generi deliberatiuo, tum iudiciali, ut ad id probatio applicetur, quod quæretur in iudicio, aut in deliberatione. In iudicijs autem quatuor principes fiunt quæstiones, de quibus proprio dicitur loco. In deliberatiuo autem genere, in quo quæritur, an sit faciendum; multæ quæstiones fiunt. prima verò est, an faciendum sit, nec ne, secunda, si sic faciendum; an sit futurum, quod deliberatum est esse faciendum. tertia, si sit futurum; utrum iustum sit, necne. quartum, si iustum sit, an utile, si uerò sit utile; an tantum. Ex his quæstionibus magna tibi argumentorum oritur sylua. In libro autem primo, atque secundo Rhetoric. declarauimus oratore his persuadere instrumentis enthymematibus, scilicet exemplis, amplificationibus, sententijs, fabulis,*

lis, sine apologis, oratione affecta, & morata. sententiæ ad enthymemata ducuntur, & fabulæ ad exempla. In genere autem deliberatiuo maximè vtitur orator exemplis, fabulis moratis, & affectis, sed & alijs quoque, verum hæc deliberanti sunt præcipua: neque cum omnis deliberatio sit de futuris; à præteritis per exempla de ipsis dicere est necesse. & idcirco difficilius est in genere deliberatiuo, quàm in iudiciali versari: ac præterea nec in deliberationes multum sunt commotiones, vt in aduersarium vel de seipso, vel in mouendis affectibus: hæc enim in hoc genere minimè reperiuntur, nisi quis à causa discesserit, quæ re debent, vt ait Arist. hac tantum fieri, cum alia, non habet orator, quę dicat, quemadmodum Athenis oratores faciunt, atq; etiam Isocrates in deliberationibus accusat, vt Lacedæmonios in Panegyrico, & Charetem in oratione sociali.

Primum quidem dictatis opinio] *docet argumentorum dispositionem, ac primum vult locum primarium tenere ea, quæ ab opinione, quæ de oratore habetur, ducuntur. q. si id minimè consequi poterimus; à loco consuetudinis sumuntur argumenta. deinde exempla in medium adducemus.*

Si verò narratis rebus continuò sit fides adhibita] *si fides adhibita fuerit à narratione rerũ; non à prædictis locis percipiemus probationes: etenim iam probatum est. verum confirmabimur antedicta negotia à locis communibus, quæ sunt, vt antea exposuimus, iustum, legitimum, vtile, honestum, iucundũ, facile, possibile, & necessarium. & quomodo vnumquodque horum tractandum sit, docet. & id diligentissimè considerandum est: siquidem & loca inueniẽdi, & inuentarum rerum dispositiones exponat docet. In 3. autem lib. Rheto. dum de dispositione generi cuique idonea differat, inquit. sunt & in deliberatione, & in iudicio nostra argumenta primum collocanda: deinde argumenta, & calumniæ aduersariorum tum contemptione quadam confutanda. verum, si multiplex, & varia sit aduersariorum oratio; primum confutabimus: deinde nostra ponemus.*

De præoccupatione. Cap. XXXII.

EST autem præoccupatio, eorum locorum, qui contra tuam dictionem haberi possent, præoccupans reprehensio, oportet autem, quæ ab aduersarijs dicuntur extenuare, tua verò amplificare, vel vti superius in amplificandi tractatu audieras. Opus est etiam, conferas vnum vni; cum tuum scilicet maius sit: & plura pluribus, & vnum multis, & multa vni. sic secundum omne speciem varietate debemus vti, nostra quidem augendo, aduersariorum autem infirmando, atque deprimendo. Et hoc quidem modo præoccupationibus vtemur. hæc autem, vbi fuerimus prosecuti, iterationibus exitum terminabimus, coloresq; antedictos ratiocinationibus, vel enumerationis, aut electionis, aut interrogationis, aut ironiæ assumemus.

EXPLANATIONES.

Est autem præoccupatio] *de præoccupatione antea quoque diffuse locutus est Aristo. itaque hæc pars superiori capiti adiungenda est.*

De

De Suadendi, Dissuadendiq; forma.
Cap. XXXIII.

QVod, si ad ferendum aliquibus auxilium suaserimus, siue priuatis hominibus, siue vrbibus; paucis dicere conueniet: &, si qua his in auditores siue amicitia, siue gratia, siue misericordia præcesserit, in medium referre congruum erit: maxime, enim omnes his auxilio esse volunt, qui tali animo in eos fuerint, diligunt, enim eos à quibus vel ab ipsis vel ipsorum amicis aliquid beneficij siue ipsi, siue alij, qui eis curæ sunt, vel opportune suscepisse, vel suscipere, vel susceptum ire credidexrint. his autem habent gratias, qui siue ipsi, siue ipsorum amici, aut in eos, aut in eorum necessarios boni quippiam opportune, vel contulisse, vel conferre, collatur, uel putetur. Si horum igitur aliquid vnum incidat; id breuiter doceamus, & ad misericordiam redigamus oporret. Id autem affatim facere poterimus, si cognouerimus solere omnes in eos misericordia moueri, quos familiari erga se animo esse opinentur, aut indignos calamitate suspicantur. Hæc autem in ijs esse ostendes, quos misericordia dignos velis demonstrare: estque demonstrandum eos inique passos, vel pati, vel passuros, vbi minus his auxilio auditores fuerint, sin verò hæc in illis non sunt, demonstrabis eos omnium bonorum inopes esse, quorum cæteri omnes aut plurimi sint participes, quique nihil vnquam boni vel nacti fuerint, vel nanciscantur, nacturive sint, nisi auditores hoc tempore ad misericordiã moueantur.

Ex

Ex his igitur auditores ad misericordiam inducemus.

Dissuadere autem ex contrarijs locis poterimus, eodemque modo exordiemur, & narrabimus, & probationibus vtemur, auditoribusque ostendemus, quæ facere aggrediuntur, esse, & præter leges, & iniusta, perniciosa, & turpia, & tristitia, & impossibilia, & difficilia, ac minimè necessaria. In dissuadendo verò idem dispositionis modus seruabitur, qui etiam in suadẽdo. quamobrem qui vltro dissuadent, disponere ita poterunt. Qui verò aliorum suasionibus cõtradicere voluerint, primum quidẽ ea in exordio proponere debent, quibus sini contradicturi; in reliquis verò sigillatim est exordiendũ: posti singula verò prædictorum exordia est, secundum vnumquodq; propositum maximè demonstrandum, minime omnium ea esse, ad quæ aduersarius exhortetur, neq; iusta, neq; quę ijs sequuntur, hoc autem facies, vt ostendas, vel iniusta esse, quæ ille narrat, vel inutilia, vel his similia, aut iustis contraria, aut vtilibus, aut his, quæ talia esse iudicantur. eodem quoque modo & cætera quæ inciderint tractare debebis. Optimus igitur dissuadendi modus hic est. Quod, si minus hoc facere commodè potueris, ex eo qp reliqueris genere, dissuadere orando poteris; vt, si quidem aduersarius iustum esse ostẽderit; tu vel turpe esse, vel inutile, vel difficile, vel impossibile, vel aliud quidnis huiusmodi enitere demonstrare: sin vtile aduersarius esse ostenderit, iniustum ipse, & si quid aliud opportunum ad id habueris, demonstrabis tua præterea augendo, & aduersarij deprimendo facies, quemadmodum in suasionibus dictum est. Decet

eodem quoq; modo sententias commentationesque afferre, præoccupationesque refellere, ac breuiter ad exitum iterare. Præterea quoque in suasionibus ostendendum est, aut eos, quibus auxilium ferendum suademus, horum amicos esse. quos ad id faciendum exhortamur, aut hoc gratias his deberi, qui deprecantur. quibus vero auxilium ferre dissuaserimus, eos vel ira, vel inuidia, vel odio dignos ostendemus. In odium quidem adducemus; si ab illis aut ipsos auditores, auditorumve amicos, aut alios, qui his curæ sint mali quippiam inique passos demonstrabimus. In iram autem rapiemus; si vel auditores ipsos, vel ipsorum amicos, vel alios, qui his sunt curæ, indigne neglectos, iniuriave affectos ostendemus. In inuidiam verò contrahemus, si summatim indigne fortunatos extitisse, aut esse, aut fore, vel si nullius vnquam boni fuisse inopes, aut esse, aut futuros, vel si nunquam malorum quippiam passos, aut pati, aut passuros demonstrabimus. In inuidiam igitur, & odium, atque iram hoc modo concitabimus. beneuolentiam verò, & gratiam, & misericordiam ex his poterimus cõparare, quæ in suasionibus dicta sunt. Eas autem ex antedictis omnibus contexere, ordinareq; poterimus. Species igitur suadendi, & qualis ipsa sit, & ex is quibus constet, & quomodo ea vtendum sit, ex liquido cognoscimus.

EXPLANATIONES.

Quòd si ad ferẽdum aliquibus auxilium suaserimus] *Suasio, atque dissuasio ferendi, aut non ferendi auxilium est subiectum, siue propositum, quod ad genus pertinet deliberatiuum: de quo cum aliàs*

ab

ab Arist. copiosè disputatum sit, atque loca sint particularia, & in ordinem redacta; missa faciemus.

De orationis partibus in Demonstratiuo genere. Cap. XXXIII.

RVrsum autem laudandi, vituperandique speciem deinceps considerabimus. Cum in hoc genere exordiri voluerimus; propositiones primũ ordinamus, insimulationesq; dissoluimus, itidem atq; in suadendo. Ad attentionem verò exhortamur, tum ex his, quæ in consultationibus dicta sunt, tum ex eo quod mirabilia, illustriaq; dicamus, vt æquitatem nostram, eorumque quos vel laudamus, vel vituperamus, facinora demõstremus: in huiusmodi enim causis, vt plurimum non disceptationis, sed ostentationis potius eam orationem habere consueuimus. Primum autem exordia eodem modo constituemus, qui in deliberatiuo à nobis genere demonstratus est. Post exordium vero partiri debemus ex ea, quæ extra virtutem sunt, & ea, quæ in ipsa virtute bona cõsiderantur, hoc modo: externa quidem bona in bonam valetudinem, & robur, & formæ dignitatem. & diuitias: virtutem verò in sapientiam, iustitiam, & fortitudinem, illustresque disciplinas distribuimus. Horum autem, quæ in virtute posita, locataque sunt, iure laudantur; extraria autem subducuntur. Robustos nanque, & pulchros, & nobiles, atque locupletes nequaquam laudare, sed dicere beatos conuenit. His autem diligenter consideratis, post exordia de genere primum dictionem ordinabimus. Hoc enim primum hominibus, ac reliquis animalibus clarum inest, vel ob-

scurum. Proinde rectè quidem aut hominem, aut aliud tale animal ex genere commemorabimus. Cum vero ad effectū, aut rem, aut orationem, possessionemve laudare voluerimus. cōtinuo ex ijs, quæ honesta ad sunt, nō absurdè laudabimus. A genere aūt laudare ita conuenit. Si quidē progenitores insignes fuerint, debemus omnes ab initio ad eum vsque quem laudatum volumus resumere, & in singulis progenitoribus clarum aliquid summatim apponere. Quod si primi industrij, insignesq; fuerint: reliquos verò nihil oratione dignum gessisse contigerit; primos, quidem illos eodem modo prosequemur, ignauos autem, atque degeneres omittemus, ea vsi cauillatione, qp propter maiorū multitudinem nolimus auditoribus orationis longitudine graues effici; præsertim cum nemini sit obscurum, qui ex bonis, clauisq; parentibus nati sunt, eos consentaneè fieri suis maioribus nō dissimiles. Sin autem veteres progenitores obscuri fuerint, qui vero proximè extiterunt illustres, ab ijs est laus generis capienda, dicēdumque, vt de illis quidem longam repetere quandam orationem superuacaneum admodū fuerit. Sed si eo laudes referantur: qui proximi ijs, qui laudantur, extitissent, planè, & hi quoq; boni, probiq; viri ostendentur, quodque perspicuū fit, horum maiores industrios, quosdam insignesq; extitisse. Haud namq; verisimile videri, huiusmodi homines honestos, & bonos esse, qui ex improbis progenitoribus nati essent. Vbi verò nullus maiorum sit splendor; dices ipsum in se generosum esse, colligesq; eos omnes ingenuè natos esse, qui ingenitam sibi virtutem habēt, & eos alijs quoque omnibus longè antecellere,

cellere, qui suos progenitores laudant: permultos, enim qui ex claris maioribus nati essent, degeneres extitisse. addesque quod de huius nunc, & non de progenitorum præconijs agatur. Eodem autem modo in vituperationibus origo generis in improbos maiores referenda est. Et ita laudando, ac vituperando quæ ad genus pertinent, ordinabimus. Et si quid illi, de quo loquimur, præclarum fortun concesserit, hoc duntaxat tuebimur, vt ea, quæ ætati conueniunt, enarremus, & id quidem haud prolixè: pueri nanque tam suo ingenio, quam eorum qui ipsis præfuerint, diligētia, honesti, pudiciq; sunt. Quare breuis de ijs est habenda oratio. Cū hunc autem modum percurreris, habita ad posterum commentatione, atq; sententia; debes hanc partem in adolescētis ætatem terminare. Et propositione deinde facta, aut eius qui laudatur, res gestas, aut mores, aut studia amplificabis, quemadmodum ab initio in demonstratiuo genere prius diximus. Exponesque ad huius, quem ipse laudas, cum esset hac ætate, aut per hunc, aut per studium, aut ex hoc, aut huius gratia, tum hoc, tum illud præclarum facinus gestum fuisse. Oportet & cæterorum quoque iuuenum præclara facinora colligēdo conferre, & huius longè ijs maiora esse ostendere: illorum quidem, quæ minima sunt: huius autem, quem tu laudas, quæ maxima sunt enarrando. Conuenit autem & quæ apud alios res illustres parum pro dignitate collatæ fuerint, eas abs te dicendo itidem magnas demonstrari. Et semper res ita comparando augendæ, & exornandæ sunt: vt, Vbi & quis iuuenis ita Philosophus vnquā fuit, qui vel senior magnū

adeo incrementum habuerit? Et qui adeo robuste gymnasiorum labores perfert, vehementer is philosophiæ studium, & industriam adamabit. Et hoc quidem modo similitudine & collatione vsi amplificabimus. Cum verò quæ circa ætatem adolescentis considerantur, absoluerimus; in fine huius partis sententias, commentationesq; locabimus, aut quæ dicta sunt breuiter iterantes, aut ad postremam partem finientes. Rursus vbi proposuerimus, quæ gesta sint ab ipso viro, quem laudamus; de iustitia primũ dicere aggrediemur, qua in eodem modo, vt in superioribus exornantes, ad prudentiam, si fuerit, descendemus. Et hanc eodem quoq; modo absoluentes, fortitudinẽ si fuerit, proponemus. Quam eadem amplificationis ratione item percurrentes, cum ipsius finem partis attigerimus, & omnia genera prosecuti sumus, summatim quæ ante dicta fuerint iterãtes, exitum vel sententia, vel commentatione toti orationi apponemus. Congruet autem laudibus, nominibus etiam multis circa vnumquodque vti, & splendidam facere dictionem, atq; magnificam.

Eodem quoq; modo cum de nequam hominibus oratio nobis erit, vituperationes constituemus. Oportet autem nullis in eum vtamur cauillis, quem carpimus, sed ipsius duntaxat vitam enarremus: sermones enim longe magis, quam iocosæ obiurgationes, atque cauilla, & auditoribus persuadent, & ægritudine quos vituperamus afficiunt; nam huiusmodi quidem sales ad idæam, vel ad substantiam referuntur. Sermones verò sunt ingeniorum, morumq; veluti imagines. Cauendum est etiam, ne res turpes nominibus appelles turpibus. Id enim adfert

fert grauitati calumniam. Sed quæ hmõi sunt, tanquam per ænigma significabimus, & aliarũ rerum nominibus rem ipsam manifestabimus. Debemus autem in vituperationibus ironia vti, & in ijs aduersarium deridere, quibus ille maxime exultat & priuatim, quidem paucisq; præsentibus eum dehonestare. In vulgus autem & multitudinem communes maximè vituperationes maledicere. Vituperationes verò eodem modo poterimus, quo etiam & præconia, & augere, & extenuare. Itaque harum specierum ex ijs, quæ superius dicta sunt, vsum omnem intelligemus.

EXPLANATIONES.

Rursum autem laudandi, vituperandiq; speciem deinceps considerabimus] *Explicat Aristo artem dicendi in genere demonstratiuo, atq; initium facit ab exordio, & inquit. Primum propositiones ordinamus, atque insimulationes dissoluimus, perinde atque in genere deliberatiuo. deinde attẽtos auditores facimus, neque loca attentionis assumit ab his, quæ in consultationibus dicta sunt, à rebus mirabilibus, atque clarissimis. At verò in libro tertio Rhetor. scribit. pro aulium quidem cantus similis est proœmio demonstratiui generis: nam tibicines quicquid sibi videntur bene canere posse, id præcinentes, cum sequenti cantu copulant. sic etiam in demonstratiuo genere scribendæ sunt orationes: quicquid enim voluerit orator, initio dicere potest, deinde progredi, & cum oratione id coniungere. ducuntur autẽ exordia demonstratiui generis à laude, vel à vituperatione. ducuntur etiam à consilio, & deliberatione: quin etiam ab his, quæ propria sunt iudicialis generis. &*

hæc personam auditoris respiciunt, in hoc autem genere exordia sint ea, quæ efficiant, vt auditores vnà laudare putent se, vel genus, vel studia sua, vel aliquo alio modo. in genere autem demonstratiuo, & iudiciali insinuatur finis, & intentio: vt audientes non sint suspensi, sed præciant quibus debeat actio fiat.

Post exordium verò partiri debemus ea, quæ in ipsa virtute bona considerantur] *Laudū loca præcipit Aristo. de quibus in superioribus libris ample tractauimus. dum vero laudes narramus (etenim narratio proprie competit, tum generi demōstratiuo, tum iudiciali) primum narratio non sit sermo continuus: imo in tot partes dissectus esse debet, quot seorsum probari possint, ac demonstrari: vt in hac fortis, in illa prudens, in ista parte iustus esse ostendatur. verum illud maximè est in oratione demonstratiua obseruandum, vt cum res gestæ notæ fuerint; in memoriam tantum eas breuiter reducat. deinde cū laus sit oratio magnitudinem virtutis exponens; laudandus est vnusquisq; eas res gestas explicans, quæ virtutis magnitudinem ostendant. propria enim rerū gestarum est laus. quæ verò extra sumuntur, sicut à nobilitate, educatione, & patria ad fidem faciendam adhibentur: verisimile namq; est probum virum ex probis, & bene educatum probum euadere hominē. præterea & hoc sit præceptum laudantis, atq; vituperantis, vt ne nimis longæ, nec breues sint orationis partes. cæterum cum res gestæ, quibus laudamus credi debeant: rarò enim demonstrari solent, nisi incredibiles videantur: ita q; probationibus rarò vtetur orator, sed res gestas amplificabit: amplificatio enim sic se habet in genere demonstratiuo; vt probatio in iudiciali, & deliberatiuo: simili ratione si vituperauerimus, supponendo vitia, res gestas laudabiles extenuemus. & sicuti amplificatio est generi demonstratiuo propria,*

propria, sic & oratio morata: attamen & huic generi non inconueniunt enthymemata exempla, sententiæ, fabulæ siue apologi, & oratio affecta.

Accusationis Quæstionisq; præcepta quæ ad iudiciale genus spectant. Cap. XXXV.

RElíquum est, vt accusandi, quærendiq; præcepta peragamus, quæ rursus quemadmodum in iudiciali genere dictum est, componemus, ordinabimus, percurremus. Primum igitur in exordijs rem, de qua sit accusatio, vel defensio, proponemus, vt etiam in alijs præmissis speciebus. Ad attentionem autem ab ijsdem locis exhortabimur, quos in suadendo, dissuadendoque docuimus. Item etiam de beneuolentia idem quoque modus seruandus erit, qui in deliberatiuo genere præmissus est. Namis, cui auditores beneuoli sunt, ex præterito, aut præsenti tempore, & is, ne calumnia affectus sit, ad eos irritandos vel in se, vel in rem ipsam, vel in orationem, beneuolentiam captabit eodem modo, vt illic docuimus. Is verò in quem neque beneuoli auditores, neque infensi fuerint, beneuolentiam captare poterit ex præterito præsenti tempore, vel per se ipsum, vel per rem, vel per orationem. Ille autem, qui auditores calumniæ obnoxius factus fuerit: partim mixtum, partim priuatim beneuolentiam captabit. Hic igitur modus erit, per quem beneuolentia comparabitur: enimuerò hi, aduersus quos neque bono, neq; malo animo auditores fuerint, pauci sunt laudandi, & aduersarij vituperandi. Oportet autem eos ab ijs laudare, quæ videntur maximè auditorū interesse:

(dico

(dico autem ciuitatis studiosum, amicorum obseruatorem, gratum, misericordem, & similia) aduersarios autem ab ijs vituperare, quibus auditores ad iram irritantur. Hæc autem sunt ciuitatis inimicus amicorum hostis, ingratus, immicis & huiusmodi. Opus est etiam laude iudices delinire, quod iusti iudices, graues sq; sunt. Aduersariorum præterea defectus, sicubi tibi minores extiterint siue ad dicendum, siue ad agendum, seu ad aliud quicquam, quod in disceptatione versetur; erunt orationem complecti, & iustum præterea, & legitimum, & vtile, quæ & deinceps sequuntur, inducenda. Cum iudices igitur neque bono, neque malo animos in nos fuerint, ex ijs beneuolentiam, captabimus. Si quis verò in calumnia sit, idq; ex præterito tempore, & circa orationem scire ex antedictis poterimus, quo pacto in simulationes solere oporteat. Quod, si ex præsenti tempore calumnia fuerit; necesse est circa ipsum hominẽ eam fieri: aut si ineptus præsenti controuersiæ, aut si criminibus subcontrarius, aut si pro confesso accusationi obnoxius videatur, ineptus quidem fuerit, si aut iunior, aut senior pro alio disceptet. Subcõtrarius verò esse, si quis robustus imbecillum verberationis accuset, aut si quis contumelios contumeliæ temperantem insimulet, aut si quis admodum pauper hominem ditissimum pecuniarum agens in iudicium deuocet. itaque huiusmodi subcontrarij criminibus sunt. Pro confesso autem erit, si quis fortis, robustusque existens, ab infirmo, & imbecillo verberationis accusetur: aut, si quis fur existimatus; furti reus in iudicium arcessatur. Vt autem omnia vno complectamur verbo; hi, quorum

rum moribus similis est hominum opinio, videbuntur criminibus esse obnoxij. Circa ipsum igitur hominem ex instanti tempore calumniæ huiusmodi fieri poterunt. Circa rem autem ex contingenti, si quid aduersus domesticos, amicos, aut aduersus hospites, aut in tuos, vel de turpibus rebus negotia adferat; hæc enim infamiam disceptantibus afferunt. Quemadmodũ igitur eas insimulationes sumus dissoluturi, deinceps ostendam. Duo esse communia in omnibus elementa existimo; alterum quidem, vt quibus rebus correpturos iudices aduersarios putes, his eos præueniens corripias. alterum verò est, si res in aduersarios quidem maximè: sin id minus; in alios quosdam transferas ea vsus cauillatione, quod non ex sententia tua, sed ab aduersarijs coactus in certamen descenderis. In vnamquamq; verò calumnia hæc argumentari cõuenit. Iunior quidem causabitur aut seniorum, aut amicorum, qui pro se disceptent, solitudinem, aut criminum magnitudinẽ, aut temporis præscriptionem, aut rerum multitudinem, aut aliud quid huiusmodi. Si verò habueris pro alio dictionem, dicendum erit te amicitiæ gratia aduocatum fieri, aut aduersarij motum inimicitijs, aut quia negotijs interfueris, aut ob vtilitatem publicam, aut quia is, cui patronus venis, & ab omnibus est desertus, & iniuria præmitur. Quod, si crimini pro confesso obnoxius, vel subcontrarius accusationi effici videatur, cum præoccupatione vtendum est, tũ etiam dicendum, vt neq; iustum, neque legitimum, neq; vtile sit ex opinione, ac suspicione ferre prius sententiam, quam res fuerit audita. Quæ igitur circa ipsum hominem sunt, hoc pa-

sto

sto insimulationes diluemus. Eas verò, quæ circa rem sunt, ita repellemus. Causam in aduersarium reijciemus, vel si male dictum ei crimini demus vel si iniuriam, aut cupiditatem, aut pertinaciam, aut iram prætendamus, quod nullo alio modo ius cõsequi possibile sit. Priuatas igitur calumnias apud iudices ita diluemus, cõmunes verò omnibus speciebus soluere poterimus, quemadmodum in superioribus dictũ est. Exordia verò in genere iudiciali eodem modo collocabimus, sicuti etiam in deliberatiuo. Eadem etiam ratione narrationes exordio coniũgemus, quas vel particulatim probabiles esse, iustasque ostendimus, aut ipsas separatim tanquam in vnum corpus ordinabimus. Deinde verò erit confirmatio, quam si quidem rebus ipsi aduersarij contradixerint ex probationibus: sin autem consenserint; ex iustis, & vtilibus, & his similibus cõfirmare debemus. Collocanda sunt ex probationibus primum quidem testimonia, & si quæ nobis ex quæstionibus confessiones fuerint demum verò si nullo modo verisimilia ea fuerint; sententijs, & commentationibus: sin autem non omnino verisimilia, probabili, demum exemplis, & coniecturis, & signis, & argumentis, demum verò commẽtationibus, & sententijs confirmare debemus. quod si verisimilia fuerint probationes quidem omittemus, iustis autem quemadmodũ in antedictis vtemur. Et hoc quidem modo confirmabimus. Post confirmationem autem vbi, ea quæ in aduersarios sunt, collocauerimus; præoccupabimus eas res, quas verisimile fuerit aduersarios dicturos, & si quidem aduersarij rem negarint, probationes illas à nobis dictas amplificabimus. quas verò illi

illi dicturi sunt, reprehendemus, & extenuabimus. Si verò fateantur & legitima, & iusta esse, quæ secundum scriptas leges à nobis inductas ostenderimus; enitendum est, ut his simul leges, quas & iustas, & honestas, & conducibiles uniuersæ Reipub. plures iudicarint, tales etiam eas esse ostendamus. quas autem aduersarij induxerunt, eas contra habere, demonstremus. Quod si minus commodè hæc dici quiuerint; iudices commonefaciendi sunt, eos non de lege, sed de re iudicare, quodque iurati sint secundum leges latas sententiam latum ire, & doceas in haud hoc tempore decere leges, sed constitutis diebus eas ferre. sed, si contigerit rem his legibus agitari, quæ iniquę esse uideantur, dicendum erit non legem rem huiusmodi: uerum iniquitatem esse: cum lex quidem ad utilitatem feratur, hęc autem afferat ciuitati perniciem. Dicendum etiam erit haud contra leges facturos, si huic legi contrariam sententiam tulerint, leges potius laturos; ne sit improbis, iniquisque decretis utendum. Oportet autem ad id collectionem afferre, quod nulla lex prohibet Reipubli. benefacere: sed improbas leges authoritate priuare, aliud nihil esse, quam ciuitatem beneficio donare. Quæcunque igitur ex his legibus, quę nullam ambiguitatem continent, habuerimus ex talibus prœuenientes, abundè contradicere poterimus. De ambiguis verò legibus iudices ita sensserint, ut tibi expedit, oportet hęc demonstrare. quòd, si iudex dicat quemadmodum aduersarij, cõdocefaciendus est, legumlatorem non hoc sensisse, quod ab illo dicitur quodq; cõducit ipsis iudicibus legẽ ita dicere. Verũ, si nullo modo possis in

contra-

contrariam sententiam commutare; ostende aliud nihil posse contrariam legem dicere, atq; ipsa dicas. Et quo quidem pacto oporteat vti legibus ex his, quæ diximus, abundabis. Summatim vero ij peccasse omnino fateantur, & ex iusti tamen, & legitimi partibus defensionem parent; ex his ea sunt confutatione præuenienda, quæ dicturi illi videantur. si nautem peccasse fateantur, & sibi tamen ignosci postularint, sic talia oportet confutare. Primum quidem dicendum erit deterioris esse moris, quodq; tunc illi crimen in prudentiam reijciunt, cum se deprehensos intuentur. proinde sic, huic ignoscitis, alios item omnes supplicijs, atque cruciatibus liberabitis. Dic etiam & illud, si eos, qui peccasse confitentur absolueritis, quo pacto inficiantes condemnabitis? Dicendum etiam erit, etsi imprudenter errauit, non tamen decet me ob huius imprudentiam detrimento affici. Præterea dicetur, cum neq; legumlator imprudenter delinquentibus ignoscit: eo neque a iudicibus, qui secundum leges iudicant, ignosci iure potest. Ex his igitur, atque similibus eos, qui sibi secundum postulant, confutare poterimus: sicuti etiam ab initio exposuimus. Vt compendio autem vtar, quæcunq; sint aduersarij dicturi & ad probationem, & ad iuris sui partes asserendas, & ad veniam postulandam, ex antedictis præoccupabimus. Post hanc autem causam tota est oratio per enumerationem summatim repetenda, & breuiter (fieri potest) iudicium animi in aduersarios quidem, vel odium, vel ad iram, vel ad inuidiam, in nos autem ad beneuolentiam, vel gratiam, vel misericordiam commouendi. Quibus autem rebus hoc fiat, in deliberatiuo genere,

genere, in suasionibus, & dissuasionibus diximus, ac rursum in defensionis specie ad finem percurremus. Orationis igitur principium in iudiciali genere, si quidem accusemus. ita componemus; & ordinabimus.

Si verò defendamus exordium, quemadmodum, & in accusando constituemus. Eas autem res, quarum accusamur, quibusque accusator scientiã auditoribus fecerit, reliquemus, quibus verò opinionem reliquerit, hasce vbi post exordium proposuerimus, dissoluimus: testesq; & quæstiones, & iuramenta refellemus, quemadmodum ante audisti. Et siquidem res credibiles fuerint: poterimus ipsarum responsionem in eius, quod relictum sit, locum transferre. Quod, si testes per quæstiones fidem fecerint, aut in orationem, aut in negotiũ, aut in quodcunque aliud fuerint in aduersarijs maximè verisimile ipsorum est responsio transferenda. Si verò autem contra vtilitatem publicã, aut contra consuetudinem accusator te feciſſe crimineturꝰ debes defendere id maximè esse vtile, quod ab eo crimini datur: vel, si id minus potueris, dices, vt neque abs te, neq; ab his, qui tibi sint similes, aut quòd non hoc modo huiusmodi res geri consueuerit. Probabile igitur ita solues. Exemplum verò debes primum, si potes, demonstrare id, haud quaquam esse criminationi, simile vel aliud tibi ex contrarijs præter verisimilitudinem exemplum ferendum esse. Coniecturam autem potest confutare; si dicas quibus causis contraria significare contingerit. Sententias verò, atque commẽtationes, aut improbabiles, aut ambiguas ostendas oportet. Signa autem non eius solum, cuius ipse iis accusatus,

cusatus, sed rerum plurimarum signa esse ostendes, & ea quidē quasi aduersarijs dicta fuerint, in contrarium, aut ambiguum conuertentes; poterimus hoc modo improbare. Si verò quorum nos accusator criminatur, ea feciſſe fateamur, idq; ex iusti, & legitimi partibus defendere poterimus; magis legitimas res nostras, iustioresque demonstrare elaborabimus. Quod, si minus cōmodè fieri potuerit, ad imprudentiam, casumq; confugiemus, iacturasq; paruas esse ostēdemus, & ignoscendum nobis esse argumentabimur, demonstrantes, quam omnium quidem hoīum per imprudentiam delinquere cōe sit. sed assidere iniurijs improborum esse proprium. Dicendum est, & æquum, & bonum esse, & iustum, & conducibile his ignoscere, qui per imprudentiam delinquerint: neminem, enim omnium scire, si quid aliquando sibi huiusmodi euenturum sit. Ostendendum est etiā, si quid aduersarius. ipse aquæ errauerit; & veniam tamen cōsecutus sit. Post hæc ex præoccupationes sequuntur, quæ ab aduersarijs dictæ sunt: harum igitur alias satis, superq; à rebus ipsis soluere poterimus. Sed si calumnietur scriptas nos orationes recitare, aut quo eas recitemus meditari, aut mercede conductos patronos fieri; ad hæc talia cōtrauenire non oportet, dissimulandoq; dicamus minimè oīum lege prohiberi aut se scripta, aut illū modo scripta loqui; lege nanq; talia patrare nō permitti: loqui verò vt quisq; velit, facile fini. Dicendum quoq; erit vsq; adeo aduersarij delicta, vel ipsius eius sententia per magna esse, vt existimet me nunquam dignè in se accusando satisfacere posse, nisi quæ dicturus essem antea scriberem, ac multum temporis meditatus sim.

Ad

Ad scriptarum igitur orationum calumnias sic occurrere poterimus. Si verò dixerint nos discere, meditariq; dicendi facultatem: confitebimur id quidem, dicemusque, nos quidem, quos ais dicere, neque calumniatores, neque contentiosi certe sumus. tu verò, qui oratoriam tenes, cum hoc tempore, tum sæpe aliàs nos calumnijs circumuenire deprehensus es. Quare conducere ciuibus videtur, vt, & ille oratoriam discat: non enim sic malum, neque insimulatorem eum fore. Eodem quoque modo si quis nos mercede conductos causarum patronos dicat, & fatebitur, & cauillabimur huiusque rei authorem accusatorem nostrum, ac reliquos demonstrabimus. Mercedem autem species diuidemus, dicemusque alios pecunijs, alios gratis, alios supplicijs, alios honoribus aduocatos assistere. Te igitur gratis id obire muneris ostende: aduersarium verò dicito, ne paruo quidem pretio aduocatum assistere; eum nanque vt aliquid argenti iniuste capiat, nō autem ne persoluat, in iudicium ire. Idem quoque modus seruandus est, si quis nos, aut aliquos edocere dixerit, qui controuersijs apud iudices vtantur, aut iudiciales orationes conscribere; nam & alios omnes ostendes pro viribus adiumento amicis esse, & docendo quidem, & consulendo: & artificiosissime in huiusmodi rebus occurres. Oportet autem & circa interrogationes, atque responsiones, quotquot in huiusmodi speciebus inciderint, ne nos negligentia vlla capiat, sed quæ respondeo, concedantur, quæque negētur, sunt considerandæ. Concessiones igitur sunt huiusmodi. Mihi filium enecasti: enecaui equidem: nam ille in me prius distinxit gladium.

filium mihi pulsasti. pulsaui equidem: iniuria enim in me ptius manus iniecit. Mihi caput confregisti. confregi equidem: nam noctu impetum in meam fecisti domum. Tales igitur concessiones legibus freti nonnunquam facimus. Huiusmodi vero negationes legem declinant. Mihi filium occidisti. non ego quidem. sed lex occidit. Hæc aũt omnia ita oportet rñdere, cum duarum legum altera iubet hoc faciendum, altera non uetet. Quæ igitur in aduersarios dicenda sunt, ex his omnibus colliges. Post hæc autem eorum, quæ antedixerimus iteratione breuis est admonitio adhibenda. Ea uerò est vtilis omni tempore: quamobrem, & singulis in speciebus ea iteratione vtendum est. Verum in accusationibus maxime, & defensionibus ea congruit: Itidem quoque in suasionibus, atque dissuasionibus. Neque solum ea hic commemorare, quæ antedixerimus quemadmodum in laudando, & vituperando; verum etiam animos iudicium in beneuolentiam nostram conciliare, & in aduersarios concitare debemus. Hanc vero iterationem in orationis partibus postremam constituimus. hæc enim facit, vt reminiscaris summatim quæ dicta sunt enumerando, aut ratiocinando, aut interrogando, tua quidem, quæ optima sunt: aduersariorum autem, quæ nequissima, si quidem interrogationis figura vti volueris. cuiusmodi autem vnumquodque horum sit, ex ijs cognoscere possumus, quæ superius dicta sunt. In beneuolentiam verò nostram iudices conciliabimus, & in aduersarios concitabimus ex ijs beneficijs, vt etiam in deliberatiuo genere summatim ostendimus, quibus nos aut amici nostri ipsos, a quibus iniuriam

iniuriam suscipimus ipsorum necessarios, seu iudices ipsos, vel eos, qui eis curæ sunt, siue afferimus, siue afficimus, siue sumus affecturi, & si ipsi dixerimus nunc tempus esse referendarum pro susceptis beneficijs gratiarum. & si eos in commiserationem, si opus fuerit, adduxerimus. Hoc autem eo facimus, quo nostram in auditores beneuolentiam demonstremus, & quam indigne ob ea, quæ male passi fuerimus, aut patimur, passuriue sumus, miseria præmimur, nisi hi nobis adiumento fuerint. Si uerò nihil nobis adsit huiusmodi, commemorabimus quibus bonis priuati fuerimus, aut priuamur, aut priuauabimur, vbi iudices nõ neglexerit: seu vt nunquam boni quippiã nacti fuerimus, aut nanciscimur, aut vacturi sumus, nili ab ijs auxiliũ meruimus. Ex his nanque commiseratione nos dignus constituemus. & auditores nobis cõciliabimus. Aduersarios vero calumnijs circunuentos in inuidiam, & odium apud auditores ex horum contrarijs adducemus. cum ostẽderimus ab his, aut horum amicis auditores ipsos, ipsorumue necessarios mali quippiã indigne passos, aut pati, aut passuros. ex huiusmodi enim rebus ad odiũ, & iram in aduersarios rapientur. Sin autem hęc fieri commode nequiuerint, ea in unum redigemus, quibus auditores in aduersarios ad inuidiã cõcitemus. Inuidia nanque propinqua est odio. his autem summatim inuidebitur, si eos indigne fortunatos, & ab auditoribus animo alienos ostenderimus percurrentes quam multa bona iniuste passi fuerint, aut patiuntur, passuriue sunt. Aut quam nunquam nullius boni indiguerint, uel indigent, vel indigebunt, aut quam in nihil unquam mali inciderint, seu inci-

dunt, seu incident, nisi nunc à iudicibus puniantur. Ex his igitur rebus auditorum nobis animos ad benevolentiam in conclusionibus constituere, & in aduersarios contra commouere poterimus. Ex omnibus verò supradictis accusationes, defensionesque quam aptissime ordinabimus.

EXPLANATIONES.

Reliquum est, vt accusandi] *Exordia in genere iudiciali idem valent, quod in cœmedijs prologi, & in heroico carmine propositum: siquidem in his specimen conspiciatur futuræ orationis, vt iudices præcognoscant, quibus de rebus sermo futurus sit: atque ne eorum animi suspensi maneant: nam qui indefinitè dici, is auditores cogit huc, atque illuc vagari. Maximè porrò conuenit oratorem in hoc genere dicentem vti proemio, ac eò magis si defensoris partes ferat, quam si accusatoris: etenim accusatori propria est peroratio. quare orator, qui defendit, rursò id efficit, nisi calumniæ præcesserint. verum, cum defensio cum insinuatione in proemio ponatur; idcirco de locis, quibus calumniæ dissoluantur, hoc tempore disputat Arist. atque copiosè in lib. 3. disserit.*

Ad attentionem autem ab ijsdem locis exhortabimur] *In hoc potissimum genere locos constituere oportet, qui reddant nobis auditores attentos, dociles, ac benevolos. de his verò satis antea locutus est. nunc verò eadem fere repetit.*

Quemadmodum igitur eas insimulationes sumus dissoluturi, deinceps ostendam] *diluendæ autem sunt calumniæ ex locis aut a persona desumptis, aut à re ipsa. locos verò, ex quibus calumniæ depellantur sive à persona, sive à re, undecim numerauimus in lib.*

lib. 3. Rhet. ab Aristot. expositas: & hæc leges: ne ea, quæ dicta iam sunt, repetamus. Verum hoc quidem loco à persona accipit loca, quorum primum est à iudicum persona: ut quibus rebus correpturos iudices aduersarios putes, his eos præueniens corripias. secundum à persona aduersariorum: ut s. res in aduersarios transferas. tertium, si id minime poteris; in alios quosdam vertas, asserens te coactum ab aduersarijs, non tua sententia in certamen descendisse. à quib. verò, quot, quæ, & quales in causa sint personæ, postea exponit. Quòd, si crimini pro confesso obnoxius] hoc autem tempore duo sunt efficienda: primum ut præoccupatione vtamur, de qua antea copiosè Arist. locutus est. Deinde ab octo illis locis communibus, quæ sunt iustum, honestum legitimum, utile, iucundum, facile, possibile, & necessarium, demonstres non ex opinione, ac suspitione ferendam esse prius sententiam, quàm res fuerit audita.

Eas verò, quæ circa rem sunt, ita repellemus] *primus locus, qui à re sumitur, est, ut maledictum crimini des: secundus ut iniuriam, tertius ut cupiditatem, quartus ut pertinaciam: quintus, ut iram prætendamus, quòd nullo alio modo ius consequi possibile sit.*

Exordia verò in genere iudiciali eodem modo collocabimus, sicut etiam in deliberatiuo] *quamquam genus deliberatiuum exordia à genere iudiciali sumit: attamen inquit Aristot. exordia in iudiciali collocanda esse, atque disponenda, veluti ea, quæ ad deliberatiuum pertinent. sed à persona dicentis, aut aduersarij ducitur talis ordo. primum à persona oratoris initium faciet ad dissoluendam aduersariorum calumniam illatam, aut ad ea extenuanda, quæ existimari possent contraria his, quæ ipse dicit. Aut ad calumniam inferendam, si aduersarij præcesserint*

defensiones, uel aliquæ communes existimationes contrarij. Deinde amplificabis tua, si præcesserint aduersarij extenuationes, uel communes existimationes contrarij. Eadem etiam ratione narrationes exordio coniungemus] duo sunt facienda in narratione, quæ ad genus attinet iudiciale: primum, ut narrationem ostendamus ex rebus probabilibus, & iustis particulatim. deinde, nisi id fecerimus, eam separatim ordinemus tanquam in unum corpus. Et propterea hæc præcipit Aristot. in lib. tertio Rheto. Et primum præceptum est, ut nec in genere demonstratiuo, nec in iudiciali narratio sit sermo continuus, imo in tot partes distinctus esse debet, quot seorsum probari, ac demonstrari possint: ut in hac parte fortis, in illa prudens, & in ista iustus esse declaretur. secundum est, ut nec longa, nec breuis sit narratio, nec exordium, nec probationes: ex his enim conflaret oratio longissima, aut admodum breuis. Cæterum generis iudicialis propria narratio est, & perfecta, si ea explices, quæ mouere possit auditores ad credendum rem factam fuisse, & iniuria fuisse, uel damno: uel tantam factam esse, quantam uelis, ut iudices credant. atque hæc est accusatoris narratio. Defensor uerò contraria narret, ut scilicet non sit facta, aut quòd, si facta sit; non iniuria, uel non damno: uel quòd non tanta. Differt autem narratio accusatoris, & defensoris: etenim defensor breuiorem habebit narrationem, atque eam per quæstiones tractabit, quemadmodum quòd non factum sit: aut, si sit factum; non iniuria, aut damno, aut quòd non tantum: nam qui defendit à quæstione, de qua in sequenti capite agetur, recedere non debet. Accusatoris autem narratio longior sit: quia qui accusat, probet, est necesse. itaque plura requirit. Adde uerò narrationi ea, quæ uel tuas uirtutes, uel aduersarij uitia explicant. & hæc latenter

ter facienda sunt. Adde quoque ea, quæ iudicibus sint iucunda: sic enim benevolos reddes. sed hæc, & maiora lege in lib. tertio Rhetor.

Deinde uerò erit confirmatio] Si aduersarij rebus contradixerint; confirmatio fiat ex probationibus: si uerò consenserint; ex iustis, & utilibus, honestis, & huiusce generis similibus sit. probationes, autem aliæ sunt artificiosæ, aliæ artis expertes. primum collocandæ sunt hæ, quæ artis expertes sunt, quæ sunt quinque, leges, scilicet testes, quæstiones conuenta, sine pacta, & iusiurandum. hæ quidem probationes primum tenebunt locum: secundum uerò artificiosæ, quæ sunt enthymemata, aut sententiæ enthymematicæ, quæ sumuntur à probabili, exemplis, coniecturis, signis, argumentis. uerum de his plura habes in libro tertio Rheto. ubi scribit Arist. exemplorum usum uariorem esse debere in iudiciali genere, atque in eodem plurimum posse orationem moratam, atque affectam. sed quonam pacto enthymematis utamur, & quæ obseruanda, & de confutatione argumentorum in eodem loco reperies.

De Quæstionis speciebus. Cap. XXXVI.

Quærendi autem species separatim quidem ipsa raro constituitur, sed alijs speciebus commiscetur, & aduersus contradictiones maxime est utilis. Veruntamen ne huius nos ordo lateat, si quando uel oratio, vel vita hominum aut actio, aut ciuitatis administratio quærenda contingeret; item etiam hac de parte summatim percurram. Est igitur quærentibus eodem quasi modo exordiendum, sicut etiam calumnia circumuentos oportere docuimus. Quare, cum idoneas in principijs

causas attulerimus, quibus id recte facere videamur, ita ad quærendum veniemus. Causæ autem congruent in ciuilibus quidem conuentibus, qđ aut contentionem quadam, quin potius ne audiatores lateat, id facimus; demum quod nobis hi prius molesti fuerint. In priuatis verò vel inimicitias, vel paruas eorum, qui quæruntur consuetudines, vel in eos ipsos beneuolentiam, vel, vt quæ agunt remittentes, non amplius hęc faciãt, proferre oportebit. In publicis autem, si legitimum, & iustum, & publicam vtilitatem proferemus. Ex ijs autem, & his similibus exordio constituto, ac singulis deinceps propositis aut dictis aut gestis, aut cogitatis quæremus, eaque demõstrabimus & iustis, & legitimis, & priuatis, & publicis vtilitatibus aduersari. Et omnia demum considerabimus, si quo in loco ipsa sibi, uel moribus proborum hominum, officijsve dissentiũt. Sed, ne in singulis enarrandis longiore vtamur oratione, quo pluribus illustrium studiorum, aut rerum, aut verborum, aut consuetudinum res eorum, quos quærimus, aduersari ostenderimus; eò ipsos obscuriores apud auditores constituemus. Opus est autem non tristi, & acerbo quodam, sed mitti manuetoq; vultu quæramus. Hoc enim modo verisimiliores reddentur apud auditores habitæ orationes, & oratores ipsi nullum de se relinquent in simulationi locum. Vbi vero diligenter omnia quæsieris, atque amplificaueris; orationis exitum breui iteratione terminabis, & vt eorum, quæ dicta fuerint, auditores reminiscantur efficies. Has igitur species, vbi hoc pacto constituerimus, pulcherrime ipsis vti poterimus.

EXPLANATIONES.

Quærendi autem species,] *Quæstio autem, de qua hoc agit tempore Arist. est septima species, quæ à tribus causarum generibus proficiscitur. hæc quamquam communis est, cuique generi; tamen propria est iudiciali.*

Peroratio antedictorum animum per enumerationem, & amplificationem.
Cap. XXXVII.

OPus est præterea orando, & scribendo in id quam maxime enitamur, elaboremusque, vt pro rerum natura verba accommodemus, & ita nosmetipsos trita consuetudine ijs cunctis exerceamus, vt eorum vsus nobis in promptu sit atque vt ex arte quidem dicere possimus, tum in priuatis, publicisque disceptationibus, tum ijs etiam in sermonibus, quos aduersus alios habuerimus, plurima hinc & artificiosissima adiumenta suscipiemus. Elaborandum est etiam vt non circa uerba orator duntaxat, uerum etiã circa uitam, quam antedictis speciebus exornat atque magnificet, suam diligentiam omnem studiumque accommodet. Nam vitæ compositio, & ad suadendum, & ad boni, & æqui uiri existimationem adipiscendam conduci plurimum. Primum igitur diuidendæ sunt secundem omnẽ disciplinæ distributionem, quid primum, quid secundum, quid tertium, quid quartum tractandum sit. Demum ea tibi sunt præparanda, quæ circa auditores attenduntur; de quibus in exordijs docuimus. Enimuero beneuolentiam à per-

sona

sona tua captare poteris, si promissis insistas, & eosdem amicos in omnem vitam tueare, neque in alijs actionibus inconstans esse, sed ijsdem semper vti videare. Attenti autem sient auditores si his in negotijs verseris, quæ & magna, & honesta sunt, multisque conducant Cum verò beneuolos auditores reddideris, vbi ad negotiorum expositionem abs te deuentum est, quæcunque propulsationem malorum bonorum autem continent exhibitionem, facile apud illos admittantur, quæcunque uero secus sunt reijciũtur. Sed pro celeri, & aperta, & uerisimili narratione hæ sunt tibi faciunda. Celeriter autem absolues, si non omnia volueris simul agere, sed prius primo, & quod reliqui est deinceps. Dilucidè uero, si non statim relicta actione in alias res prius transieris. quam illam absolueris. Verisimiliter autem, si nihil a tuo more alienum agas: item si non eosdem finxeris, & inimicos tibi, & amicos esse. Ex his aut probationibus eas assumemus, de quibus ita scientiam ad perficienda negotia tenemus, ut ea alijs interpretari, & explicari possimus. De quibus autem scientiam nõ habemus, eas prout sæpius accidere solent, assumemus: tutissimè nanque in huiusmodi rebus egeris, si consuetudinem sequi uolueris. In certamine vero contra aduersarios, si quidem oratione contenditur, ex ijs, quæ dicta sunt nostram confirmationem faciemus. Sin uero contractib. hoc faciemus, si ẽm leges, & nõ scriptas, & scriptas, cum testib. quam optimis, ac tempore præfinito eos confecerimus. Ex conclusione vero eorum, quæ dicta fuerint, reminisci auditores faciemus, si quæ gesta sunt, summatim rursum dicemus. Ex his autem quæ agimus, ita cõmouebi-

mouebimus quandocunque eadem negotia, uel similia prioribus tractemus. Beneuoli autem nobis erunt auditores, si ea gesserimus, quibus aliquid beneficij susceptisse, aut susceperi videbãtur. Magnas autem res geremus, si ea negocia tractauerimus, quæ multorum sint bonorum causa. Hoc igitur modo, quæ ad uitam pertinent, præparanda sunt: ex priore autem instituto circa orationem est exercitatio adhibenda. Sacrificia verò, uti præmissum, est faciemus ad deos quidem pie, ad sumptus autem moderate, ad spectacula vero splendidè, ad ciues autem utiliter. Et aduersus immortales quidem Deos ea habebunt piè; si patrio more sacrificemus, ad sumptus, autem moderatè, si non quæcunque missa fuerint, ab his, qui sumptibus præsunt, consumantur, ad spectacula uero splendide, si magnifico sint apparatu constituta: ad ciues autem utiliter, si & equites, & grauioris armaturæ pedites belle instructi pompam celebrent. Quæ igitur hoc modo mortales in Deos fecerint, pie certe fecerint. Eos autem amicos comparabimus, qui sint nobis moribus non dissimiles, & quibus eadem, quæ etiam nobis conducant, & quibus magnis in rebus communis nobiscum fortuna sit. talis enim amicitia perdurat maxime. Socios autem eos facere debemus, qui, & iustissimi sint, & non mediocri ualeant potentia, & in proximo habitent. hostes autem faciemus, qui horum sint contrarij. Suscipiendum autem bellum in eos est, qui rempublicã, aut eius siue amicos, siue socios iniuria uiolare moliũtur. Præsidia autem habeamus oportet aut nostra, aut sociorum, aut hospitum causa, & primo quidẽ nostra, demum sociorum, tertio uero hospitum.

De

De tributis autem id quidem est optimũ, quod à priuatis prouentibus, ac possessionibus proficiscitur: secundum verò à censibus: tertium autẽ à pauperib. qui sua corpora ministeris præbent, ab opificibus autem arma, à locupletibus verò pecuniæ. De administratione autem reipublicæ popularis quidẽ principatus est optimus, in quo leges optimatibus honores distribuunt. plebs verò neque dandis priuatur suffragijs, neque serẽdis quidem sententijs proxima verò illa est, in qua leges à ditioribus assici contumelia plebem nõ sinunt. Principatus autem paucorũ duo sunt genera: aut enim est ex amicitia & societate quadam, aut à cẽsibus. Necesse autem est socios facíamus; cum ciues minus ex sese potẽtes sũt, qui tum solum, tum oppida tueantur, aut hostibus repugnent. Est autem societas omittenda, cum aut eam facere non sit opus, aut socij lõge à nobis distent, neque potentes sint, qui opportune adsint. Cuius autem bonus est, qui amicos ciuitati utilissimos comparat, inimicos verò & pauciſſimos, & infirmiſſimos: quique sine ulla priuatorum bonorum publicatione prouentus comparat quam plurimos, & qui sese iustissimũ præbens, eos in quæstionem agit, qui rerum publicarum aliquid per iniustitiam violant. Largitionibus uero utuntur omnes, aut quoniam aliquid inde sperant commodorum, aut quo susceptorum beneficiorum gratiam referant. Obsequũtur autem omnes aut lucri, aut honoris, aut voluptatis, aut timoris gratia. Commentationibus uerò utuntur omnes aut sponte, aut inuitè. omnes enim actiones, aut ui, aut suasione, aut fraude, aut occasione perficiuntur. in bello autem uincitur, aut fortuna, aut corporum multitudine,

tudine, robustitateve, aut peculiarum copia, aut oppotrunitate locorum, aut uirtute sociorum, aut consilio, & calliditate imperatoris. Socios verò delinquendos putant, aut maiore utilitate, aut velli solutione. Iustè autem agere est communes sequi utilitatis consuetudines, parere legibus priuataque pacta seruare. Conducit autẽ corpori quidem bona habitudo & formæ dignitas, aut uires, & bona ualetudo: animo uero sapientia, fortitudo, temperantia, iustitia: his autem utrique pecuniæ, & amici. Inutilia, uerò sunt horum contraria. plurimum verò utilitatis affert bonorum ciuium multitudo.

ARISTOTELIS STAGIRITÆ, PERIPATETICORVM PRINCIPIS POETICA.

ALEXANDRO PACCIO, Patritio Florentino interprete.

SVMMA LIBRI.

De Poeseum conuenientiæ, ac differentijs: Poesis origine, ac incremento: Tragœdiæ essentia, partibus, ac speciebus: Epopœie pariter: Poetarum increpationibus, ac defensionibus: Tragœdiæq; & Epopœie comparatione.

Quod sit operis propositum. Quæ Poeseum conuenientia, ac penes imitationes differentiæ.

Caput Primum.

DE Poetica, eiusque generibus, quam facultatem singula habeant: & quo pacto, ut recte Poesis se habeat, componi fabulas oporteat ex quot etiam, quibusque partibus constet: de omnibus item, quæcunque ad hanc viam,

viam, & rationem pertinent, dicamus, initio secundum naturam sumpto, primum à primis. Epopæia sanè, Tragædiæque Poesis, Comœdia insuper, ac Dithyrambica, tum pleræque illarum, quas ad tibias citharasue accommodamus, omnes prorsus in hoc uno conueniunt, ut imitatio sint. Tribus autem differunt inter se; aut quod genere diuersis imitantur, aut quòd res diuersas, aut quòd modo diuerso, minimeque secundum eandem rationem. Vt enim coloribus atque figuris pleraque quidam æmulantes imitantur, hi quidem arte, consuetudine illi, nonnulli etiam uoce, ita quoque, & in dictis artibus accidit. etenim omnes imitationem exercent, numero dico, sermone, harmonia, hisque uel separatim. uel promiscue. verbi gratia: Harmonia simul, & numero tantum utuntur illæ, quæ ad tibias, quæue ad citharas pertinent: tum si quæ aliæ sint, quæ facultatem huiusmodi sortiantur, ut est illa fistularum. Numero uero ipso seorsum ab harmonia imitari, saltantium est, quandoquidem hi gesticulationis numerosa uarietate mores, perturbationes, actionesque imitantur. Nudis autem sermonibus, siue metris solummodo Epopœia utitur metrorum quidem hactenus, siue mixtis aliquibus inter se, siue generis eiusdem alicuius. Nam quod Sophronis, & Xenarchimimis commune dicamus, sermonibusque Socraticis, aliud prorsus habemus, nihil, nec item, si quis trimetris, elegis, alijsue talibus aliquibus imitationem fecerit. Quamquam homines, ipsi metro fingere adiungentes, elegorum fictores hos, hexametrorum illos nominant, non quidem secundum imitationem,

rationem, sed communiter secundum metrum poetas ipsos appellantes. Etenim si quid medicum, harmonicumve numeris efferunt, hac sane ratione appellare, consueuerunt. Homero quoque, atque Empedocli nihil planè præter metrum commune est. quamobrem legitimus quidem ille poeta, hic physicus potius quam poeta, merito vocandus est. Similiter quoque si quis metra permiscens uniuersa, imitationem tamen minime fecerit, vt ipse Chæremon, qui Hippocentaurum omnifariam numerorum mixtum centonem edidit, non iam poeta appellandus. De his igitur per hunc modum determinatum sit. Sunt vero qui his omnibus promiscue vtantur, numero dico, harmonia, metro, ut Dithyramborum, Minorumve poesis, Tragœdia insuper atque Comœdia, quæ tamen hoc differunt, quòd illæ quidem simul omnibus, hæ vero particulatim vtuntur. Has igitur artium differentias dico in quibus imitatio fit. Quoniam uerò qui imitantur, agentes ipsos imitantur, hos autem uel probos, uel improbos esse oportet, ut quos duntaxat ferè semper ipsi mores concomitentur (etenim per uitium atque uirtutem moribus omnes differunt) necesse est (quod etiam pictores faciunt) uel meliores, uel similes, uel deteriores imitari. Polygnotus quidem meliores. Pauson deteriores, Dionysius uerò similes effingebat. Ex quo liquido apparet, imitationum singularum unamquamque tales differentias sortiri, planeque diuersam euadere, quòd res diuersas ad hunc modum imitetur, etenim tum in saltatione, tum in tibiarum citharæumue modulatione, huiusmodi dissimilitudines

dines fieri contingit. Similiter quoq; & quæ circa sermones & nuda carmina versantur exempli gratia: Homerus præstantes effingit, Cleophon similes: Hegemon verò ille Thasius (qui primus parodias scripsit) necnon Nicocharis qui deliadem, viles. Pari ratione, & qui per Dithyrambos, & Mimos, vt fatuos, & Cyclopas Timotheus, & Philoxenus vtique imitantur. Qua etiam dissimilitudine Tragœdiam à Comœdia differre dicimus, hæc enim humiliores, illa vero præstantiores, quam qui modo sunt. Tertia præterea in his differentia est, quo quisque modo singula imitetur. fieri enim potest, vt eisdem eadem diuersa tamen ratione imitetur aliquando quidem narrantes nos, idq; modo alienam personam induti, (quod Homerus facit) modo vt ijdem ipsi non mutati, aliquando verò quasi negotiantes omnes, & agentes introducentes. Atque in his planè tribus differentijs (vt à principio diximus) imitatio est, quibus videlicet, quæ, & quo modo. Quo sanè fit, vt ab Homero Sophocles aliquo pacto in imitatione non discrepet, quod vterque præstantes imitetur, nec item ab Aristophana quod vterq; negotiantes, & agentes. vnde δράματα. ideò actus ipsos, nõnulli ab agentium imitatione appellari dicunt. Quamobrem Tragœdiam, atque Comœdiam Dorienses sibi vendicant, Comœdiam quidem Megarenses, tam hi qui hic sunt, vt eo tempore inuentam, quo populari administratione eorũ respublica regebatur, quã qui ex Sicilia. si quidem ab his poeta Epicharmus prodidit, multo sanè prior Chonida, atque Magnes. Tragœdiam vero quidam in Peloponnesio, eiusque rei indicium illi vocabula esse volunt, cum ipsi

quidem κώμας vicos appellari dicant, Athenienses vero δήμους, quasi comędos, non à κωμάζειν, hoc est, à comessando, sed tanquam errantes per comas, id est vicos, in vrbe despectui habitos dictos existimant. rursus hi quidem facere δρᾶν Athenienses vero πράττειν dicunt. Ac de imitationis hactenus differentijs, quot videlicet, & quales, hæc dicta sint.

De ipsius Poeticæ, suarumq; specierum origine, ipsarum incremento ac mutatione: Tragœdiæ atque Epopœiæ similitudine.
Cap. II.

CAeterum à duabus causis, & quidem naturalibus, videtur Poetica habuisse originē. Nam & insitum est à natura hominibus à pueris imitari, & differunt à cæteris animantibus, tum & aptissimi ad imitationē sunt, tum & primas disciplinas imitando acquirunt. & vnusquisque iuxta imitationibus gaudet. Cuius rei, quod in operibus accidit, argumentum sit. Etenim quæ ipsi eum molestia aspicimus, eorum imagines affabre factas gaudentes intuemur, vt ferarum formas truculentarum, cadauerumve. Huius vero ratio sit, & non solum philosophis, sed etiam cæteris mortalibus addiscere iucundissimum est. quanquam modice in hoc hi cōicent: ideoq; huiusmodi imagines inspicientes gaudent, qm ex illarum cōtemplatione accidit, vt & discant vnumquodque & in eis, & hoc ipsum sit illud probe ratiocinentur. alioqui si veras formas neutiquam inspexissent, nullā omnino voluptatem præberet imitatio, præterquā vel opificio, vel colore, vel tali aliqua ratione.

Cum

Cum vero nobis natura insita sint imitatio, harmonia, numerus (metra enim numeri partes esse, satis apparet) ab initio ad hæc maximè facti, ea paulatim promouentes ex ipsis quidem ex temporariis Poeticam genuerunt in diuersa vero abijt pro vniuscuiusq; natura. Vt enim actiones honestas digniores, taliumq; fortunas imitabantur: ita prauas humiliores, sanè primum conuitijs agentes, quemadmodum superiores hymnis laudationibusve. Ante vero Homerum nullum omnino tale poema habemus, tametsi plura extitisse credere par est. Extat autem ipsius Homeri (vt ab eo initium sumamus) Margites, & huic consimilia, quibus insuper, quod maxime congrueret, iambicū metrum accessit, iambicumq; propterea nunc appellatur, & his plerunq; numeris veteres ἰαμβίζειν, id est, conuitiari inuicem soliti sint. E veteribus aliqui herorici, aliqui iambici poetæ extitere. At vero ipse Homerus, quemadmodum præcipuè heroicus fuit, (solus enim hic nō modo rectè, sed actionum imitationibus referta poemata condidit: sic etiam Comœdiæ normam primus tradidit, non quidem probris, sed ridiculis in actum formam collatis. Et sanè similis in Margite ratio. hic enim ita se ad Comœdiam habet, vt ad Tragœdiam Ilias, atque Odyssæa. Alij vero pro vniuscuiusque ingenio impulsi, ad alteram tantum Poeticæ huius partem animum applicuerunt. sicque nonnulli loco iambicorum comici, nonnulli loco hexametrorum tragici, vt qui circa sublimiorem, honoratioremve dicendi characterem versati sint, Tragœdiæ doctores extiterunt. An verò Tragœdia, quatenus attinet ad ipsa genera, satis ad-

huc sit absoluta, necne, cum id per se iudicando, tum ad theatra referendo, alia considerandi ratio est. Cum igitur à principio rudes essent, planeq; informes Tragœdia atque Comœdia, illa quidem ab ijs qui Dithyrambum, hæc autē (quantum seipsa aperiebat) ab ijs qui Phallica produxerunt, quæ nostra etiam tempestate in vrbibus non paucis in consuetudinem ex lege recepta sunt, paulatim auctæ fuere. Sicque Tragœdia diuersis mutationibus variata quoad ꝑprios numeros impleret, tandem quieuit. Tunc enim histrionum numerum, ex vno videlicet in duos Aeschylus primus auxit, & ea, quæ circa chorum sunt, imminuit, sermonemque primarum partium instituit: quos Sophocles ipse cum scenæ ornatu ad tertias vsq; produxit. Ad hæc ad magnitudinem ab exiguis fabulis, & ab ridicula dictione, satyris exclusis, ad grauem habitum prouecta, sero tandem quieuit, senariūque metrum ex octonario adoptauit. hoc enim antea metro vtebantur, ꝙ satyrica, magisq; saltatoria Poesis esset. Itaq; elocutioni iam constitutæ natura ipsa proprium adinuenit metrum. Maximè enim sermonibus aptū alternis iambicum esse argumento sit, ꝙ in differendo plurimi sane iambi, rarissima verò hexametra mutuo in sermone à nobis proficiscuntur: licet et colloquij ipsius harmoniam excedentibus. Ad hæc Episodia quoq; plura, cæteraque, vt singula exornata fuisse dicuntur. De his igitur satis, nimis enim fortasse operosum sit in singulis immorari. Comœdia autem est (vt diximus) peiorum quidem imitatio, non tamen secundum omne vitij genus, quamquam ridiculum à turpi proficiscitur. Ridiculum enim aliquo pacto

peccatum est, & turpitudo sine dolore, minimeque noxia, perinde ac ridicula statim appareat de formis facies distorta sine dolore. Igitur de promotione Tragœdię, & per quos, satis cōstat, secus vero de Comœdia. siquidem initio, ꝙparum sui studiosos habuerit, latuit, sero enim ab Archonte comœdorum chorus, vt quisq; sese obtulisset, inductus est. Eius vero professores. vbi iam aliquam speciem præ se tulit, memorantur. Quis autem personas, prologos, histrionum multitudinem cæteraque huiusmodi protulerit, prorsus obscurum. Cæterum confingere fabulas quod quidem à Sicilia primū manauit, Epicharmus, & Phormis cœperunt, sicuti quoque ex Athenienſibus Crates, iambica prorsus ratione omissa, in vniuersum sermones, vel fabulas confinxit. Itaque Tragœdiæ Epopœia dūtaxat similis esse apparet, quod metrico sermone præstantium imitatio est. hos differt, ꝙ simplici vtitur metro, quodq; enarratio est, longitudine præterea, quoniam Tragœdiæ quidē intra vnius potissimum solis, vel paulo plus minusve periodum actio est, quandoquidem Epopœia temporis spatio non vrgetur. qua sane libertate in Tragędijs, perinde ac in hexametris, à principio vsi sunt. Circa vero partes, vt hæ am bæ in aliquibus inter se nō discrepant, ita propriæ nonnullæ, atque peculiares huius sunt. Quo fit, vt qui de Tragœdiæ virtute ac vitio diiudicare nouerit, idem quoque & de hexametris nouerit, si quidem quæ hexametrorū sunt, in Tragœdia prorsus inesse apparet, quæ vero Tragœdiæ, in his non omnino. De hexametri igitur imitatione, atq; Comędiæ, post dicemus. nunc autem de Tragœdia, cuius essentiæ definitionem

nitionem, veluti iam enatam ex his quæ dicta sunt, iterum sumentes, hanc esse dicimus.

Quæ sit Tragœdiæ essentiæ definitio.
Cap. III.

TRagœdia est imitatio actionis illustris, absolutæ, magnitudinem habentis, sermone suaui, separatim singulis generibus in partibus agentibus, non per enarrationem, per misericordiam vero atque terrorem perturbationes huiusmodi purgans. Sermonem suauem appello, in quo numerus, harmonia, & melos inest, id vero separatim genere distinctū, cùm metro tantum quædam absoluantur, quædam rursum melodia.

Quot, & quæ sint ipsius Tragœdiæ partes quales, & quem inter se ordinem habeant.
Cap. IIII.

QVoniam vero tota imitatio in actione versatur, primum quidem apparatum ipsum partem Tragœdiæ ponere necesse est, mox melodiam, & dictionem: vtpote ex quibus imitationem conficiant. Dictionem appello, illam quidem metrorum compositionem. Melodiā, cuius omnino vis per se ipsa satis apparet. Sed quoniam actionis imitatio est, agiturq; ab agentibus quibusdam, quos tum moribus, tum sentētia tales esse omnino oportet, sicuti quoq; & actiones aliquas esse tales dicimus, manifestum est harum actionum duas esse causas, sententiam, & mores, per quas planè vel voti compotes, vel minime compotes omnes fiunt. Ad

hæc

hæc actionis imitatio fabula est. Fabulam verò rerum ipsam compositionem appello: Mores, secundum quos agentes tales esse dicimus: Sentētiam ex quocunque dicentes vel aliquid declarant, vel mentem propriam aperiunt. Necesse est igitur cuiuslibet Tragœdiæ sex esse partes, secundum quas talis esse nuncupetur. Hæ vero sunt, fabula, mores, dictio, sententia, apparatus, melodia. Quarum duæ ad ea pertinent, quibus imitamur: vna tantum ad id, quo pacto imitamur, cæteræ vero tres ad ea, quæ imitamur, præter has, nulla. His itaque illorum non pauci partibus (vt sic dixerim) vtuntur. etenim & apparatum totum ipsum continet, mores videlicet, fabulam, dictionem, melodiam, sententiamque similiter. Horum vero maximum est, rerum constitutio, cum non hominum imitatio sit Tragœdia, sed actionis, atq; vitæ, tum felicitatis, infelicitatisve. Quippe felicitas ab actione pendet, finisque ipse actio quædam est, non qualitas. Aliqui vero per mores fiunt tales, at per ipsas actiones, sane felices vel infelices. Non ergo vt imitentur mores, in actione versantur, sed per actiones mores complectuntur. Quapropter actiones, & fabula, Tragœdiæ finis esse dicuntur omnium autem maximum finis est. etenim sine actione Tragœdia quidem fieri nō potest, sine moribus potest, si quidem iuniorum non paucæ morum expertes inueniuntur. Tum poetarum pleriq; tales omnino sunt, vt etiam ex pictoribus Zeuxim à Polygnoto differre dicimus: Polygnotus enim morum optimus expressor fuit, contra Zeuxidis pictura mores minimè referre videbatur. Si quis præterea ordine moratos sermones, di-

ctiones sententiasq; bene formatas afferat, non quidem penitus negotium, quod est ipsius Tragœdiæ proprium, assequetur. id quod illa Tragœdia multo melius præstiterit, quæ talibus vtetur, perinde ac secundo loco necessarijs, cũ iam fabulam rerumq; contextum habuerit. Ad hęc, quibus maximè mortalium animos Tragœdia delectat, fabulæ quidem partes peripetiæ ideſt, euentus in contrarium, & agnitiones, sunt. Eius præterea rei signum est, q̃ qui conficere aggrediuntur, exactum illud non ante queunt dictione, atque moribus attingere, quam actiones cõstituerint. id quod veteres poetarum fermè omnes facere consueuerunt. Est igitur principium, ac velut anima Tragœdiæ, fabula, secundo verò loco, mores, in quo etiam picturæ similis esse apparet. si quis enim fucis pulcherrimis tabulã fusim illinat, nõ æque sanè delectabit, ac si imaginem albo tantum distinxerit. Itaque actionis imitatio est, tunc per hanc potissimum agentium. Tertio sequitur sententia, hęc autem est posse explicare, quæ instant, atque quadrant: id quod insoluta oratione facultatis Ciuilis, atque Rhetoricæ proprium munus est. sanè veteres ciuiliter dicentes cõfingebant, nostri vero Rhetoricæ. Mos vero talis est, quo videlicet qualis voluntas sit in his rebus in quibus non satis liquet. sectetur ne quid, an fugiat ipse dicens, declaratur: quo fit, vt sermones interdum moribus careant. Sententia in his versatur, quę quomodo aliquid est, vel non est, ostẽdunt, vel vniuersè enunciant. Quarto sermonum distio. appello autem, quemadmodum diximus à principio, Dictionem, per verba sensus explicationẽ: id quod in metris æque ac in soluta oratione

eándem

eandem vim habet. Reliquatum verò quinque partium sic Melodia suauissima est, vt spectaculum grauissimum: quod tamen nec artificiosum est, nec ipsius Poeticæ proprium: si quidem Tragœdiæ virtus extra quoque scenam ac sine histrionibus consistit. Ad hæc ars structorum apparatuum propria magis chorago quàm poetis est.

De fabulæ magnitudine. Cap. V.

His absolutis, deinceps dicendum, qualem omnino esse deceat rerum cõtextum: hoc enim primum, maximumque in Tragœdia est, propositumque semel nobis, Tragœdiam imitationem esse actionis perfectæ, totiusque magnitudinem quidem aliquam habentis: si quidem & totum datur magnitudine carens, totum vero est quod principium, medium, atque finem habet. Principium illud esse dicimus, q̃ non necessario post aliud est: contra quod posterius aliquod esse, vel fieri natum est, Finem, huic contrarium, illud ipsum, quod post aliud natum est esse, necessario, vel plerunq;. Mediũ, quod aliquo posterius, aliquo prius est. Decet autem rite contextas fabulas minime tenere vndelibet initium sumere: nec item temere vbilibet terminari: vti vero semper supradictis partibus. Ad hæc pulchrum siue animal, siue quodcunque ex aliquibus compositum, non ordine tantum, verum etiam congruenti magnitudine constare debet: si quidem ex magnitudine, ordineq; pulchrum oritur. Nam sicuti fieri non potest, vt perexiguum omnino animal, pulchrum appareat; quandoquidem quę in in-

sensibili

sensibili tempore speculatio fit, confunditur: pari ratione nec illud, quod omnino sit permagnum, ipsa enim speculatio simul fieri non potest: illudque totum, & vnum è contemplantiũ considerationè potius elabitur: ceu si decẽ millium studiorum esset animal. Quapropter sicuti tum in corporibus. tum in animantibus magnitudinem inesse decet, eam dico quam probe oculis vsurpemus: ita & in fabulis longitudo inerit, quam quidem memoria facile complectamur. Longitudinis autẽ præfinitio, quantum ad ipsos ludos planeq; ad sensum spectat, minime artis est. Etenim, si in ludis haberi centum Tragœdias opus fuerit, vtique ad Clepsydram, vt olim non semel factitatum debent, haberi poterunt. Quę vero secundum actionis naturam fuerit, illa quidem semper, quæ longius protrahetur, donec tota simul in apertio sit, in magnitudine quidem decentior erit. Vt autem simpliciter præfiniamus, quantam esse fabulam vel deceat, vel necesse sit: eum sanè dicimus legitimum huic fore magnitudinis terminum, cũ siue ad commodam fortunam ex incommoda, siue ex commoda ad incommodam perpetua serie mutata fuerit.

De fabulæ vnitate. Cap. VI.

VNa nanq; est fabula: non autem (vt nonnulli putant) si circa vnum aliquem sit. Multa enim minimeque determinata genere accidũt: ex quibus sane quædam nullum constituunt vnum. simili ratione vnius multæ actiones sunt: ex quibus vna nunquam actio fiet. Quapropter omnes hi peccasse videntur poetæ, quicunque vel

vel Heracleida, vel Theseida, cæteraq; id genus poemata confinxere: vt qui, vnus cum sit Hercules, vnam quoq; ipsius debere esse fabulam existimauerint. Homerum vero, qui vt in alijs etiam excellit, ita in hoc quoq;, siue id artis, siue naturæ fuerit, oculatissimum fuisse apparet: quandoquidem Odysseam confingens, non sane cuncta, quæ Vlyssi acciderunt, in eam compegit: verbi gratia: saucium fuisse in Parnaso, & in ducum collectione simulasse insaniam. quorum cum alterum euenerit, minimè necessariũ fuit, vel verisimile, euenisse alterũ: quippe qui vnam duntaxat actionem, qualẽ dicimus, Odysseam videlicet, itemque Iliadem constituit. Decet igitur, quemadmodum vna vnius imitatio est in alijs imitatricibus artibus: ita & fabulam videlicet, quæ actionis imitatio sit, vnius eiusdemque integræ esse, sicque rerum inter se partes cohærere, vt ne vlla quidem vel transferri, vel subtrahi queat, quin totum illud varietur, planeq; immutetur. Quod enim vel additum, vel subtractum, totum non immutare videtur, nulla quoque eius erit pars.

Quæ sit inter Poesim, & Historiam differentia. Cap. VIII.

SAnè constat ex supradictis, non poetæ esse, facta ipsa propria narrare: sed quemadmodũ vel geri quiuerint, vel verisimile, vel omnino necessarium fuerit. Haud enim historicum, atque poetam carmen, & soluta oratio designant. quippe (quod alioqui facile factu sit) si Herodoti historia carminibus pangatur. æque nihilominus ac prius sine carmine, erit historia

historia sed hoc differunt, quòd hic quidem res gestas, ille vt geri potuerunt exponit. Quo fit, vt sapientius, atque præstantius Poesis historia sit: si quidem illa circa ipsum vniuersale plurimum versatur: hæc vero singulare sectatur. Est autem vniuersale, quæ cui conueniat, dicere vel facere, verisimiliter quidem, seu necessario: id quod spectat Poesis, cum nomina imponat. contra singulare, quid ipse Alcibiades fecerit, tuleritve. Iam verò & apud comicos id manifestum: vt qui fabulas ex verisimilibus constituentes, nomina interim pro arbitrio comminiscantur: non quidem ipsa singularia quemadmodũ iamborum compositiones facere solent. in Tragœdia autem vera nomina retinentur. cuius ratio est, quoniam credibile quidem illud est, qđ fieri potest: quæ verò nondum facta fuisse scimus, fieri quidem posse parum credimus: quæ vero facta fieri certo potuisse ambigit nemo. nã si fieri nequiuissent, nunquam profecto extitissent. Cum tamen Tragœdiarum aliquæ sanè ex notis nominibus, vno vel duobus ad summũ assumptis, reliqua deinceps confingant, aliquæ rursus quemadmodum Agathonis flos, planè omnia in quo, tametsi cum nominibus res ipsæ pariter confingantur, nihilominus delectant. Quare non omnino quærendum est, vt vulgatæ fabulæ in quibus Tragœdiæ sunt, ad vnguem retineantur. idē quærere ridiculum esset, quandoquidem illæ etiam sic notæ paucis quidem cum notæ sint, iuxta tamen cunctos delectant. Ex his igitur patet poetam fabularum magis quam carminum esse poetam, vt qui sempet circa imitationem versetur: actiones verò imitatur. Si igitur & in ea quoq;, quæ verè prius fuere,

re, fingendo incidat, non propterea à poeta discedet, quandoquidem ex his quæ gesta sunt aliqua quidem eiusmodi esse nihil prohibet, cuiusmodi vel extitisse verisimile sit, vel certe fieri potuerint: secundum quæ sanè horum poeta fuerit.

Quæ fabulæ deterrimæ, & quæ pulcherrimæ. Cap. VIII.

CAeterum simplicium fabularum actionum ve, Episodicæ quidem deterrimæ. Episodicam appello, iniqua non verisimiliter neq; necessario mutua episodia nectantur fiunt autem hæ tum ab ineptis vatibus suo vitio, tum à probatis quoque histrionum gratia. Et enim in huiusce modi certaminibus dũ fabulas plus equo sæpenumero producunt, legitimum aurhorem peruertere coguntur. Quoniam autem imitatio non tantum perfectæ actionis verum etiam miserabilium, terribilimmve est: hæc autem maximè talia erunt, potissimumq; pollebunt, quotiescunque per se ipsa inuicem admiranda illa accident: nimirum hoc pacto admirabile magis sese offert, quàm si à casu, vel a fortuna proficisci appareat. siquidem in his etiam, quæ à fortuna proueniunt, illa quidem maximam admirationem præ se ferunt, quæ veluti suapte impulsu prouenire videantur, vt in Argo Mityi statua quæ super inspectantem collapsa author̃ Mityi necis interfecit. Eiusmodi enim hæc sunt vt non temere facta esse opinemur, ideoq; pulcherrimas tales fabulas euadere necesse est.

De simplicibus, atque implexis Fabulis: Peripetia Agnitione, ac Perturbatione fabulæ partibus. Cap. IX.

FAbularum aliæ simplices, aliæ implexæ: quemadmodum & actiones, quarum imitationes sunt ipsæ fabulæ, talem illico speciem præ se ferunt. Simplicem actionem voco, in qua quidem (vt definitum est) continua vna, absque peripetia, agnitioneve, agendo fit mutatio: implexam, quæ vel agnitione, vel peripetia, vel etiam vtraque. Hæc vero in ipso rerum contextu ita astruenda sunt, vt ex his quæ prius acta fuerint, necessario sequi, aut certe verisimiliter agi videantur. Multum enim differt fiant hæc per hæc, an ex his. Peripetia est eorum, quæ aguntur, (quemadmodum dictum est) in contrarium mutatio. id autem (sicuti docuimus) aut verisimiliter, aut necessario fit: vt in Oedipode. accessit enim ille delectaturus Oedipodem, eundemque parentis incestandæ timore liberaturus: quis autem esset, vbi ostendit, contrarium effecit. In Lynceo quoque ductus ille quidem est, veluti mox immolandus: Danaus contra subsecutus, vt immolaret: sed accidit ex his quæ patrata sunt, vt hic necem, ille salutem sit assecutus. Agnitio est (vt etiam ex nomine liquet) ex ignoratione in notitiam, ad amicitiam, vel inimicitiam, illorum mutatio, qui seu felices, seu infelices determinantur. pulcherrima autem fit, si cum peripetia fuerit: vt in Oeciope. Sunt profecto & aliæ agnitiones. nam tum inanimatorum, tum quorumcunque, vt accidit, sunt: si quando (vt dictum est)

est) euenit, vt si quid patrarit quis, vel non patrarit, agnoscamus; illa tamen, quæ potissimum à fabula, quæve ab actione pendet, est, quam diximus. Etenim huiusmodi agnitio, atque peripetia, vel misericordiam, vel metum parabit. receptum autem est, actionum imitationem esse Tragœdiam, fortunatumque insuper, seu miserum fieri ex his contigerit. Quoniam vero agnitio quorundam agnitio est, alia quidem alterius ad alium tantum fit, cùm quis hic sit, illi notus est: alia rursus mutua indiget notitia. vt Iphigenia ex epistolæ illius missione ab Oreste quidem agnita; vt tamen ipsum agnosceret, alia quoque agnitione opus fuit. Partes igitur hic fabulæ duæ habentur agnitio, & peripetia: tertia supereſt. Perturbatio. nam de Peripetia, & Agnitione satis diximus. Perturbatio vero actio est lætifera, seu dolore plena: veluti cum neces, cruciatus, vulnera, cæteraque generis huius palam fiunt.

Quot & quæ sint Tragœdiæ partes quantæ. Cap. X.

CAeterum Tragœdiæ partes, quibus tanquã formis vti nos oportet, superius exposuimus: secundum vero quantitatem discretam, atque in quas secetur, sigillatim hæ sunt: Prologus, Episodium, Exodus, Choricum. Chorici vero alterum mobile, alterum stabile. sanè cunctis hæc omnibus communia: propria vero ea, quæ ad scenam pertinent, & commi. Prologus est pars Tragœdiæ iusta, ante chori ingressum. Episodium pars item iusta Tragœdiæ inter choricos perpetuos cantus. Exodus iuxta pars Tragœdiæ, post quam nullus deinceps est

chori

chori cantus. Chorici vero ingressus, chori integri prima locutio. Stabile, siue Trochæo & Anapæsto cantus. Commus, siue planctus, est luctus chori communis cũ ijs, qui in scena sunt. Partes igitur Tragœdiæ, quæ quasi formæ habendę sunt, superius explicauimus: rursus secũdum quantitatem discretam, & in quas secetur, sigillatim quoque diximus, deinceps verò, quæ fabulas texentes sectari contra quæ vitare oporteat, tum verò à quibus locis Tragœdię ipsius opus ducatur, supra dictis addendum.

Quæ vitare, sectariq; texentes fabulas oporteat & a quibus locis Tragœdiæ ipsius opus ducatur. Cap. XI.

QVoniam igitur Tragœdię pulcherrimæ cõpositio, non quidem simplex esse debet; sed implexa, eademq; terribilium, miserabiliumve imitatrix: id quod profecto imitationis huiusce proprium est. Primum quidem satis apparet minimè decere, bonos, & æquos viros ex felicibus infelices factos in scenam afferre: vt quod terrificì, miserãdive nihil habeat, sed scelesti: Pariq; ratione ab aduersa fortuna ad secundam prouectos, prauos effingere. hoc enim omnium à Tragœdia maximè alienum, quòd rerum quæ requiruntur, expers omnino sit humanitatis dico, nedum terrificì, atq; miserabilis. Sed nec omnino improbos ex secunda fortuna in aduersam lapsos: quandoquidem talis compositio, quæ alioqui humanitatem præ se ferre potest, miserandi, aut terrificì planè nihil habet. Vt enim immerentis misericordiam excitat, ita terror à simili incutitur. Quocirca cùm

cùm nec miserandi, nec terrificì quicquam ab his proueniat, reliquum est, vt ad hæc maximè idoneus is habeatur, qui medius inter tales sit. Is autem erit qui nec uirtute, nec iustitia antecellat, minimeque per nitiam, prauitatemve, in ipsam infelicitatem lapsus fuerit, uerum humano quodam errore, ex magna quidem existimatione atque felicitate: quemadmodum Oedipus, Thyestes cæteriq; ex huiusmodi generibus illustres uiri. Necesse est igitur pulchram fabulam constare magis ex uno hoc genere, quàm ex duplici, ut nõnulli putant: cuius quidem ex miseria ad felicitatem mutatio non sit: sed contra ex felicitate ad miseriam, errore sanè non leui. minimè uero per dedecus ex illo quidem virorum, de quo dictum est genere: quod ve potius ad meliores, quàm ad deteriores spectet. Huius autem rei indicium sit, vsus etenim iam inde ab initio poetæ, quascunque nacti essent fabulas, admittebant: nunc autem pulcherrimæ circa paucas omnino familias componuntur, ut sunt Alcmæonis, Oedipodis, Orestis, Meleagri, Thyestis, Telephi, cæterorumque generis huiusmodi: quibus vel facinora quidem grauia perpetrasse, vel ipsos tulisse contigit. Erit igitur pulcherrima illa Tragœdia, quæ ex huiusmodi compositione constiterit. Quamobrem illi quidem decipiuntur ob id ipsum, quo Euripidem damnant, ut qui in Tragœdijs suis illud obseruet, earumque plures in felicitatem rerminentur. id quod omnino, vt diximus, ex arte est. Argumento vero illud sit maximo, quod in scenis, atque adeo in certaminibus, hæ sit rectè recitentur, maxime quidem tragicæ apparent. Euripidesque ipse, tametsi aliqua pa-

tum rectè dispensèt, omnium tamen poetarum maxime tragicus videri potest; Secundo loco sequitur, quæ à nonnullis in primo collocatur, illa ex duplici genere compositio. quo ordine Odyssea est: vt quæ diuersa ratione partim ex præstantioribus personis, partim ex humilioribus constet. Huic sane primas tribuit theatralis imperitia. quippe vates hanc auram sequuntur componentes quidem ad vota spectatorum. Cæterum voluptas illa non Tragediæ, sed Comediæ propria est; in hac enim si qui, velut Orestes, & Aegisthus, secundum fabulam inimici fuerint, reconciliata tandem inter se amicitia, neuterq; ab altero obtruncatus discedet. Terrificum vero illud, atq; miserandum, cùm ab apparatu scenæ proficiscitur, tum à rerum compositione; id quod multo præstantius, meliorisq; vatis est. Sic enim fabulam contexuisse oportet, vt ēt sublato spectaculo quis, quæ geri contigerunt, percipiens plane exhorreat, misereaturve: quibus apprime duobus, qui fabulam Oedipodis cognouerit, afficietur. Illud autem, quod ad spectaculū pertinet, minus sanè operosum est, & impendio indiget. proinde, qui non terrificum illud, sed portentosum duntaxat spectaculo exhibent, alieni prorsus à Tragœdia habendi sunt. quippe delectatio non omniariam à Tragedia, sed quæ tantum propria ei fuerit, quærenda est. Quoniam autem à timore, misericordiave talem delectationem per imitationem poeta parare debet, satis quidem apparet in ipsis rebus id esse inferēdum. De rebus itaq; contingentibus, quæ terrifici, quæve miserabilis speciem allaturæ sint, deinceps dicere aggrediamur. Necesse autem est huiusmodi actiones vel amicorum inuicem,

hostium,

hostium, siue etiam neutrorum esse. Itaque si hostis hostem obtruncet, obtruncaturusve sit, nequaquam miserabile illud, præterquam necis ipso affectu, assequeretur: idque sequetur, si inter neutros id accidat. Perturbationes vero ipsæ, quando euenerint inter necessarios, veluti si frater fratrem, filius patrem, mater filium, filius matrem vel necet, vel necaturus sit, aut etiam tale quid facinus patret, patraturusve sit, captandæ sunt. Proinde receptas fabulas mutare non licet: verbi gratia, Clytæmnestram ab Oreste extinctam, Eriphylem ab Alcmæone; quas sanè inuenire, atq; susceptis iam rectè vti oportet. Id autem, quod diximus rectè, exactius declarandum. Fit enim interdum sic ipsa actio, quod antiqui obseruabant, perinde ac ab scientibus, & agnoscentibus: vt Euripides fecit, qui filios necantem Medeam induxit. fit etiam ab ignorantibus quidem vim facinoris, agnituris vero, mox necessitudinem: qualis Sophocleus est Oedipus: id quod omnino est extra Tragœdiam. in Tragœdia vero ipsa, vt Alcmæone Astydamas, Telegonusve in Vlysse vulnerato. Tertius præterea modus est, per ignorantiam: videlicet debere aliquem hæc facinora patrare, inter patrandum vero agnoscere. præter hos nullus est alius. siquidem quid agi, vel non agi, idq; a scientibus, vel nescientibus necesse est, è quibus faciamus prudentem aggredi, minimè vero perficere est absurdum. cum non tragicum quidem, velut perturbationis expers, sed omnino sceleratum præ se ferat. Quo fit, vt huiusmodi actionem sequatur nemo, vel certe rarissima sit inuentu, vt in Angone Creontem Aemo fecit. Proximum huic erit, scelus patra-

quo sanè potius est imprudentem quidem patrare, patrantem vero agnoscere, etenim & à fa cinore scelus abest, & ipsa plane agnitio stupo ris est plena. Nouissimum uerò præstantissimũ est: exempli gratia: in Cresphonte Merope filiũ interficere debet, non autem interficit: ita etiã. & in Iphigenia soror fratrẽ, in Helle filius matrem abalienaturus agnoscit. Quapropter (sicuti iampridem diximus) multarum familiarum Tragœdiæ non sunt. siquidem quærentes nõ ab arte quidem, sed à fortuna mutuati sunt: ita fabulas contexere. Itaque si, vt inuiti cogamur ad easdem sæpius familias recidere: quibus videlicet huiuimodi perturbationis contigerẽ. Igitur tum quales esse fabulas oporteat, satis iam dictum.

De Moribus. Cap. XII.

QVantum ad mores quatuor sanè sunt, quæ indigent cõsideratione. Eorum vnum, idque primum est, vt probi sint. Erit autem præ se ferant. vtcumque enim mos inerit: si, quem admodum dictum est, tum sermo, tum actio animi propositum, qualecunq; fuerit, indicauerit: improbus quidem si improbum, probus si probũ: id vero ineſt in vnoquoq; genere. Nam & mulier proba est, & seruus: tametsi fortasse hoc deterius, illud omnino improbum sit. Secundo loſequitur vt conuenientes sint. Fortitudo enim mos est: sed esse vel sortem, vel prudentem, vtique mulieri non conuenit. Tertio, vt constent sibi. est enim separatum hoc ab eo, quod est præ se ferre per mores probitatem, cõuenienscq; seruare. Quarto, vt æquali tenore procedant. Quãquam

quam enim histrio, vt qui talem personam induerit, inæquali appareat, omnino tamen illa inæqualitas æquabiliter perpetuo regenda. Exẽplum improbi moris sit alioqui minime necessarium: verbi gratia: in Oreste Menelaus: indecori, atque inconuenientis, Vlyssis eiulatio in Scylla: Menalippesque sermo: inæquabilis, Iphigenia in Aulide, ut cui posterior supplicatio priori non consonet. Et sanè in moribus, sicut in ipsa rerum compositione, tum necessarium, tum uerisimile exquirendum est: atque etiam uti necessario, verisimiliue ordine cuncta procedat. Quare manifestum est, fabularum solutiones ex ipsismet potissimum fabulis proficisci debere, non autem ab aliquo artificioso: vt in Medea, & in Iliade illa per nauigationem Quo sanè artificioso utendum in ijs, q̃ extra Tragœdiam sunt quæcũque videlicet vel prius fuere, quæ neutiquam fieri potest, vt alio pacto ad humanam peruenerint notitiã, vel quę futura denuntiatione, diuinationeve indigeant: quando quidem Deos cũcta inspicere, satis quidem apud nos constat. quodcunque uerò rationi consentaneum minus sit, explodendum quidem ab ipsis actionibus: si non prorsus, at à Tragœdia: vt est in Sophoclis Oedipode. Cùm verò Tragœdia præstantiorum imitatio sit passuerit quoque nos ab excellentium pictorum more non discedere: qui dum proprias, verisq; similimas imagines referre studunt, pulchriores sanè depingunt. ita etiam poeta, iracundos uidelicet, desidesq; dum imitatur, huiusmodiq; alia circa mores habentes, probitatis quidem, atque iracundiæ sibi exemplum proponere debet; velut fortem Achillem, vt ipse Homerus.

Hæc profecto seruare oportet, insuperque sensus ipsos, qui Poeticam consequuntur, præter illa quæ necessaria sunt. Etenim in his fallimur sæpenumero. sed in sermonibus iam editis satis dictum de his.

De agnitionum speciebus. Cap. XIII.

SAnè quid sit agnitio, superius declarauimus: nunc vero de ipsius generibus. Primum quidem, vt est minimè artificiosum, ita à plurimis vsurpatum, aut per dubitationem fit, aut per signa. Horum rursus ingenita aliqua: verbi gratia lancea quam Terrigenæ gestare solent: vel astra, qualia in Thyeste Carcinus: aduentitia aliqua, sed hæc vel in corpore, vt per cicatrices: vel extrinsecus, vt per monilia, per torques, &, vt in Tyro, per schapham. Possumus autem melioribus his vti, itemq; deterioribus: verbi gratia: ex cicatrice quidem Vlysses agnoscitur, nō tamen eodē modo à nutrice, & à subulcis: quādoquidem hæc fidei faciendæ gratia, artificij sunt expertita, cæteraq; huiusmodi. Quæ vero ex pepertia qualia in Niptris meliora, ordine huic proxima sunt. Quę, quoniam à poetis confinguntur, artificio non carent: qualia in Iphigenia Orestes. qui & sororem agnouit, & agnitus ab ea est. agnouit quidem ex epistola: agnitus autem ex indicijs. Hæc itaq; pro arbitrio poeta profert, non ipsa fabula ideoq; in peccatum supra dictum facilem lapsum habent. quippe nōnulla afferre permissum est: vt in Sophoclis Tereo radij vox. Tertium per reminiscentiam fit, dum spectando aliquid, in animum quid reuocamus quemadmodum in Dicæogenis Cyprijs, pictu-

picturam quidem ille inspiciens ingemuit: & in sermone apud Alcinoum audiens citharœdum Vlysses, ex recordatione fleuit, vel agnitus est. Quartum per syllogismum, vt in Chloephoris: quòd similis quidam accessit: similis autem præter Orestem nemo: Orestes ergo accessit tum, quod Polyidis de Iphigenia verisimile est enim ratiocinatum fuisse Orestem: quòd, cùm immolata soror fuerit, sibi quoq; vt immoletur contingere. tale est illud in Theodectæ Tydeo veniens ilie, quasi natum inuenturus extinguitur: & in Phœnissis, quæ locum conspicatæ, instare sibi fatum propterea commentæ sunt: quoniā in fatis haberent, ibi debere mori: etenim in eo fuerūt expositæ. Huic & adiungitur illud, quod in theatro per paralogismum fit. exempli gratia: in Vlysse falso nuncio, hic quidem arcum cogniturum se dixit: ille vero tanquam arcu cognoscendo ab eo propterea paralogismum facit. Omnium vero optimè ex parte rerū agnitio est: à qua videlicet ex verisimilibus admiratio ipsa patitur. qualis illa in Sophoclis Oedipode, & in Iphigenia. Siquidem verisimile est literas hanc mittere cupiuisse. Huiusmodi enim solæ absque vllo vel impresso signo, aut etiam extrinsecus, vt monile, fiunt. ab his vero probantur, quæ ex syllogismo.

Quopacto Decorum sit in ipsis Fabulis inueniendum. Cap. XIIII.

CAeterum constituere fabulas oportet, & ita eas elocutione construere, vt quam maxime rem ante oculos ponant, sic enim quæ manifestissima fient poeta inspiciens, perinde ac

rebus dum aguntur interfit, cum decorum ipsum inuenerit, tum pugnantia minime illum latere poterunt Argumento sit illud, quod Carcino uitio datur. etenim Amphiaraus è templo exibat: id vero cùm nõ videret spectator, obscurum fuit. cecidit autem hic à scena, cunctis ob id spectatoribus indignantibus. Proinde quantum fieri potest, fingendum illud, quod ex habitib. naturalibus paratur. quandoquidem hi maxime suapte natura persuadent qui perturbationibus affecti sunt. quo fit, vt exagitatus exagitet, perturbetque ueriſſime perturbatus. Quapropter vel versatilis ingenij viri, vel furore perciti Poetica est; etenim poetarum aliqui ab ipsa natura ad poeticam bene formati sunt, alij qui autem à mente abstrahuntur.

Confictos sermones prius in uniuersum esse explicandos: postmodum Episodia legitime constituenda. Cap. XV.

CAeterum confictos sermones oportet etiã confingentem ipsum uniuerse explicare, moxque Episodis ad hunc modum vti, ac rem diducere. Ad hunc uero modum vniuersale illud speculari oportere dico. verbi gratia: Iphigenia. constituta ad aras quædam virgo, atque ex oculis sacrificantium clàm surrepta, delata vero in aliam regionem, in qua Dex, hospitum sacrificia ex lege debebantur, eius sacri ministerio ipsa præposita est. procedente tempore, sacerdotis fratri illuc accedere cõtingit: cur autem contigerit, vt ipsum Deus ob quandam culpam venire illuc impulerit, extra vniuersale est: quorsum uero, extra fabulam. Itaque cùm

accessiſ-

accessiſſet captus, immolandusque mox sororem agnouit: siue vt Euripides finxit, siue ut Polyides, ex veriſimilibus locutus: quod non modo sororem, verum & ipsum sacrificari oportebat. vnde quidem salus parta est: Quo facto nominibus statim substitutis Episodia aggredienda. sed hæc quo pacto legitima sint, sane considerãdum: veluti furor in Oreste, propter quem captus est, salusque per expurgationem. In dramatibus itaque, siue actibus Episodia ipsa breuia esse debent: contra in his longior Epopœia fit. nimirum Odysseæ longus est sermo. Per multos annos peregre quidam cum iret, & à Neptuno obseruatus, & à cunctis relictus, ita rebus ipsius domesticis constitutis, vt fortunæ omnes à procis absumerentur: filioque insidiæ iam instarent. iactatus pelago domum peruenit: cumque aliquos agnouisset, illos aggressus, ipse quidem hospes euasit, inimicos autem perdidit. Hoc itaque proprium eius poematis est; nam cætera ad Episodia pertinent.

De connexione, solutioneq; Fabulæ. Cap. XVI.

VNiuersa vero Tragœdia partim connexione, partim solutione continetur, quæ extra sunt, & aliqua præterea, quæ intra habẽtur, plerunque connexio continet: reliqua uero solutio, Connexionem appello totum id, quod à principio ad vltimam vsque pertinet partem, ex qua mutatio fortunæ fit. solutionem à mutationis principio, ad finem usque: ut in Lynceo Theodectæ, in quo connexio quidem, acta

prius

prius natique captiuitatem continet: solutio à mortis accusatione ad extremum vsque.

De quatuor Tragœdiæ generibus. Quo pacto Tragœdia appellanda sit vna, vel diuersa: ac de cauendo Epopœiæ contexu in ipsa Tragœdia.
Cap. XVII.

QVatuor autem Tragœdiæ sunt genera. totidem quoque & partes dictæ. quorum sanè Complicitum illud dicimus, quod omnino ex peripetia, atque agnitione constat: Patheticum, vt Aiaces, atque Ixiones: Moratum, Phthiotidas, & Peleum: Quartum, veluti Phorcidas, & Prometheum: quæcunq; insuper, quę apud inferos sunt. Quare magnopere poetis cauendum, vt horum omnium quam locupletes sint. quòd si omnium minus queant, saltē principalium, atq; quam plurimorum: eoq; et enixius, quo ad taxandos poetas hæc ætas in tantum prona est, vt quos in omnibus his partibus probandos nouerit, in singulis etiam mirum in modum excellere æquum censeat. Minimè vero fortasse conuenit eandem Tragœdiam, siue diuersam appellare à fabula: id quod earū ipsa quidem connexio, atque solutio indicauerit. cæterum non pauci egregie nectentes, inepte soluunt. Oportet autem ab vtraque parte plausum ingiter excitare: illudque cum primis cauere, ne contextum Epopœiæ proprium. in Tragędia configamus. talem vero esse dicimus, qui complures contineat fabulas exempli gratia: si quis totum illud Iliadis vnica velit complecti fabula. ibi etenim propter poematis longitudinem

gitudinem partes ipsæ congruentem suscipiūt magnitudinem: in actibus vero multo præter id, quod susceptum negocium exposcit, longiores euaderent. Cuius rei signum id esse potest, quòd hi qui totum Ilij excidium simul componere, ac non potius singulas separatim partes, sicuti Euripides Medeam, vel Niobem (quod Aeschylus minime obseruauit) vel prorsus cadunt, vel certe infeliciter certant. siquidem propter id vnum cecidit Agathon tam etsi tum in peripetijs, tum in simplicibus actionibus, hi quidem suum mirabiliter propositum assequātur. Etenim tragicum, atq; humanum est, cùm sapiens, idemq; prauus. veluti Syssyppus deceptus fuerit. siue fortis, idemq; iniustus superatus; verisimile enim est, vt Agathon asserit, quandoquidem multa præter ipsum verisimile accidere, à verisimili non discrepat.

De Choro. *Cap. XVIII.*

CHori summam penes vnum duntaxat ex histrionibus esse oportet, totiusque partem esse: vti autem concertationibus, non sicut apud Euripidem, sed sicut apud Sophoclē. reliquis vero concessa potius ea sint, quæ ad susceptam pertinent fabulam, quam quæ ad aliā Tragœdiam: quapropter intercalare concinūt. Huiusmodi sanè rei initium primum ab Agathone sumptum. Atqui quidnam differt inter canere intercalare, locutionemve illā, quę aliud ex alio nectit, inregrumq; Episodium.

De Sententia. Cap. X.

IAm vero cùm de his omnibus dixerimus: reliquum est, vt de Dictione, atque Sententia agamus: tametsi de ſnia in ijs, quos de Rhetorica ſcripſimus libris, vt quod eius uix, & rõnis magis proprium ſit, diſſeruimus. Ad ſniam ea omnia pertinent, quæcunque oratione adſtruere oportet. cuius partes erunt oſtendere, ſoluere, perturbationes præparare, ſicuti miſericordiam, timorem, iram, cæteraq; huius generis: ad hęc, exaggerare, ac diminuere. Conſtat autem ſupra dictarum partium rebus accommodata afferre oportere: cùm videlicet vel miſerabilia, uel grauia, uel mira, uel ueriſimilia adſtruenda ſunt. in quibus tamen hæc habenda diſtinctio eſt. quòd aliqua quidem nullo doctrinæ adminiculo apparere neceſſe eſt: aliqua uerò ſermone ipſo dicentem præparari, ac vi etiam ſermonis euenire. Quod enim dicentis munus eſſet, ſi non quidem ſermonis vi gratia eſſe viderentur.

De Dictione, eius partibus, ac partium ſpecie-bus. Cap. XX.

CIrca Dictionem unum quidem ſpeculationis eſt genus, de figuris videlicet ipſius: quod quidem ad hiſtrionicam, atque ad eum qui huiuſcemodi arti præſit, pertinet. exempli gratia: quid ſit mandatum, quid preces, quid narratio, quid minæ, quid interrogatio, quid reſponſio, cæteraque id genus. Quandoquidem præter horum peritiam, ignorationemve nulla quidem

quidem accuſatio, quæ digna ſit ſtudio, ad Poeticam referatur. Nam quis obſecro, in his peccatum eſſe ſuſpicetur, quæ Protagoras accuſat? ſi quis videlicet, dum precari ſe exiſtimet, interim præcipiat? hoc pacto: Iram Pande Dea. quandoquidem (inquit ille) iubere aliquid fieri, uel non fieri, præceptum eſt. Quapropter ſaceſſat hæc conſideratio, perinde ac alterius facultatis, non autem Poeticæ propria. Dictionis vniuerſæ partes hæ ſunt: elementum, ſyllaba, coniunctio, nomen, verbum, articulus, caſus, oratio. Elementum indiuidua dicitur uox, non quidem omnis, ſed illa tantum, ex qua ſuapte natura intelligibilis uox conſtitui poteſt. quandoquidem & indiuiſibiles ſunt ferarum voces, quarum ſane nullam elementum dicimus. hæc vocalis, ſiue ſemiuocalis, aut etiam muta appellatur. Vocalis, quæ ſine ulla prorſus adiectione ſonum, qui exaudiri poſſit, reddit. Semiuocalis, quę non ſine adiectione: ut σ, ρ. Muta, quæ cum adiectione per ſe nullum omnino ſonum reddit: adiuncta vero his, quæ aliquam uocem reddunt, exaudiri poteſt: ut γ & δ. Hæc differunt inter ſe figura oris, locis, aſpiratione, tenuitate, longitudine, breuitate, acumine præterea, grauitate, inflexione: de quibus ſane in his, quæ ad metra pertinent conſideratio propria eſt. Syllaba uox eſt nihil penitus ſignificans, compoſita ex muta, & uocem aliquo pacto habente. nam γρ etiam abſque α ſyllaba eſt: & cum a veluti γρα. ſed harum differentias examinare, metricæ artis eſt. Coniunctio uox eſt minime ſignificans: quæ nec impedit, nec efficit aliquam vocem ſignificare, apta quidem ex pluribus uocib. componi extremo atque medio orationis

tionis congruens: quam quidem in initio orationis suapte natura poni minimè conuenit. vt μέν, ἤτοι δή: siue vox per se quidem minimè significans ex pluribus vocibus vnam, apta verò vocem vnam significantem reddere. Articulus vox est minimè significans, quæ vel principium orationis, vel finem, vel separationem, ostendit quemadmodum τὸ φημί, τὸ φεῦ, & alia: siue vox minimè quidem significans, quæ nec impedit, nec efficit aliquam vocem significare, aptam ex plurib⁹ vocibus componi, tam extremis quam medijs cohærens. Nomen composita vox est, significans sine tempore: cuius aliqua per se pars nihil significat. nam & in cōpositis sic obseruamus, vt nullum per se separatum significet: vt in Θεοδώρῳ, in quo δῶρον minime significat. verbum composita vox est, significans cum tempore cuius (quemadmodum de nomine diximus) nulla per se pars separata significat. Etenim homo, siue album, nequaquam cum tempore significat: ambulat vero, vel ambulauit cum tempore significat: illud quidem præsens, hoc præteritum. Casuum qui tum ad nomen, tum ad verbum pertinent, hic quidem significans est secundum huius, vel huic, & quæcunque talia: ille vero secundum vnum, vel plura, vt homines, vel homo: itemque alius secundum personarum modos quatenus interrogant, siue iubent. verbi gratia: ambulauit, & ambulat, quæ quidem eiusdem generis sunt casus verbi. Oratio vox est significans, composita: cuius partes quædam separatæ aliquid omnino significant. quāquam enim non omnis oratio ex nominibus, & verbis constat: vt hominis ipsius definitio: si quidem

dem sine verbis etiam constare potest: omnino tamen aliquas significantes partes habebit. vt in hac oratione, ambulat Cleon, illud Cleon significans est. Duobus vero modis vna dicitur oratio aut enim significans vnum per se est, aut additis coniunctionibus verbi gratia: Ilias quidem vna erit coniunctionibus oratio: hominis vero definitio vnum significat. Nominis generum aliquod est simplex: simplex autem voco, quod ex minime significantibus constituitur aliquod duplex, cuius aliud quidem ex significantibus, ac minime significantibus componitur: aliud ex significantibus omnino. Triplex insuper, ac quadruplex nomen esse potest, quēadmodum multa Megaliotorum, ἑρμοκαϊκόξανθος. Omne autem nomen aut est proprium, aut ab alia lingua, aut translatio, aut ornatus, aut fictum, aut productum, aut subtractum, aut cōmutatum. Proprium voco, quod omnibus in vsu est. Ab alia lingua, quod aliquibus dunaxat, ex quo patet, huiusmodi atque proprium fieri posse, vt in idem quandoque recidant: minime tamen eisdem. vt σίγυννον, ideſt lanceola, quod Cyprijs quidem proprium, nobis vero ab illorum lingua. Translatio est nominis alieni illatio, vel a genere ad speciem, vel a specie ad genus, vel a specie ad speciem, aut etiam secundum aliquod, quod pro portione respondeat. A genere ad speciem voco; vt, Stetit hæc mihi nauis: etenim in portu esse, stare aliquod est. A specie ad genus: vt, Ipse decem peperit iam millia commoda Vlysses decē millia enim multa sunt: quo sanè vocabulo pro multo vtuntur. A specie ad speciem: Abstulit ære animam immiti æra abscidit, hoc enim loco au-

ferre

ferre pro abscindere, & abscindere pro auferre, vsurpauit: quod vtrunque subtraxere aliquod sit. Proportione vero respondens dixerim, quando eliquod secundum ad primum simili ratione se habeat, qua quartum ad tertium; sumit enim vel loco secundi quartum, vel quarti secundum: interdumque addunt pro quo dicitur, ad quod est. exempli causa: simili ratione se habet Phiala ad Bacchum, qua scutum ad Martem. decet igitur & phialam scutum Bacchi, & scutum phialam Martis, tursus ad diem vesperam pari ratione se habet, quam ad vitam senium, itaq; dicet, vesperam dici senium, & senium veperam vitæ: vel sicut Empedocles, occasum vitæ. Licet autem quibusdam nomen proportione respondēs inditum non sit, nihilo tamen sepius simili ratione dicetur: quemadmodum frugem quidem proijcere, serere dicimus: proijci vero à Sole flammam, nominis est expers: cum tamen ita ad Solis, flammam hoc se habeat, quemadmodum serere ad frugem. ideoq; Sol dictus, sator diuinitus ignis. Licet autem huiusmodi translationis modo uti, & alio quoque cum uidelicet nominauerimus alienum quippiam, aliquid eius proprium ab eodem remouentes: ut si quis appellare uolens phialam, dixerit scutum, non Martis, sed Bacchi. Fictum est, quod à nemine usurpatum, à poeta ponitur, cuiusmodi hæc esse apparetur, ut Cornua ramos, & sacerdotem custodem. Productum, atque subtractum. Productum uidelicet, quod longiore uocali utatur, quàm sit eius propria, siue etiam adiectam syllabam asciuerit. Subtractum, quod aliquo siue peculiari, siue adiectio mutilum sit. exempli gratia: productum

ctum πόλεως πόληος, πηλείδης πηλιάδης dicimus, subtractum, ut κρῖθ' ὦ. atque etiam, cū una ex geminis fit, vt περ ἐκῆς, i suæ. Commutatū, cuius in denominatione aliqua quidē remanet pars, aliqua vero addit, velut, Dexteriorem secūdum mammam pro dextram. Nominū præterea sunt aliqua masculā, aliqua fœminea, aliqua media. Masculā, quæcunq; in ν & ρ desinunt, & in cūctas quæ à π & κ mutis cōponūtur: sunt. n. oīno duæ, ψ & ξ, Fœminea. quęcunque in vocales suapte natura longas, quales, sunt η & ω, desinunt: productas insuper in α quo fit, ut hę numero sint æquales illis, in quas masculā, & fœminea desinunt. ψ enim & ξ non diuersę sunt sanè nullum nomen in mutam desinit, sed nec in vocalē breuē, in ι uero tria tantum, μέλι, κόμμι, πέπερι. in υ quinque, πῆχυ, πάπυ, γόνυ, δόρυ, ἄστυ. Media in hæc, insuperque in ν & σ.

De Dictionis uirtute. Cap. XXI.

Dictionis autem virtus, vt perspicua sit, non tamen humilis. quæ igitur ex proprijs nominibus constabit maximē perspicua erit. humilis tamen, exemplum sit, Cleophontis, Sthenelique poesis. illa uenerāda, & omne prorsus plebeium exclude, quæ peregrinis vtetur vocabulis. Peregrinum voco varietatem linguarum, translationem, extensionem, tum quodcunque à proprio alienum est. verum, si quis hæc omnia simul cōgerat, vel ænigma efficiet, vel barbarismum, ænigma quidem si translatione, barbarismum vero, si linguas. Ænigmatis forma ea erit, oratio scilicet, quæ

ex minime congruentibus inter se constet. hoc itaque per nominum compositionem effici minime potest, per translatione. vero potest vt: Vidi igne atque ære virum viro in hærentem unũ, cæteraque id genus. quemadmodum quoque ex linguarum varietate barbarismus, quapropter aliquo pacto hic admiscetur. Proinde sicut illud non triuiale, ac minime humile, lingua, translatio, ornatus, cæteraque dictæ species pariunt: ita propriam perspicuitatem. Cæterum non minimam conferre videntur partem ad dictionis perspicuitatem, & ad vulgare excludendvm productiones, concisiones, nominumque immutationes. quando quidem id. quod præter vsum communem fit, quatenus à proprio diuersum est, illud minime plebeium efficit: quatenus vero cum vsu communi conuenit, claritatem. Quapropter errant non parum, qui huiusmodi dictionis genus accusant, quique Poetam ipsum incessere audent: id quod priscus Euclides fecit. quasi facile quis confingat, si ei, dum iambos conscribat, in ipsa dictione nomina quantumlibet extendere liceat. quemadmodum, ἦ τιχαρὶν εἶδεν μαραθῶνα, & οὐκ ἀνύσας ἐβάδιζεν τὸν ἴχνιον ἀλλ' ἔβαινεν, itaque ridiculus esse apparet, qui hoc dicendi modo vsus est. Atqui mensura æque omnibus partibus regula est. nam si quis translationibus, linguis, cæterisque huius generis vel indecenter, vel affectate vsus fuerit, pari ratione ridicula struxerit. Quantum vero concinnitas in carmine polleat, vel ex eo considerare tur, quòd loco nominum ad mensuram in oratione comparatorum à varietate linguarum, translationum, cæterorumque generis huiusmodi,

modi, si quis proprias appellationes posuerit, veram nos attulisse rationem inficias non fuerit. id quod Aeschyli, atque Euripidis in eodem faciendo iambo pariter versantium exemplo apparet. nam cum hic vnum duntaxat nomen lingua non trita loco proprij immutauerit, tam pulcher apparuit, quàm ille abiectus est visus. etenim in Philoctete Aeschylus sic locutus est: Mei pedis carnem exedit phagedœna: ipse vero Euripides loco exedit, epulatur apposuit. Ad hæc: Nunc autem paruus me existens turpis ineptus: verbi gratia: si quis asserens magis propria, id ineptus immutauerit: hoc pacto: Debilis informis me existens, exiguusque, itemque, Indignum currum, & exiguas dapes: rursusque pro Iones vociferantur, Iones clamant. Ariphrades præterea carpebat tragœdos, perinde ac in Tragœdijs suis his vterentur, quæ in communi sermone diceret: nemo vt δώμων ἄπο pro ἀπὸ δόμων, id est, domibus: ab, pro ab domibus: & σίθεν pro σοῦ, id est sui: & νὶν pro αὐτὸν, id est ipsum: & ἀχιλλέως, πρὲὶ pro πρεὶ ἀχιλλέως, id est Achille de, pro de Achille, cæteraque huiusmodi: prorsus ignorans, quod hæc omnia dum proprium vitant, plebeiam interim dictionem effugiunt. Cæterum magni negotij est, in supradictis singulis à decenti non discedere, minimeque abuti compositis nominibus, linguisque: cum primis vero decenter vti translationibus, maxime est arduum id, quod vnum non aliunde quæsitum sit oportet, versatilisque ingenij indolem præseferat. Etenim rectè quid transferre, simile aliquod illius contemplari est. Duplicia verò nomina, ut maximum in modum Dithyrambis

quadrant, sic Heroicis linguarum uarietas, Iambicisque translationes. quanquam Heroicis quidem supradicta omnia ualde usui sunt: Iambicis uero, quòd maxime colloquia æmulentur, cũ ista illa conueniunt nomina, quibus rite quis in ipso sermone utatur, sunt autem hæc, propria metaphorica, ornata. De Tragœdia igitur, deque ad actionem accommodata imitatione, satis hactenus à nobis hæc dicta sint.

De Epopaica Heroicaue imitatione, ipsiusque cum tragœdia conuenientia, ac differentia.

Cap. XXII.

DE narratiua uerò, & per numeros imitatione, quòd ipsæ quoque fabulæ, non secus ac in Tragœdijs actus, consistere debeant, pariterque circa unam, eamque integram, atque perfectam actionem uersari, principio scilicet, medio, fineque constantem, à qua sanè, uelut ab integro quopiam animali, uoluptas quædam peculiaris proficiscatur omnino manifestum est. itemque quòd historijs usitatis dissimiles esse debeant: quæ quidem non unius tantum actionis præbeant notitiam necesse est, sed tempora unius, omnium sanè, quæcunque in eo tam circa unum, quàm plures contigere, eodem scilicet modo, quo singula quæque inter se (ut casu euenit) se habent. uerbi causa: circa idem tempus nauale bellum in Salamine, prælium-que Carthaginiensium in Sicilia, quæ minime quidem in eundem exitum spectant: ita quoque in sequentibus temporibus, dum alterum interdum post alterum fit, quibus unus non est exitus. id quod ferè poetarum non pauci efficere

cere solent. Quamobrem quemadmodum superius diximus, ob id etiam præ cæteris diuinus Homerus uideri iure debet, quòd bellum quidem alioqui, principio, medio, fineque constans, totum scribere minimè est aggressus: siquidem, uel nimis magnum euasurum. atque adeo perceptu difficile existimauit: uel, si ad iustam magnitudinem perstrinxisset, inculcatum nimia uarietate futurum. Nunc uero eius rectè una duntaxat parte susceptâ, pluribus in ea Episodijs usus est: sicuti nauiam catalogo, alijsque Episodijs quibus Poesim ipsam locupletissimam reddit. Alij uero circa uirum unum, tempusque duntaxat unum uersantur, sed actionem ipsam multi membrem constituunt: quemadmodum qui Cyprica, & Iliadem paruam conscripsit. Verum enimuero Ilias simul, atque Odyssea una tantum Tragœdia. duabus ad summum claudi possunt: contra Cyprica non nisi pluribus. tum parua Ilias ex octo amplius constat: ut sunt armorum iudicium, Philoctetes, Neoptolemus, Eurypilus Emendicatio Lacæna, Ilii excidunt, Redius, Sinon, Troiades. Iisdem præterea generibus Epopœia. quibus Tragœdia constet, est necesse; etenim uel simplicem uel complicitam, uel moralem, uel patherhicam hanc esse oportet. Cui totidem, eademque partes, præter harmoniam, & apparatum respondent: utquæ peripetijs agnitionibus, affectibus, adhuc etiam sententia, & dictione, egregijs quidem omnibus indigere uideatur. Quibus sanè cunctis, & ante alios, & plenissimè Homerus uates utitur, siquidem utroque poemate hæc omnia complexus est. Vt enim Ilias simplex,

atque pateticum continet genus, sic Odyssea cõ placitum, vt quæ agnitionibus constet, & per to tum morata sit. ad hæc quoque dictione, atque sententia, cæteris mirum in modum vatibus antecellit. Differt autem Epopœiæ contextus à Tragitico, longitudine, metroque ita longitudi nis præfinitio sit, de qua nobis satis est dictum, vt principium, simulque finis conspici queat hoc autem fuerit, si contextus ipsi, veteribus quidem minores erunt: plures vero Tragœdias ad vnam auditionem dispositas complectẽtur. Quippe proprium Epopœie est, posse plurimũ in magnitũdinem excrescere: id quod assequi Tragœdia non potest. quandoquidem hæc plura simul facta imitari nequit, sed id solummodo, quod in scena tunc atque adeo penes histrio nes est, contra in Epopœia, vt quæ mera enarratio sit, plures veluti partes transactas conglutinari permissum est: quibus sanè perinde ac si bi proprijs, poematis ipsius quasi grauidus auge tur vterus. Quapropter hac prærogatica cũ polleat, tum facilem ad magnificentiam aditum ha bet, tum ad auditorem subinde leuandum, neque non dissimilibus Episodijs cuncta ad per agendum. Etenim Episodiorum vniformitas, vt quæ cito satietatem afferre soleat, in causa est, cur Tragœdia ad finem festinet. Heroicum vero carmen ex ipsa quidem experientia congruens esse apparuit. Etenim, si quis alio quolibet metri genere, pluribusve inter se mixtis, enarratiuam facere imitationem aggressus fuerit. præter ipsum decens factum videri poterit. quandoquidem numerorum omnium stabilissimum, atque turgidissimum Heroicum est, quo sanè fit, vt linguas, atque translationes potissimum

